This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

.878
C7
V48
1724
v.5, pt.1

R. Elliott
Balliolensis
Oxon

MARCI TULLII
CICERONIS
OPERUM

PARS QUINTA.



A. Schoonebeek Inv. J. v. den Avelle Sculp.

MARCI TULLII,
CICERONIS
OPERA

QUAE SUPERSUNT, OMNIA,
CUM ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;
Ac Notis Integris
P. VICTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,
& Selectis
P. MANUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII,
J. GRUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM,
J. G. GRAEVII, & ALIORUM
QUAMPLURIMORUM,
Qui Aliquam Ciceronis Operum Partem
Animadverſionibus illuſtraverunt.

ISAACUS VERBURGIUS

COLLEGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT,
Variantes Lectiones ubique appoſuit,
Paginas Aldinae Editionis, quas Nizolius & alii ſunt ſecuti, unà cum Alexandri Scot Sectionibus, Apparatui Latinae Locutionis reſpondentibus, ad utentis commodum ubique diligenter notavit.
CUM INDICIBUS ACCURATISSIMIS, INSIGNITER AUCTIS.
Volumen Quintum.

AMSTELAEDAMI,
Apud ROD. & GERH. WETSTENIOS.
MDCCXXIV.

John S. Lawrense Estate

7t


3-31-1925

SERIES OPERUM
PARTIS QUINTÆ.
Orationum Tomus III.

Pro P. Sextio	2417
In Vatinium.	2522
Pro M. Cœlio.	2551
De Provinciis Conſularibus.	2606
Pro L. Cornelio Balbo.	2638
In L. Calpurnium Piſonem.	2679
Pro M. Scauro.	2766
Pro T. Annio Milone.	2774
Pro C. Rabirio Poſtumo.	2860
Pro M. Marcello.	2893
Pro Q. Ligario.	2920
Pro Rege Dejotaro.	2947
In M. Antonium Philippicæ XIV.	2973
Declamationes duæ,	
una C. Salluſtii in Ciceronem.	3317
altera Ciceronis, illius criminationi reſpondentis.	3320
Ad Populum & Equites, ante quam iret in Exilium.	3327

MARCI TULLII
CICERONIS
OPERUM

PARS QUINTA.



A. Schoonebeek Inv. I. v. den Avele sculp.



A. Schoonebeek Inv. *I. v. den Avele Sculp.*

[1] ſordidatos, reos, [2] de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicantes: eos autem, qui omnia divina & humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint, non ſolùm alacres lætoſque volitare, [3] ſed etiam voluntarios fortiſſimis atque optimis civibus periculum moliri, de ſe nihil timere.

2 In quo cùm multa ſunt indigna, tum nihil minùs eſt ferendum, quàm quòd jam non per latrones ſuos, non per homines egeſtate & ſcelere perditos, ſed [c] per vos nobis, per optimos viros optimis [d] civibus periculum inferre conantur: &, quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copiis delere non potuerunt, hos veſtra auctoritate, [4] veſtra religione, veſtris ſententiis ſe oppreſſuros

c per *deeſt in MS.*
d viris *MS.*

1. *Sordidatos, reos.*] *Reos*, de Sextio & Milone dictum. reus enim Lentulus non erat. *ſordidatos*, & ad eoſdem & ad Lentulum præterea refero. nam Catonis rogatione de abrogando ei imperio promulgata, veſtitum filius mutavit ad miſericordiam commovendam. ad Q. Fratrem lib. II. epiſt. *P. Manut.*

2. *De capite.*] Non de vita, (civem enim Romanum nullo crimine, perduellione exceptâ, interfici licebat) ſed, *de capite*, hoc eſt de civitate. nam de vi damnatos exſulii pœna ſequebatur. ideoque capitalis cauſſa dicebatur, & *capite diminuti* qui civitatem amittebant. Nec moveor quòd ſubjungit de civitate. modo enim à genere ad ſpeciem tranſit. ut hic, de capite, de civitate, cum in pœna capitis contineri civitatis amiſſionem conſtet; modo à ſpecie ad genus, ut lib. I. de Orat. in Mancini cauſſa: *Quam poſſumus reperire ex omnibus rebus civilibus cauſſam contentionemque majorem, quam de ordine, de civitate, de libertate; de capite hominis conſularis?* utrumque autem fieri conſtat exaggerandi gratiâ. *Idem.*

3. *Sed etiam voluntarios fortiſſimis.*] Monuit Lambinus illud *voluntarios* non hærere in aliquot mſſ. ideoque delendum putat. & vero abeſt aliquot item Palatinis, ſed tamen cùm compareat in eis quos habeo notæ optimæ, in pr. in ſec. in nono, haud temerè ei manus intulero. *Grut.*

4. *Veſtra religione.*] Juſtinianus I. *Cui non cognitum eſt antiquos judices non aliter judicialem calculum accepiſſe, niſi prius ſacramentum præſtitiſſent, omni modo ſe cum veritate & legum obſervatione judicium eſſe depoſituros.* Aſconius in Verrinam I. *Jurabant in leges judices, ut obſtricti religione judicarent.* Idque non Romæ ſolum, ſed etiam Athenis. Formulam habes apud Demoſthenem oratione contra Timocratem, quæ formula his verbis concluditur: Ἐπόμνυμι Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητρα, καὶ ἐπάρομαι ἐξώλειαν ἐμαυτῷ, καὶ οἰκίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι· εὐορκοῦντι δὲ καλὰ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι. *Juro Jovem, Neptunum, Cererem, & imprecor mihi ipſi exitium & domui meæ, ſi quid horum transgrediar. Juranti vero ex animi ſententia multa bona & præclara evenire.* Quare fre-

ſuros arbitrantur. Ego autem, judices, [e] qua voce mihi in agendis gratiis, [5] commemorandoque eorum, qui de me optimè ſunt meriti, beneficio eſſe utendum [f] putabam, eâ nunc uti cogor in eorum periculis depellendis. iis potiſſimùm vox hæc ſerviat, quorum opera & mihi, & vobis, & populo Romano reſtituta eſt.

e quia qua *Hotom.* è *MS.* P. B.
f putavi *MS.*

II. ET QUAMQUAM [g] à Q. Hortenſio, clariſſimo viro atque eloquentiſſimo, cauſa [h] eſt P. Sextii perorata: nihilque ab eo prætermiſſum eſt, quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo diſputandum: tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potiſſimùm defuiſſe videatur, per quem eſt perfectum, ne ceteris civibus deeſſet. Atque ego ſic ſtatuo, judices, [i] à me in hac cauſa atque [k] hoc extremo dicendi loco, pietatis potiùs, quàm defenſionis: querelæ, quàm eloquentiæ: doloris, quàm ingenii partes eſſe ſuſceptas. 3

g ab Hort. *MSS.*
h eſt publicè per. *MSS. iid.*
i à me *deeſt in MSS.*
k exercitatione *MS.*

Itaque, ſi aut acriùs egero aut liberiùs, quàm qui ante me dixerunt: peto à vobis, ut tantum orationi meæ concedatis, quantum & pio dolori, & juſtæ iracundiæ concedendum putetis. [l] neque enim officio conjunctior dolor [m] ullius eſſe poteſt, quàm hic meus, [n] ſuſceptus ex hominis, de me optimè meriti, periculo: neque iracundia magis ulla laudanda, quam ea, quæ me inflammat eorum ſcelere, qui cum omnibus ſalutis meæ defenſoribus bellum eſſe ſibi gerendum judicaverunt. 4

l nunquam offic. *MS.*
m ullus *Manut. & alii.*
n ſuſcept. *deeſt in MS.*

Sed, quoniam ſingulis criminibus ceteri reſponderunt, dicam ego de omni ſtatu P. Sextii, de genere vitæ, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de ſtudio conſervandæ ſalutis communis atque otii: contendamque, ſi modò id conſequi potero, ut in hac confuſa atque 5

frequenter tum Græci, tum Latinus orator refricant religionis jurejurando ſuſceptæ memoriam. Vide Demoſthenem de Falſa Legatione, initio. Cic. actione prima in Verrem: *Nunc tamen eo animo ſum, ut eo judice quàm pratore hanc rem tranſigi malim, & jurato ſuam, quàm injurato aliorum tabellas committere.* E quibus vides, quod etiam notat Aſconius, è Judicibus ſolum Prætorem ſive Quæſitorem jurisjurandi religione ſolutum fuiſſe. *Abram.*

5. *Commemorandoque eorum, qui de me optime meriti ſunt, beneficio.*] Prætuli ſcripturam primi Francii, in quo eſt: *commemorandoque eorum, qui de me optime meriti ſunt, beneficia.* Corruperunt ſcioli, qui ignorarunt his gerundiis caſum quartum apponi. Cic. III. Tuſc. 9. *Quod verbum* (invidiâ) *dictum eſt ab nimis intuendo fortunam alterius.* Grav.

 6. Gra-

atque univerſa defenſione, nihil à me, quod ad veſtram quæſtionem; nihil, quod ad reum; nihil, quod ad rempublicam pertineat, prætermiſſum eſſe videatur. Et quoniam in [6] graviſſimis temporibus civitatis, atque in ruinis P. IV. everſæ atque afflictæ reipublicæ P. Sextii tribunatus eſt à fortuna ipſa collocatus: non aggrediar ad illa maxima atque ampliſſima priùs quàm docuero, quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ ſummis in rebus laudes excitatæ ſint.

6 III. PARENTE P. Sextius natus eſt, judices, homine, ut plerique meminiſtis, & ſapiente, & ſancto, & ſevero: qui cùm tribunus plebis primus [7] inter homines nobiliſſimos temporibus optimis factus eſſet, [8] reliquis honoribus non tam uti voluit, quàm dignus videri. Eo auctore duxit [9] honeſtiſſimi & ſpectatiſſimi viri,

6. *Graviſſimis temporibus civitatis, atque in ruinis everſæ atque afflictæ reip.*] Non eſt ſupervacaneum, *reipublicæ*, quia dixerit, *civitatis:* ſed eſt amplificatio quædam: quia plus eſt in republica, quàm in civitate: ſimiliter ut cum dixit, *ruinis:* cum dixiſſet jam, *graviſſimis temporibus.* plus enim aliquanto ſignificant *ruinæ*, quam *graviſſima tempora.* & eſt hoc Ciceroni ob eximiam ingenii ubertatem uſitatum, maximéque frequens in orationibus ornamentum. *P. Manut.*

7. *Inter homines nobiliſſimos.*] Hoc addit, tum quia

Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros,

ut ait alicubi Seneca, ſive quis auctor Octaviæ: tum quia nobiles magiſtratus & honores ſuo ſibi jure deberi putant, & ut Cicero II. Agrariâ loquitur: *In cunabulis non in campo Conſules fiunt.* Piſ. *Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum.* Porro Sextius etiàm ipſe nobiliſſimus fuit, quamvis plebejus. quippe cujus è gente *Lucius Sextius de plebe primus Conſul factus.* ut ait Livius libro ſexto, & initio libri ſequentis. *Plebes Conſulatum Lucio Sextio, cujus lege partus erat, dedit.* Abram.

8. *Reliquis honoribus.*] Geſto tribunatu, petebant ædilitatem, præturam, conſulatum, cenſuram. quos honores pater Sextii non petiit: quâ cauſſâ, ignoratur: ſed oratoriè Cicero convertit in laudem, quod, eos conſequi cum poſſet, moderatione tamen quadam abſtinuerit, qui plus in ipſa re, hoc eſt in recta vivendi ratione, quàm in honorum ſpecie poneret, hoc ſignificat, cum ait, *non tam uti noluit quam dignus videri.* P. Manut.

9. *Honeſtiſſimi.*] Honeſtus dicitur, vel dives & opulentus, ut notat Aſconius in Verrinas, vel qui non eſt capite diminutus aut infamis, ſed ſuum locum tenet & priſtinam dignitatem. Propertius lib. II. elegiâ 32.

Ipſa Venus quamvis corrupta libidine Martis,
Non minus in cælo ſemper honeſta fuit.

pro

ri [10] C. Albini filiam: ex qua [11] hic eſt puer & nupta jam filia. [12] Duobus his graviſſimæ antiquitatis viris ſic probatus fuit, ut utrique eorum & carus maximè & jucundus eſſet. [13] Ademit Albino [o] ſoceri nomen mors filiæ, ſed caritatem illius neceſſitudinis & [p] benevolentiam non [14] ademit. hodie ſic hunc diligit, ut vos facillimè poteſtis ex hac vel aſſiduitate ejus vel ſollicitudine & moleſtiâ judicare. [o ceterum, *aut* ceterorum *MSS.*] [p benevolentiæ *alii.*]

Duxit uxorem, patre vivo, optimi [q] & calamitoſiſſimi viri filiam, [r] C. Scipionis. clara in hoc P. Sextii pietas exſtitit & omnibus grata, quòd & Maſſiliam ſtatim profectus eſt, ut ſocerum videre conſolarique poſſet, fluctibus reipublicæ expulſum, [15] in alienis terris jacentem, quem [7] [q at *Robert. em.*] [r *alii* L.]

pro Murena: *Nolite*, &c. *hac cum re, qua ſe honeſtiorem fore putavit, cum ceteris ante partis honeſtatibus atque omni dignitate fortunâque privari.* Abram.

10. *C. Albini.*] Opinor hunc eſſe *C. Poſtumium Albinum*, qui in argenteis denariis notatus eſt. *Urſin.*

11. *Hic eſt puer.*] L. Sextius: ut ex eâ, cujus proxime facta mentio eſt, epiſtolâ cognoſcitur. quamquam Publium infra nominat cum ait: *Recita quaſo, P. Sexti.* aut igitur in ea epiſtola *Publius*, non *Lucius* legendum: aut hic *Lucius*, non *Publius*. *Hic*: qui adeſt in judicio. parvulos enim filios ad eliciendam miſericordiam in judicium adducere moris erat, & puer vocatus, licet eſſet prætextatus, ut in extrema oratione; prætextati autem annum ætatis XVI. egreſſi erant. *P. Manut.*

12. *Duobus his graviſſima antiquitatis viris &c.*] Ita malui cum Pal. tert. quart. quinto, oct. & ed. vet. quàm *graviſſimis*, quod in vulgata. iidem noſtri non agnoſcebant voculam *his*. & poterat item deleri. interim quæ frons Lambini? ſupponentis, *duobus his graviſſimis ac ſanctiſſimis viris.* Gruter.

13. *Ademit ſoceri nomen.*] Falſum hoc videtur. nam, ut ipſe quoque in Quinctiana ſcribit: *Adfinitas liberis vivis nunquam divellitur. denique adfinitatis jura permanent.* Ergo propter novas Sextii nuptias hoc dicit, Lucium enim Scipionem ſocerum habere cœpit. *Hotom.*

14. *Ademit.*] Similis reduplicatio pro Marcello 17. *Vidimus tuam victoriam praliorum exitu terminatam: gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus.* pro Milone 96. *Negat enim ſe, negat ingratis civibus feciſſe qua fecit; timidis & omnia circumſpicientibus pericula non negat.* Abram.

15. *In alienis terris jacentem.*] Commodè poſt naufragium *jacentem* dixit. Perſius Sat. VI.

——— Trabe rupta Brutia ſaxa
Prendit amicus inops, remque omnem ſurdaque vota
Condidit, Iönio jacet ipſe in littore, & una
Ingentes de puppe Dei, &c.

quem in majorum ſuorum veſtigiis ſtare oportebat: & ad eum filiam ejus adduxit, ut illo inſperato ſ adſpectu complexuque, ſi non omnem, at aliquam partem mæroris ſui deponeret: & maximis officiis & illius ærumnam, quoad vixit, & filiæ ſolitudinem ſuſtentavit. Poſſum multa dicere de liberalitate, de domeſticis officiis, de tribunatu militari, de provinciali in eo magiſtratu abſtinentia; ſed mihi ante oculos obverſatur reipublicæ dignitas, quæ me ad ſeſe rapit, hæc minora relinquere hortatur.

ſ adfectu MSS.

P. B. [16] Quæſtor hic C. Antonii, collegæ mei, judices, fuit
8 ſorte, ſed [17] ſocietate conſiliorum meus. Impedior nonnullius officii, ut ego interpretor, religione, quo minùs exponam, quàm multa ad me detulerit, quanto antè providerit. t Atque ego de Antonio nihil dico, præter unum: numquam illum in illo ſummo timore ac periculo civitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipſo ſuſpicionem, aut infitiando tollere, aut diſſimulando ſedare voluiſſe. In quo collega [18] ſuſtinendo atque moderando, ſi meam v in illum indulgentiam, conjunctam cum ſumma cuſtodia reipublicæ, laudare verè ſolebatis, par prope laus P. Sextii eſſe debet, qui ſuum ita conſulem obſervavit, ut & illi quæſtor bonus & vobis omnibus optimus civis videretur.

t *uſque ad* In quo coll. *deſunt in MSS. duob.*

v diligentiam in ill. *MSS.*

IV. IDEM,

Lucretius lib. V.

Tum porro puer, ut ſævis projectus ab undis
Navita, nudus humi jacet. —— Abram.

16. *Quæſtor ſorte.*] Quæſtores in comitiis creabantur. Et hunc Sextium cunctis ſuffragiis creatum in Vatin. teſtatur. Poſteaquam autem creati Quæſtores erant, provincias ſortiebantur. Huic obtigit Conſularis, ut cum L. Antonio in Macedoniam proficiſceretur. *Hotom.*

17. *Societate conſiliorum.*] Quia cum Cicerone conſule de republica, quæ ad patefaciendam & opprimendam Catilinæ conjurationem pertinebant, communicavit, & ad eum C. Antonii, cujus erat quæſtor, conſilia detulit, ad quem libro VII. Fam. ita ſcripſit: *Si falſa fuerunt, quæ tu ad me, ut ais, detuliſti: quid ego tibi debeo? ſin vera: tu es optimus teſtis, quid mihi populus Romanus debeat.* P. Manut.

18. *Suſtinendo.*] Retinendo; ne longius progrederetur; ne conjuratorum in ſocietatem ſeſe totum daret. eſt enim hîc, ſuſtinere, pro retinere, ut in epiſtola ad Varronem: *Exſpectabam omnino jam diu, meque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid ſcriberem, quàm aliquid accepiſſem.* & in libro de Amicitia: *Eſt prudentis ſuſtinere, ut curſum, ſic impetum benevolentiæ.* & ad Attic. *ſuſtinere equos, ſuſtinere currum.* Idem.

19. *Ex*

IV. IDEM, cùm illa conjuratio [19] ex latebris atque 9
ex tenebris erupiſſet, palàmque armata volitaret: [x] venit cum exercitu Capuam: quam urbem, propter plurimas belli opportunitates, ab illa impia & ſcelerata manu [20] attentari ſuſpicabamur: [21] & inde M. Aulanum, tribunum militum [y] Antonii, Capuâ præcipitem ejecit, [z] hominem perditum, & non obſcurè Piſauri & in aliis agri Gallici partibus in illa conjuratione verſatum. Idemque C. Marcellum, cùm is non ſolùm Capuam veniſſet, verùm etiam ſe, quaſi armorum ſtudio, [22] in maximam familiam conjeciſſet,

x venit Cap. *MSS.*
y Antronii *MS.*
z *uſque ad* ex illa urbe *deſunt in MSS.*

19. *Ex latebris atque ex tenebris.*] Eodem ſenſu Maro:

——— cæcos inſtare tumultus
Sæpe monet, fraudemque & operta tumeſcere bella.

Et Manilius lib. I. Aſtron.

Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma.

Quia nimirum conjurationes in tenebris fiunt, & Catilina, ut auctor eſt Salluſtius, *in abditam partem ædium ſecedit, atque ibi omnibus arbitris procul amotis, ſui ſceleris populares hortatur.* Sic Ariſtophanes in Equitibus, τὰς ξυνωμοσίας, id eſt, *conjurationes*: τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐπὶ τῇ πόλει: *nocturnos conventus contra urbem*, appellat. *Abram.*

20. *Attentari ſuſpicabamur.*] Pall. aliquot *tentari.* nonus præterea *conſpicabamus.* Gembl. *conſpicabamur.* editio princeps *conſpiciebamus.* Gruter. M. Ant. Muretus notavit in vetere libro legi, *tentari conſpiciebamus, C. Menulanum.* Græv.

21. *Et inde M. Aulianum.*] Libri ſcripti habent *M. Menulanum.* Pantagathus *M. Aulanium*: qui poſt nomen *Antonii* addit *caſtra*, pro eo quod in manuſcriptis eſt *Capua*, & ita interpungit: *Et inde M. Aulanium Tribunum militum Antonii caſtra præcipitem ejecit.* in vetere autem libro melius puto legi hunc locum ita interpunctum (*Quam urbem P. P. B. O. ab.* I. I. *& S. M. tentari conſpiciebamus*) *& inde C. Menulanum* &c. *Urſin.* *Et inde M. Aulanum.*] Sic Pal. pr. ſec. nam tert. quart. quint. *me Aulanum.* at nonus *conſpicabamus C. Menulanum.* quod nomen idem in Gembl. & Erfurd. alluditque S. Victoris: *ſuſpicabamur, C. Mavulcanum.* Pal. oct. *& inde Meaulcanum.* adſcriptumque, *al. M. Aulum.* & inquirendus profectò ille *C. Menulanus.* nam & primitus cuſi *Menulanum* exhibent. P. Manutius edidit *Aulianum.* Gruter. Ex edito, quod in Pal. pr. & ſec. eſſe dicitur, prodiret facillime *M. Avianum.* Sed quum tantopere & tanto conſenſu diſcedant alii, id licet ſuetum nomen non audeo admittere. Accedit proxime ad *inde Menullam*, cujus meminit pro Domo c. 31. *Gronov.*

22. *In maximam familiam.*] Servorum, interpretatur P. Manutius. at ego, gladiatorum, qui ibi in ludo frequentes ut diſcimus, vel ex loco huc pertinente C. Cæſaris libro I. Bell. Civ. cap. 15. m. *Gruterus.* Gladiatorum Familiæ Capuam fuerant ex urbe translatæ, ſive, ut eſſent præſidio, ſive, ut potius reor, quod vereretur Senatus, ne ſi in urbe remanerent, à conjuratis ſolli-

jeciſſet, exterminandum ex illa urbe curavit. qua de cauſa & tum [23] conventus ille Capuæ, [24] qui propter ſalutem illius urbis, conſulatu conſervatam meo, me unum patronum adoptavit, huic apud me P. Sextio maximas gratias egit; & hoc tempore iidem homines, [25] nomine commutato, coloni decurionesque fortiſſimi atque optimi viri, beneficium P. Sextii teſtimonio declarant, periculumque decreto ſuo [a] deprecantur.

a teſtarentur *MS.*

P. V. Recita, quæſo, P. Sexti, quid decreverint Capuæ decuriones; [26] ut jam puerilis tua vox poſſit aliquid ſignificare

ſollicitatæ aliquid molirentur contra rempubl. Salluſtius in Catilin. *Itemque decrevere uti gladiatoria familia Capuam & in alia municipia diſtribuerentur, pro cujusque opibus.* Marcellus igitur, quantum ex hoc loco colligere licet, gladiatores in rempub. concitaturus Capuam acceſſerat, & ad maximam eorum familiam ſe applicuerat, quaſi armorum ſtudio, id eſt, diſcendæ militaris exercitationis prætextu. *Abram.*

23. *Conventus.*] In præfecturis id erat conventus, quod in coloniis & municipiis decuriones, id eſt ſenatus quidam. Capua fœderata civitas fuit ante ſecundum Punicum bellum. quo bello, cum Hannibalis partes ſecuta eſſet, capta à Romanis in præfecturæ formam redacta eſt. poſt annos denique CLII. ut ait Vellejus, C. Cæſar conſul coloniam fecit. *P. Manut.*

24. *Qui propter ſalutem illius urbis, conſulatu conſervatam meo, me inauratâ ſtatuâ donarat: me unum patronum* &c.] Ita hic locus legitur emendatus in margine libri à doctiſſimo viro, cum in vulgatis deſit totum illud, *Me inauratâ ſtatuâ donarat.* Urſin. Hæc verba, *me inauratâ ſtatuâ donarat* non ex MS. ſed ex oratione in Piſonem margini adſcripſerat vir doctus. *Grav.*

25. *Nomine commutato.*] Antea præfectura erat, & quotannis Româ mittebantur in eam præfecti, qui jus in conventu dicerent. Nunc Cæſaris Conſulis lege jus coloniæ pòſt anno circiter CLII. recuperaverat ſuum ſenatum, decuriones ſcilicet & magiſtratus, duumviros quaſi binos conſules habet. Vellejus, Appianus, Dio. *Hotom.*

26. *Ut jam virilis tua vox.*] Videtur legendum: *puerilis:* nam ſupra dixit, *Ex qua hic eſt puer & nupta jam filia.* Urſin. *Puerilis tua vox.*] Non impugno librorum fideliſſimorum ſcripturam. Sed tamen cum tot alii, inter quos & Francii primus, & Dreſdenſis, præ ſe ferant *virilis*, valde vereor, ut illa vox *puerilis* ſit huic ſuppoſita ab iis, qui non intelligebant in puero quo modo potuerit eſſe vox virilis. Rectè, quid illa hic ſibi velit, cepit Manutius. Quid puerilis vox in puero ſignificet inimicis? Virilis autem in puero poterat eſſe index virilis animi, ſicuti muliebris vox ſolet eſſe hominis effœminati. Præterea virilis in puero vox poterat metum incutere adverſariis, quippe quæ ſpem commoveret boni futuri oratoris, qui brevi hoſtes patris ulciſci & in judicium vocare poſſet, ut ſolebant adoleſcentes ſe populo commendare

care inimicis noſtris, quidnam, cùm ſe corroborarit, [b] effectura eſſe videatur. DECRETUM DECURIONUM. Non recito decretum officio aliquo expreſſum vicinitatis, aut clientelæ, aut hoſpitii publici, aut ambitionis, aut commendationis gratiâ: ſed recito memoriam perfuncti periculi, [c] prædicationem ampliſſimi beneficii, [d] vicem officii præſentis, teſtimonium præteriti temporis.

11 Atque illis temporibus [e] iiſdem, cùm jam Capuam metu Sextius liberaſſet, [f] urbem ſenatus atque omnes boni, deprehenſis atque oppreſſis domeſticis hoſtibus, me duce, ex periculis maximis extraxiſſent: ego litteris eum Capuâ arceſſivi [g] cum illo exercitu, quem tum ſecum habebat. [h] quibus hic litteris lectis, ad urbem confeſtim incredibili celeritate advolavit. [i] Atque, ut [27] illius temporis atrocitatem recordari poſſitis, audite litteras, & veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate. LITTERÆ CICERONIS, CONSULIS.

V. HOC ADVENTU P. Sextii, [28] tribunorum plebis novorum, qui tum extremis diebus conſulatus mei, res eas, quas geſſeram, vexare cupiebant, reliquique conjurationis impetus & conatus ſunt retardati. Ac, poſteaquàm eſt intellectum, [29] Catone tribuno plebis, fortiſſimo 12

b effecta e. videantur decreta *MSS.*
c prædicatorem *MS.*
d vocem *Lamb.*
e iiſd. *deeſt in MSS.*
f *ſeptemdecim voces ſeqq. deſunt in MSS.*
g *ſeptem ſeqq. voces deſunt in MSS.*
h quibus lectis *MS.*
i *ſeqq. deſunt in MSS. uſque ad* periculo.

mendare accuſatione aliqua nobili; quod Cicero in libris de Officiis oſtendit. Sic legendum eſſe ſequentia ſignificant. *Quidnam, cum ſe corroborarit, effectura eſſe videatur.* Quid iſta vox virilis, cum puer hic ſe corroborarit, hoc eſt ad virilem ætatem pervenerit, ſit effectura. *Corroborare ſe* eſt ad adultam & virilem ætatem pervenire. Pro Cœl. *Cum is jam ſe corroboraviſſet, & vir inter viros eſſet.* Sic *corroborata ætas* ibid. eſt virilis. *& robuſti homines* adulti. Male nonnulli *vox corroborarit* conjungunt. *Grav.*

27. *Illius temporis atrocitatem.*] Quænam atrocitas, cum jam domeſtici hoſtes deprehenſi oppreſſique eſſent? ipſe ſe paullo poſt exponit, cum ait: *Tribunorum pl. novorum, reliquique conjurationis impetus conatusque retardati ſunt.* P. Manut.

28. *Tribunorum plebis novorum.*] Qui tribunatum v. Idus Sept. inierant, in quibus Q. Metellum nepotem fuiſſe, & Ciceroni concionandi poteſtatem ademiſſe ſatis conſtat. Plutarchus L. Beſtiam adjungit. id quod argumento eſt, eum quoque unum ex decem novis fuiſſe. Salluſtius: *Conſtituerat ut L. Beſtia tribunus pl. concione habita quereretur de actionibus Ciceronis, bellique graviſſimi invidiam optimo Conſuli imponeret.* Hotom.

29. *Catone.*] Qui Uticenſis poſtea cognominatus. hic, cum audiſſet Q. Metellum Nepotem tribunatum eſſe petiturum, quem de republica non optime cogitare compertum habebat, ex itinere in urbem rediit, ut tribunatum peteret, indeque pernicioſis

mo atque optimo cive, rempublicam defendente, per ſeipſum ſenatum populumque Romanum ſine militum præſidio tueri facilè majeſtatem ſuam & dignitatem eorum, qui ſalutem communem periculo ſuo defendiſſent: Sextius cùm illo ſuo exercitu [k] ſumma celeritate eſt Antonium conſecutus. Hìc ego quid prædicem, quibus hic rebus conſulem ad rem gerendam excitarit? [30] quot ſtimulos admoverit [l] homini ſtudioſo fortaſſis victoriæ, ſed tamen nimiùm communem Martem belliqúe caſum metuenti? longum eſt ea dicere: ſed hoc breve dicam. [31] Si M. Petreji non excellens animo & amore reipublicæ, non præſtans in republica virtus, non ſumma auctoritas apud milites, non mirificus uſus in re militari exſtitiſſet, neque [32] adjutor ei P. Sextius ad excitandum Antonium, cohor-

k ead. *MSS.*

l *uſque ad* caſum met. *non eſt in MSS.* P. B.

Metelli collegæ rogationibus aut conatibus obſiſteret. Plutarchus, alii. *P. Manut.*

30. *Quot ſtimulos admoverit.*] Placet *quos* pro *quod*, ut eſt in manuſcripto. *Urſin.*

31. *Sim. Petreji non excellens animus & amore Reip. præſtans in Rep. virtus.*] Neſcio quomodo hæc ſcriptura ſine cauſa plenior videtur. Veneta lectio, quam & alii libri retinent eſt, niſi fallor, ſincerior, *Si M. Petreji non excellens animo & amore Reip. virtus.* Camer. *Non excellens animo & amore reip. non præſtans &c.*] Reduxi quod erat in olim editis, in P. Manutii, in P. Victoriano; quibus firmandis accedit Pal. nonus, item liber S. Victoris; niſi quod is *animus.* unde tentabat Gulielmius, *non exc. animus & amor reip. non præſtans*, quod non ſpreverim. nam inſulſè vulgata: *non excellens animus & amore reip. præſtans*; omiſſo *non.* Gruter. In Franc. Dreſd. & editione prima hæc verba, ut alia multa hujus orationis, deſiderantur, ſed in Mediolanenſi & Lambin. legitur, ut ex Pall. nono & S. Victor. Codd. expreſſit Gruter. Verum quod idem ait in P. Manutii & P. Victorii editionibus ſic quoque legi, fallitur & fallit. Nam in neutra hæc verba *non præſtans in rep.* reperiuntur. & ſane non video, cur illa hìc inculcentur. Quid enim eſt, *excellens animo & amore reip. virtus*, quam præſtans virtus in rep. ſcilicet gerenda, quæ nulla pericula, nullas inimicitias metuit ſuſcipere pro ſalute reipublicæ? Illa itaque delevi, ſecutus meliores editiones Victor. Manut. & antiquiores Aſcenſii & Cratandri. *Præſtans in rep. virtus* eſt gloſſema, quod in contextum eſt translatum. *Grav.*

32. *Adjutor ei P. Sextius ad excitandum Antonium, cohortandum, impellendum fuiſſet.*] Sic vetus editio, ſed adhuc verbo auctior, *cohortandum, accuſandum, impellendum.* ſed enim cùm reſtet tantum in Pal. nono, *adjutor reipub. cohortandum, accuſandum, impell. f.* ſuſpicor Ciceroni ſcriptum: *adjutor ei Publius ad excitandum, cohort. accuſandum imp.* omiſſo nomine *Antonii.* Gruter. Cur, cum cetera recepit Gruterus ex antiqua editione, quam ego Mediolanen-

jeciſſet, exterminandum ex illa urbe curavit. qua de cauſa & tum [23] conventus ille Capuæ, [24] qui propter ſalutem illius urbis, conſulatu conſervatam meo, me unum patronum adoptavit, huic apud me P. Sextio maximas gratias egit; & hoc tempore iidem homines, [25] nomine commutato, coloni decurionesque fortiſſimi atque optimi viri, beneficium P. Sextii teſtimonio declarant, periculumque decreto ſuo [a] deprecantur.

a teſtarentur *MS.*

P. V. Recita, quæſo, P. Sexti, quid decreverint Capuæ decuriones; [26] ut jam puerilis tua vox poſſit aliquid ſignificare

ſollicitatæ aliquid molirentur contra rempubl. Salluſtius in Catilin. *Itemque decrevere uti gladiatoria familia Capuam & in alia municipia diſtribuerentur, pro cujusque opibus.* Marcellus igitur, quantum ex hoc loco colligere licet, gladiatores in rempub. concitaturus Capuam acceſſerat, & ad maximam eorum familiam ſe applicuerat, quaſi armorum ſtudio, id eſt, diſcendæ militaris exercitationis prætextu. *Abram.*

23. *Conventus.*] In præfecturis id erat conventus, quod in coloniis & municipiis decuriones, id eſt ſenatus quidam. Capua fœderata civitas fuit ante ſecundum Punicum bellum. quo bello, cum Hannibalis partes ſecuta eſſet, capta à Romanis in præfecturæ formam redacta eſt. poſt annos denique CLII. ut ait Vellejus, C. Cæſar conſul coloniam fecit. *P. Manut.*

24. *Qui propter ſalutem illius urbis, conſulatu conſervatam meo, me inauratâ ſtatuâ donarat: me unum patronum* &c.] Ita hic locus legitur emendatus in margine libri à doctiſſimo viro, cum in vulgatis deſit totum illud, *Me inauratâ ſtatuâ donarat.* Urſin. Hæc verba, *me inauratâ ſtatuâ donarat* non ex MS. ſed ex oratione in Piſonem margini adſcripſerat vir doctus. *Grav.*

25. *Nomine commutato.*] Antea præfectura erat, & quotannis Româ mittebantur in eam præfecti, qui jus in conventu dicerent. Nunc Cæſaris Conſulis lege jus coloniæ pòſt anno circiter CLII. recuperaverat ſuum ſenatum, decuriones ſcilicet & magiſtratus, duumviros quaſi binos conſules habet. Vellejus, Appianus, Dio. *Hotom.*

26. *Ut jam virilis tua vox.*] Videtur legendum: *puerilis:* nam ſupra dixit, *Ex qua hic eſt puer & nupta jam filia.* Urſin. *Puerilis tua vox.*] Non impugno librorum fideliſſimorum ſcripturam. Sed tamen cum tot alii, inter quos & Francii primus, & Dresdenſis, præ ſe ferant *virilis*, valde vereor, ut illa vox *puerilis* ſit huic ſuppoſita ab iis, qui non intelligebant in puero quo modo potuerit eſſe vox virilis. Rectè, quid illa hic ſibi velit, cepit Manutius. Quid puerilis vox in puero ſignificet inimicis? Virilis autem in puero poterat eſſe index virilis animi, ſicuti muliebris vox ſolet eſſe hominis effœminati. Præterea virilis in puero vox poterat metum incutere adverſariis, quippe quæ ſpem commoveret boni futuri oratoris, qui brevi hoſtes patris ulciſci & in judicium vocare poſſet, ut ſolebant adoleſcentes ſe populo commendare

care inimicis noſtris, quidnam, cùm ſe corroborarit, [b] effectura eſſe videatur. DECRETUM DECURIONUM. Non recito decretum officio aliquo expreſſum vicinitatis, aut clientelæ, aut hoſpitii publici, aut ambitionis, aut commendationis gratiâ: ſed recito memoriam perfuncti periculi, [c] prædicationem ampliſſimi beneficii, [d] vicem officii præſentis, teſtimonium præteriti temporis.

Atque illis temporibus [e] iiſdem, cùm jam Capuam metu Sextius liberaſſet, [f] urbem ſenatus atque omnes boni, deprehenſis atque oppreſſis domeſticis hoſtibus, me duce, ex periculis maximis extraxiſſent: ego litteris eum Capuâ arceſſivi [g] cum illo exercitu, quem tum ſecum habebat. [h] quibus hic litteris lectis, ad urbem confeſtim incredibili celeritate advolavit. [i] Atque, ut [27] illius temporis atrocitatem recordari poſſitis, audite litteras, & veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate. LITTERÆ CICERONIS, CONSULIS. 11

V. HOC ADVENTU P. Sextii, [28] tribunorum plebis novorum, qui tum extremis diebus conſulatus mei, res eas, quas geſſeram, vexare cupiebant, reliquique conjurationis impetus & conatus ſunt retardati. Ac, poſteaquàm eſt intellectum, [29] Catone tribuno plebis, fortiſſimo 12

b effecta e. videantur decreta *MSS.*
c prædicatorem *MS.*
d vocem *Lamb.*
e iiſd. *deeſt in MSS.*
f *ſeptemdecim voces ſeqq. deſunt in MSS.*
g *ſeptem ſeqq. voces deſunt in MSS.*
h quibus lectis *MS.*
i *ſeqq. deſunt in MSS. uſque ad* periculo.

mendare accuſatione aliqua nobili; quod Cicero in libris de Officiis oſtendit. Sic legendum eſſe ſequentia ſignificant. *Quidnam, cum ſe corroborarit, effectura eſſe videatur.* Quid iſta vox virilis, cum puer hic ſe corroborarit, hoc eſt ad virilem ætatem pervenerit, ſit effectura. *Corroborare ſe* eſt ad adultam & virilem ætatem pervenire. Pro Cœl. *Cum is jam ſe corroboraviſſet, & vir inter viros eſſet.* Sic *corroborata ætas* ibid. eſt virilis. *& robuſti homines* adulti. Male nonnulli *vox corroborarit* conjungunt. *Grav.*

27. *Illius temporis atrocitatem.*] Quænam atrocitas, cum jam domeſtici hoſtes deprehenſi oppreſſique eſſent? ipſe ſe paullo poſt exponit, cum ait: *Tribunorum pl. novorum, reliquique conjurationis impetus conatusque retardati ſunt.* P. Manut.

28. *Tribunorum plebis novorum.*] Qui tribunatum v. Idus Sept. inierant, in quibus Q. Metellum nepotem fuiſſe, & Ciceroni concionandi poteſtatem ademiſſe ſatis conſtat. Plutarchus L. Beſtiam adjungit. id quod argumento eſt, eum quoque unum ex decem novis fuiſſe. Salluſtius: *Conſtituerat ut L. Beſtia tribunus pl. concione habita quereretur de actionibus Ciceronis, bellique graviſſimi invidiam optimo Conſuli imponeret.* Hotom.

29. *Catone.*] Qui Uticenſis poſtea cognominatus. hic, cum audiſſet Q. Metellum Nepotem tribunatum eſſe petiturum, quem de republica non optime cogitare compertum habebat, ex itinere in urbem rediit, ut tribunatum peteret, indeque pernicioſis Me-

VII. [42] Fuerat ille annus in reipublicæ magno motu & multorum timore, tamquam intentus arcus in me unum, ſicut vulgò ignari rerum loquebantur; re quidem verâ in univerſam rempublicam, traductione ad plebem furibundi hominis ac perditi, mihi irati, ſed multò acriùs otii & communis ſalutis inimici. Hunc vir clariſſimus, mihique, multis repugnantibus, amiciſſimus, [43] Cn. Pompejus, omni cautione, fœdere, exſecratione devinxerat, nihil in tribunatu contra me eſſe facturum. At ille nefarius, ex omnium ſcelerum colluvione natus, [44] parum ſe fœdus violaturum eſt arbitratus, niſi ipſum ʏ cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet. ʏ cautione MS.

16 ᶻ Hanc tætram immanemque belluam, vinctam auſpiciis, alligatam more majorum, [45] conſtrictam legum ſacratarum catenis, [46] ſolvit ſubitò legum conſul, vel, ut ego ᶻ uſque ad qui trib. pleb. deſunt in MSS. & ed. pr.

42. *Fuerat ille annus in Reip. magno motu.*] Ven. & alii, quod retineri rectè poſſe puto, ita, *Fuerat ille annus tanquam in Reip. magno motu.* Camer. *Fuerat ille annus, in reipub. magno motu, &c. tamquam intentus.*] Pall. omnes heic mirè mutilati ſunt à librariis, præter nonum. is exhibet: *Fuerat ille annus tam in rep. videlicet quam in magno motu &c. intentus*; ſine illo, *tamquam.* neque aliter S. Victoris; quàm quod is, *in repub. judices, quàm in magno motu.* quod & in codice ſcripto Henrici Stephani, niſi quod is *motu.* Gruter.

43. *Cn. Pompejus omni cautione, fœdere, &c.*] In MS. Francii & in Dreſdenſi legitur: *Cn. Pompejus hunc tribunum mihi vir utique clariſſimus omni cautionum fœdere*, quomodo etiam legitur in editione prima, niſi quod ea *omnium cautionum* exhibet.

44. *Parum ſe fœdus violaturum arbitratus eſt.*] Ita Pantagathus, cum in aliis deſit verbum *eſt.* Urſin.

45. *Conſtrictam legum ſacrarum catenis ſolvit ſubitò legum cura Cos.*] Ven. *Sacratarum catenis ſolvit ſubitò legum Cos.* Atque illud, *ſacratarum* bene habet. Sed *legum Cos.* quid ſit? Nam ut fatear, *cura* irreptitium videtur. Suſpicari forte liceat, fuiſſe ſcriptum in archetypo *Leg.* Quod aliquis integrum exaravit *Legum.* Quod ſi *legibus* fieret, jam eſſet ſenſus planus. *Camer.*

46. *Solvit ſubitò legum vinculis conſul.*] Ita Manutius: in manuſcripto eſt, *ſolvit ſubitò legum cura conſul:* unde conjecit Turnebus legendum eſſe, *Lege curiata:* quæ lectio valde congruit veritati, neque multum abeſt à littera; ſed cum ſit ſecutus verbum *cura* ſuppoſititium: placebat Pantagatho, ut eo verbo rejecto, ita legeretur, *ſolvit laqueo legum conſul.* Urſin. *Solvit ſubitò legum.*] Hæc eſt primæ editionis lectio, neque ſecus imprimi curavit Victorius, reſtatque in Pal. nono. aliæ habent, *ſolvit ſubitò cura legum.* alii, *ſolv. ſubitò legum vinculis.* Lambinus recepit conjecturam Turnebi, *ſolvit ſubitò lege curiata*; de qua videantur illius Adverſariis libro XX. cap. 3. *Grut.*

47. Mihi

ego arbitror, exoratus, vel, ut nemo putaret, 4:
iratus: ignarus quidem certè & imprudens impude
tantorum ſcelerum ac malorum. qui tribunus plel
lix in evertenda republica fuit nullis ſuis nervis. qui
a ejus *ed. pr.* in [a] ejuſmodi vita nervi eſſe potuerunt, hominis, f
b inſani *edd. vett.* nis flagitiis, [48] ſororiis ſtupris, omni inaudita libidin
famis?

17 Sed fuit profectò quædam [c] illa reipublicæ fortun
P. B. lis, ut [50] ille cæcus atque amens tribunus plebis nan
c in illa *alii.* retur, quid dicam conſules? hoccine [d] ut ego app
d ut *deeſt in MS.* nomine everſores hujus imperii? proditores veſtræ

47. *Mihi iratus.*] Hanc iræ Cæſaris cauſam exponit V lib. II. *Non caruerunt ſuſpicione oppreſſi Ciceronis Cæſar & Pom hoc ſibi contraxiſſe videbatur, quod inter vigintiviros dividen Campano eſſe noluiſſet.* Nec ipſe diffitetur orat. de Provinciis ſularibus 41. *Traduxit ad plebem inimicum meum, ſive irat quod me ſecum ne beneficiis quidem videbat poſſe conjungi, ſive tus.* Altera irarum cauſa fuit, quod queſtus erat de Reipul tu cum C. Antonium defenderet. Dio Caſſius more ſuo Ciceronis infeſtus alias adfert cauſas: nimirum inſidias C nis & Luculli contra Cæſarem & Pompejum comparatas duasque ejuſdem contumelias lib. XLVIII. quas initio Cæ ſimularit atque deſpexerit. Porro ab ira etiam excuſation ceſſit pro Cœlio. *Abram.*

48. *Sororiis ſtupris.*] Tres Clodii ſorores nupſerunt, una C cio Regi, altera Q. Metello Celeri, tertia L. Lucullo. de Metelli & Luculli uxoribus, à Clodio fratre ſtupratis, pr ſignificatio eſt in oratione pro Cœlio, in ea pro Milone, tarcho. de ea, quam Q. Marcius habuit in matrimonio propriè legi: ſed communiter de omnium inceſtu patet i Fam. lib. I. & apud Plutarchum in vita Ciceronis, duas non tres nominat Varro lib. III. de Re Ruſt. *P. Manut.*

49. *Libidine infamis.*] *Inſani* eſt quoque in noſtris libris tione prima ac Mediolanenſi. *Inſani* autem ſunt & dicun nimia alicujus rei cupiditate feruntur, ſicut *inſania* illa in ca rei alicujus cupiditas. vide act. IV. in Verrem, & quæ cti notarunt. *Grav.*

50. *Ille cæcus.*] Clodius improvidus, omnia per iracu nihil eſt conſilio agens. Nonnius: *Cæcum veteres pro impro xerunt.* Varro: *Neque id cæci Conſules feciſſent, qua mandat tam pio ſediſſent.* Catullus,

Cogor inops, ardens, amenti cæca furore.

Quo verſu conjunctam vides amentiæ cæcitatem. ut apu rium lib. II. de Inſtitutis: *In prævalidum imperii noſtri m cæca & amens irruiſti.* & lib. IX. cap. I. de Antiocho: *Cuj & amentem luxuriam exercitus imitatus magna ex parte aure crepidis ſubjectos habuit.* Abram.

tatis? hoſtes bonorum omnium? qui ad delendum ſenatum, affligendum equeſtrem ordinem, exſtinguenda omnia jura atque inſtituta majorum, ſe illis faſcibus ceterisque inſignibus ſummi honoris atque imperii ornatos eſſe arbitrabantur? Quorum, per deos immortales, [51] ſi nondum ſcelera vulneraque inuſta reipublicæ vultis recordari, vultum atque inceſſum animis intueamini. faciliùs facta eorum occurrent mentibus veſtris, ſi ora ipſa oculis propoſueritis.

VIII. ALTER unguentis affluens, calamiſtratâ comâ, 18
deſpiciens conſcios ſtuprorum ac veteres vexatores ætatulæ ſuæ, [52] puteali & fœneratorum gregibus inflatus atque perculſus, [53] olim ne Syllæo illo æris alieni in freto [54] ad columnam adhæreſceret, in tribunatus portum perfugerat.

51. *Si nondum ſcelera.*] *Si unquam ſcelera.* Pantagathus. *Urſin.*

52. *Puteali & fæneratorum gregibus inflatus atque perculſus.*] Pantagathus hunc locum ita reſtituit: *Puteali & fæneratorum gregibus inſenſus æque atque compulſus olim ne Scyllæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæreſceret, in tribunatus portum perfugere* (ſive ut eſt in aliis) *confugere.* Urſin. *Gregibus inflatus atque perculſus.*] Sic primitus editi. nam Pall. noſtri non habent illud, *atque perculſus*; excepto nono; in quo *atque compulſus*; quomodo etiam exſtat in S. Victoris. Gulielmius conjicit *inlatus.* ego vulgatam interpretor; tanquam primo fuerit inflatus ab illis ſectatoribus, ſed tandem deſertus: ut ſæpe ſolet fieri, cùm ducem ſuum tueri nequeunt iſti Satagei. exemplum videatur apud Tullium in Quintiana cap. 22. prooemio item Verrino cap. 4. m. *Gruter.* Locum eſſe corruptum nemo non videt. Quomodo poterat Gabinium inflare puteal quod tantopere metuebat, & grex fœneratorum, qui ad tribunal illud eum vocabant & propter æs alienum perſequebantur? Sine ſubſidio melioris libri vix poterit emendari. Cogitabam: *Puteali & fæneratorum gregibus infeſtatus atque perculſus olim*, &c. *Perculſus* eſt everſus fere. Turnebus Adverſ. xx. *inflatus* exponit, quodam putealis & æris alieni projactatus & ejus flatu impulſus non contemnerem, ſi auctoritate idonei ſcriptoris hanc τῦ *inflare* notionem firmaſſet. *Percellere plauſtrum* apud Plautum. Sane *infeſtatus* minus longe recedit ab *inflatus* quàm aliorum conjecturæ. *Græv.*

53. *Olim Herculeo illo æris alieni in freto.*] Ven. quod & ipſe malim, *Ne Scyllo illo æris* &c. *Camer.*

54. *Ad columnam.*] Pulchrè. Nam in foro fuit columna Mænia, & in freto ſcopuli nominantur columnæ. Hinc columnæ Herculis paſſim, & columnæ Protei 11. Æneidos:

Atrides Protei Menelaus adusque columnas
Exulat. ———

Columna fori, ſive putealis Orator pro Cluentio 39. loquens de Q. Manilio Triumviro capitali: *Ex petulanti atque improbo ſcurra*

e *uſque ad* Alter, ô *deſunt in MSS.* fugerat. contemnebat equites Romanos, [e] minitabatur ſenatui, venditabat ſe operis, [55] atque ab iis ſe ereptum, ne de ambitu cauſam diceret, prædicabat, ab iisdemque ſe etiam, invito ſenatu, provinciam ſperare dicebat: eamque niſi adeptus eſſet, ſe incolumem nullo modo fore arbitrabatur.

19 Alter, ô dii boni! [56] quàm tæter incedebat! quàm truculentus! quàm [f] terribilis adſpectu! unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen reipublicæ diceres intueri. veſtitus [g] aſperè [57] noſtrâ hâc purpurâ plebejâ ac pænè fuſcâ: capillo

f terribili *alii.*

g aſper *alii.*

ra, in diſcordiis civitatis ad eam columnam; ad quam multorum convitiis deductus fuerat, tum ſuffragiis populi pervenerat. Id eſt, factus fuerat Triumvir capitalis, & juxta eam columnam judicabat ad quam ſæpe tractus fuerat judicandus. Item divinatione in Q. Cæcilium: *Vobis autem tanta inopia reorum eſt, ut mihi cauſam præripere conemini potius, quàm aliquos à columna Mania veſtri ordinis reos reperiatis.* Ubi Aſconius intelligit: *Fures & ſervos nequam, qui apud Triumviros capitales ad columnam Maniam puniri ſolent.* Cujusmodi fuit Mænas Horatianus:

Sectus flagellis hic triumviralibus
Præconis ad faſtidium.

Hinc columnarii dicuntur viles homines & obærati. Cœlius ad Ciceronem epiſt. 9. *Nolo te putare Faonium à columnariis præteritum eſſe: optimus quisque eum nihili fecit.* Hæc autem Ciceronis verba, ut notat Turnebus lib. XX. Adverſariorum cap. 3. ad columnam Regiam, quæ eſt in freto Siculo, referri poſſunt, per dilogiam jocularem. *Abram.*

55. *Atque ab iis iri ſe ereptum.*] Ita ſcribendum cum in aliis deſit verbum *iri.* Urſin.

56. *Quàm tæter.*] Gabinius & nitenti vultu ceruſſatisque buccis, ut eſt in oratione in Piſonem, comâ in cincinnos intortâ ſignificare nequitiem & levitatem videbatur: Piſo contra triſti obſcuraque facie, horrido capillo, ſeveritatem illam veterem & conſtantiam præ ſe ferebat; Gabinius quod vultus indicabat, id præſtitit: fuit enim nequiſſimus atque improbiſſimus conſul. Piſo longè aliter, quàm homines opinabantur, conſulatum geſſit, nefariè ſcilicet maximéque contra rempublicam. itaque paullo poſt, *Alter*, inquit, *fefellit neminem: alter multos plane in omnes partes fefellit.* Tæter opponitur claro: unde illud de M. Marcello in epiſtola Ser. Sulpicii: *Vir clariſſimus ab homine tæterrimo eſt interfectus.* P. Manut.

57. *Noſtrâ hâc purpurâ plebejâ ac pænè fuſcâ.*] Illa fuit violacea, quâ uſi ſunt antiquis temporibus in prætextis & clavis; poſtea frequentius uſi ſunt rubrâ Tarentinâ, & tandem pretioſiſſimâ Tyriâ, ut ex Plinio & aliis multis declarat Octav. Ferrar. II. de Re Veſtiar. 7. Hinc Piſo, qui auſteritatem affectabat, eâ purpurâ utebatur in prætexta, æque ut Cato, de quo Plutarchus tradit,

pillo ita horrido, [h] ut Capua, in qua ipſe tum imaginis [i] ornandæ cauſâ duumviratum gerebat, Seplaſiam ſublaturus videretur. nam quid ego de ſupercilio dicam? [k] quod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus reipublicæ [l] videbatur. tanta erat gravitas in oculo, tanta contractio frontis, [58] ut illo ſupercilio reſpublica, tamquam Atlante cælum, niti videretur. Erat denique hic omnium ſermo: Eſt [m] tamen reipublicæ magnum firmumque ſubſidium: habeo quem opponam labi illi atque cœno: vultu, medius fidius, collegæ ſui libidinem levitatemque franget, habebit ſenatus in hunc annum quem ſequatur, non deerit auctor & dux bonis. mihi denique homines præcipuè gratulabantur, quod habiturus eſſem contra tribunum plebis furioſum & audacem, cùm amicum & affinem, tum etiam fortem & gravem conſulem.

IX. ATQUE eorum alter fefellit neminem. quis enim clavum tanti imperii tenere, & gubernacula reipublicæ tractare in maximo curſu ac fluctibus poſſe arbitraretur hominem emerſum ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum? vino, ganeis, lenociniis adulteriiſque confectum? cùm is præter ſpem in altiſſimo gradu alienis opibus poſitus eſſet, qui non modò tempeſtatem impendentem intueri temulentus, sed ne lucem quidem inſolitam adſpicere poſſet? Alter multos planè in omnes partes 21
fefellit. erat enim hominum [n] opinioni, nobilitate ipſa, blandâ conciliatriculâ, commendatus. Omnes boni ſemper nobilitati favemus, [o] & quia utile eſt reipublicæ, nobiles homines eſſe dignos majoribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominum & bene de republica meritorum memoria etiam mortuorum. [p] Quia triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum [q] atque incultum

h *uſque ad* quod tum *deſunt in MS. & ed. pr.*
i *alii* formandæ.
P. VII.
k ut jam *iid.*
l videretur *iid.*
m tandem *MSS.*
n opinione *Græv. & alii.*
o *uſque ad* Quia *deſunt in MSS.*
p Et quod cum triſt. *MS.*
q eſſe & *MSS.*

dit, ἐπεὶ πορφύραν ἑώρα τὴν κατάκορον ἐρυθρὰν, καὶ ὀξείας ἀγαπωμένην αὐτὸν ἐφόρει τὴν μέλαιναν. *Cum purpuram ſaturi coloris & acuto rubore ſplendentem in pretio videret eſſe, ipſe fuſcam & obtuſam gerebat.* Græv.

58. *Ut illo ſupercilio reſp. tanquam Atlante calum niti videretur.*] Lectio fictitia. neque melior ea, quam ſubſtituit Lambinus. primæ edd. habent; *ut illo ſupercilio aumantius ille niti tanquam videretur*; à qua nihil recedunt mſſ. noſtri. nam Pal. nonus exhibet, *ſupercilio vel amnantius anancius, ille niti tamquam videretur.* S. Victoris *ſupercilio mantuus ille niti tamquam videretur.* videatur Turnebus libro XX. Adverſ. 3. nam ego heic nihil video, niſi latere *mancaum.* adplicet rei propoſitæ qui poteſt. *Grut.*

 59. *Ma-*

tum videbant, & quòd erat eo nomine, ut ingenerata familiæ [r] frugalitas videretur, favebant, gaudebant, & ad integritatem majorum ſpe ſua hominem vocabant, [59] materni generis obliti.

r integritas *MSS.* nobilitas *alius MS.*

22 Ego autem (verè hoc dicam, judices) tantum eſſe in homine ſceleris, audaciæ, crudelitatis, quantum ipſe cum republica ſenſi, numquam putavi. [s] nequam eſſe hominem, [60] & levem, & falſa opinione, errore hominum ab adoleſcentia commendatum, ſciebam. etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur: ſed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſſit.

s neque enim *MSS.* P. B.

X. Videbamus genus vitæ, deſidiam, inertiam: incluſas ejus libidines, qui paullò propiùs acceſſerant, intuebantur. denique etiam ſermonis [t] anſas dabat, quibus
23 reconditos ejus ſenſus tenere poſſemus. Laudabat homo doctus philoſophos neſcio quos: neque eorum tamen nomina poterat dicere: ſed tamen eos laudabat maximè, qui dicuntur præter ceteros eſſe auctores [v] & laudatores voluptatis: [x] cujus, & quo tempore, & quo modo, non quærebat. verbum ipſum omnibus modis animi & corporis

t cauſas *MS.*

v & laud. *deſunt in MS.*

x *uſque ad* nihil eſſe *deſunt in MSS.*

59. *Materni generis obliti.*] L. Piſo matrem habuit, non Romanam, ſed homine Gallo natam: qui cum Placentiæ conſediſſet, in eam civitatem adſcitus, poſtea Romam venit, & Piſoni Cæſonino, ejus Piſonis filio, quem ab Helvetiis interfectum Cæſar ſcribit, filiam collocavit. hinc illa in Piſonem: *O familiæ non dicam Calpurniæ, ſed Calventiæ, neque hujus urbis, ſed Placentini municipii, neque paterni generis, ſed braccatæ cognationis dedecus.* Hoc autem ideo dixit, quod Piſo ex materno genere cognatos haberet homines braccatos, hoc eſt Gallos tranſalpinos, qui braccis utebantur. & in eadem oratione: *O tenebræ, ô lutum, ô ſordes, ô paterni generis oblite, materni vix memor.* & in ea poſt Reditum in Senatu: *Is non me (quamquam equidem non cognôram eum propter Piſonum affinitatem, quem longe hinc ab hoc genere cognatio materna tranſalpini ſanguinis abſtuliſſet) ſed vos populumque Romanum non conſilio, neque eloquentiâ, quod in multis ſæpe accidit, ſed rugis ſuperciliоque decepit.* Is autem, qui patris hujus Piſonis ſocer fuit, Calventius eſt appellatus Pedianus. P. *Manut.*

60. *Et levem.*] Gellius VII. II. *Veterum hominum qui proprie atque integre locuti ſunt, leves dixerunt, quos vulgo nunc viles & nullo honore dignos dicimus.* Idque probat auctoritate Ciceronis Philipp. II. in Piſonem: *Non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non recipit levitas iſta, non egeſtas animi, non infirmitas ingenii ſuſtinet.* &, *Levitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari.* Abram.

61. *Vati-*

poris devorabat: eoſdemque præclarè dicere ajebat, ſapientes omnia ſuâ cauſâ facere: rempublicam capeſſere hominem bene ſanum non oportere: [y] nihil eſſe præſtabilius otioſâ vitâ & plenâ & confertâ voluptatibus: eos autem, qui dicerent, dignitati eſſe ſerviéndum, reipublicæ conſulendum, officii rationem in omni vita, non commodi, eſſe ducendam, [z] ſubeunda pro patria pericula; vulnera [a] excipienda, mortem [b] oppetendam: [61] vaticinari atque inſanire dicebat.

y agebat nihil *MSS.*
z adeunda *MSS. & ed. pr.*
a accipienda *alii.*
b appet. *MSS.*

24 Ex his aſſiduis ejus quotidianisque ſermonibus, & quòd videbam, quibuscum hominibus in interiore ædium parte viveret, & quòd ita domus ipſa fumabat, [62] ut multa ejus ſermonis indicia redoleret, ſtatuebam ſic, boni nihil ab illis nugis exſpectandum, mali quidem certè nihil pertimeſcendum. Sed ita eſt, judices, ut, ſi gladium parvo puero, aut ſi imbecillo ſeni, aut debili dederis, ipſe impetu ſuo nemini noceat, ſin ad nudum vel fortiſſimi viri corpus acceſſerit, poſſit acie ipſa & ferri viribus vulnerari:

61. *Vaticinari atque inſanire.*] Dementes eſſe & delirare inſtar eorum qui vaticinantur, quod nunquam faciunt niſi de poteſtate mentis exierint redactique fuerint ad inſaniam. Maro,

Inſanam vatem adſpicies qua rupe ſub ima
Fata canit. ——

Hinc Varro de Lingua Latina V. *Vaticinari*, dici ait, *quod veſana mente faciunt.* Et Plato in Phædro quatuor inſaniæ genera numeravit, quorum ſingula ſingulis Diis ſint attributa. Τῆς δὲ θείας (μανίας) τεττάρων θεῶν τέτταρα μέρη διελόμενοι, μαντικὴν μὲν ἐπίνοιαν Ἀπόλλωνος θέντες, Διονύσου δὲ τελεστικήν, Μουσῶν δ᾽ αὖ ποιητικήν, τετάρτην δ᾽ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος ἐρωτικὴν μανίαν. *Divini furoris quatuor Deorum quatuor genera dividentes, divinatricem inſaniam Apollini, initiatoriam Baccho, poëticam Muſis, quartam amatoriam Veneri & Amori tribuentes.* Ut non immerito Clemens Alexandrinus in Protreptico μαντικὴν μᾶλλον ἢ μανικὴν appellet. Minutius Felix in Octavio: *Hi ſunt & furentes quos in publicum videtis excurrere: Vates & ipſi abſque templo ſic inſaniunt, ſic bacchantur, ſic rotantur: par & in illis inſtigatio dæmonis, ſed argumentum diſpar furoris.* Arnobius lib. I. adverſus Gentes: *Audent aſſeverare furioſi, quod vos credere non erubeſcitis ſani.* Tertullianus ad uxorem lib. priore: *Quæ Delphis inſaniunt nubere neſciunt.* Id eſt vaticinantur. *Abram.*

62. *Ut multa ejus ſermonis indicia redoleret.*] Libri aliquot veteres habent, *redolerent*, ut ſit, *indicia redolerent.* ego nihil muto. ſic enim loquitur lib. de Oratore ad Q. Fr. *definitio doctrinam redolet.* ſupra autem eadem pag. non longe à princip. paginæ, ibi *quantum ipſe cum rep. ſenſi*, videtur legendum potius, *quantum ipſe cum P. R.* ſeu *cum populo R. ſenſi.* &c. Lamb.

ri: ita cùm hominibus enervatis atque exſanguibus conſulatus, tamquam gladius, eſſet datus, qui per ſe pungere neminem umquam potuiſſent, hi ſummi imperii nomine armati rempublicam contrucidaverunt. fœdus fecerunt cum tribuno plebis palàm, ut ab eo provincias acciperent, quas ipſi vellent: exercitum & pecuniam, quantam vellent, ea lege, ſi ipſi priùs tribuno plebis afflictam c & d conſtrictam rempublicam tradidiſſent. id autem fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant. Quâ re patefactâ (neque enim diſſimulari tantum ſcelus poterat, nec latêre) promulgantur uno eodemque tempore rogationes ab eodem tribuno [63] de mea pernicie, & de provinciis conſulum nominatim.

P. VIII.

c & conſtr. deeſt in aliis.

d circumſcriptam. MS.

25

XI. Hîc tum ſenatus ſollicitus, vos equites excitati, Italia cuncta permota, omnes denique omnium generum atque ordinum cives ſummæ reipublicæ à conſulibus atque à ſummo imperio petendum eſſe auxilium arbitrabantur, e cùm illi ſoli eſſent, præter furioſum illum tribunum, duo reipublicæ turbines, qui non modò præcipitanti patriæ non ſubvenirent, ſed f etiam nimiùm tardè conciderent mærerent. Flagitabatur ab his quotidie cùm querelis bonorum omnium, tum etiam precibus ſenatûs, ut meam cauſam ſuſciperent, g agerent; aliquid denique ad ſenatum referrent. hi non modò negando, ſed etiam irridendo, ampliſſimum quemque illius ordinis inſequebantur.

e hi duo ſoli fuerunt MSS. & ed. pr.

f eam Victor.

g agerent aliquid. hi non MSS.

26 Hîc ſubitò cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cunctâque Italiâ conveniſſet, veſtem mutandam omnes, meque etiam omni ratione, privato conſilio (quoniam publicis ducibus reſpublica careret) defendendum putarunt. Erat eodem tempore [64] ſenatus in æde Concordiæ, quòd ipſum templum repræſentabat memoriam

63. *De mea pernicie, & de provinciis conſulum nominatim.*] Non, nominatim, de mea pernicie, ſed, nominatim de provinciis conſulum. nam lex Clodii, ut in Dione, Vellejo & epiſtola quadam ad Atticum legimus, Ciceronem non nominabat, ſed in eos generaliter ſcripta erat, ſi qui cives Romanos indictâ cauſſâ condemnaſſent. in quo tamen præcipuum Ciceronis factum notabatur; qui conjuratos ſine populi judicio damnaverat. provincias autem conſulum in ea lege nominatas eſſe, indicant illa, quæ proxime recitavimus ex oratione pro Domo ſua. *P. Manut.*

64. *Senatus in æde.*] In Dreſdenſi & Francii codd. legitur: *Hic ſubito ſenatus & univerſus ordo flens conſulatus mei cauſâ Cincinnatum Conſulem.* & ita habet editio anni 1472. *Grav.*

65. Quod

riam conſulatûs mei, cùm flens univerſus ordo cincinnatum conſulem orabat. nam alter ille horridus & ſeverus conſultò ſe domi continebat. [h] Quâ tum ſuperbiâ cœnum illud ac labes ampliſſimi ordinis preces & clariſſimorum civium lacrymas repudiavit? me ipſum ut contempſit helluo patriæ? nam quid ego patrimonii dicam, [65] quod ille cùm quaſi quæſtum faceret, amiſit? Cùm veniſſet ad ſenatum, vos, inquam, equites Romani & omnes boni, veſte mutatâ, vos, inquam, pro meo capite ad pedes lenonis impuriſſimi projeciſtis, [i] cùm, veſtris precibus à latrone illo repudiatis, vir incredibili fide, magnitudine animi, conſtantiâ, L. [k] Mummius ad ſenatum de republica retulit. ſenatusque frequens veſtem pro mea ſalute mutandam cenſuit.

P. B.
h quanta ſup. *MSS.*
i *uſque ad* ô diem *deſunt in MSS.*
k Ninnius *MSS.*

XII. O diem illum, judices, funeſtum ſenatui bo- 27
niſque omnibus! reipublicæ luctuoſum! mihi ad domeſticum mærorem gravem! ad poſteritatis memoriam glorioſum! Quid enim quiſquam poteſt ex omni memoria ſumere illuſtrius, quàm pro uno cive & bonos omnes privato conſenſu, & univerſum ſenatum publico conſilio mutaſſe veſtem? quæ quidem tum mutatio non deprecationis cauſâ eſt facta, ſed luctûs. [66] quem enim deprecarentur, cùm omnes eſſent ſordidati? cúmque hoc ſatis eſſet ſigni, eſſe improbum, qui mutatâ veſte non eſſet? Hac mutatione veſtis factâ, tanto in luctu civitatis, omitto quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque prædo fecerit: qui adeſſe nobiliſſimos adoleſcentes, honeſtiſſimos equites Romanos, deprecatores ſalutis meæ juſſerit, eosque operarum ſuarum gladiis & lapidibus objecerit: de conſulibus loquor, quorum fide reſpublica niti debuit.

Exanimatus evolat ex ſenatu, non minùs perturbato 28
animo atque vultu, quàm ſi paucis antè annis in creditorum conventum incidiſſet: advocat concionem: habet orationem talem conſul, qualem numquam Catilina victor habuiſſet: Errare homines, ſi etiam tum ſenatum ali-

65. *Quod ille cum quaſi quæſtum faceret, amiſit. Vos, vos inquam &c.*] In Venetis aliquot verba ſunt interpoſita non aliena, ut videtur. Sic enim illi, *Quod ille cum quaſi quæſtum faceret, amiſit. Cum veniſſet ad ſenatum, vos, vos inquam.* Camer.

66. *Quem enim deprecaretur.*] *Eſſent deprecati* melior lectio. *Urſinus.*

 67. De-

P. IX. aliquid in republica poſſe arbitrarentur: equites verò Romanos [67] daturos illius dies pœnas, quo, me conſule, cum gladiis in clivo Capitolino fuiſſent: Veniſſe tempus iis, qui in timore fuiſſent, (conjuratos videlicet dicebat) ulciſcendi ſe. Si dixiſſet hoc ſolùm, omni ſupplicio eſſet dignus. nam oratio ipſa conſulis pernicioſa poteſt rempu-
29 blicam labefactare. Quid fecerit, videte. L. Lamiam, qui cùm me ipſum pro ſumma familiaritate, quæ mihi cum fratre, cum patre ejus erat, unicè diligebat, tum pro republicâ vel mortem oppetere cupiebat, [68] in concione relegavit: edixitque, ut ab urbe abeſſet millia paſ-
l cive alii. ſuum ducenta: quòd eſſet auſus pro [l] civi, pro bene merito [l] civi, pro amico, pro republica deprecari.

XIII. QUID HOC homine facias? aut quò civem importunum, aut quò potiùs hoſtem tam ſceleratum reſerves? qui, ut omittam cetera, quæ ſunt ei cum collega immani impuroquè conjuncta atque communia, hoc unum habet proprium, ut expulerit ex urbe, relegarit, non dico equitem Romanum, non ornatiſſimum atque optimum virum, non amiciſſimum reipublicæ civem, non illo ipſo tempore unà cum ſenatu & cum bonis omnibus caſum amici reique publicæ lugentem: ſed civem Romanum [69] ſine ullo judicio aut edicto ex patria conſul ejecerit.

70 Ni-

67. *Daturos illius diei pœnas.*] Quidam libri veteres habent, *dies*: & notant grammatici veteres, hic ita locutum eſſe Ciceronem, & A. Gellius lib. IX. cap. 14. Eſt enim, *dies*, hoc loco patrius caſus antiquus: qua de re nos in ſcholiis Lucretianis. *Lamb.* *Illius diei pœnas.*] Gellius lib. IX. Noct. Att. cap. 14. *Quintus Ennius in 16. Annali dies ſcripſit pro diei in hoc verſu:*

Poſtrema longinqua dies confecerit ætas.

Ciceronem quoque affirmat Ceſellius in oratione quam pro Sextio fecit, dies ſcripſiſſe pro diei, quod ego impenſâ operâ, conquiſitis veteribus libris pluſculis, ita, ut Ceſellius ait, ſcriptum inveni, profert hunc locum & legit apud Maronem,

Libra dies, ſomnique pares ubi fecerit horas. Abram.

68. *In concione relegavit.*] *In concione ſine lege relegavit*: ita in vetuſto quodam libro ſcriptum inveniri teſtatur amicus meus homo doctiſſimus. *Urſin.*

69. *Sine ullo judicio aut edicto.*] Pantagathus legebat, *ſine ullo judicio, ſuo edicto*: conjecturâ, credo, ductus, quod ſupra dixit: *Relegavit edixitque ut ab urbe abeſſet millia paſſuum ducenta.* Idem. Propriè, nam populi lex, plebis ſcitum, Senatûs conſultum, decretum, auctoritas, Magiſtratûs edictum. Hinc frequenter in Iure civili, *Prætoris edictum*, paulo poſt, *Etiamne edicere audeas ne*

mære-

[70] Nihil acerbius m ſocii Latini ferre ſoliti ſunt, quàm, 30
[71] id quod perrarò accidit, ex urbe exire à conſulibus ju-
beri. Atque illis tum erat reditus in ſuas civitates, ad ſuos
lares familiares: & in illo communi incommodo nulla in
quemquam propria ignominia nominatim cadebat. Hoc
verò quid eſt? exterminabit cives Romanos edicto conſul
à ſuis diis penatibus? expellet à patria? [72] deliget quem
volet? damnabit atque ejiciet nominatim? hic, ſi um-
quam vos eos, qui nunc eſtis in republica, fore putaſſet,
ſi denique imaginem judiciorum, aut ſimulacrum aliquod
futurum in civitate reliquum credidiſſet, umquam auſus
eſſet ſenatum de republica tollere? equitum Romanorum
preces aſpernari? civium denique omnium, novis &
inauditis edictis, jus libertatemque pervertere?

m ſocietati inferre *MS.* ſocii Reatini *alius MS.*

P. B.

Etſi me attentiſſimis animis, ſumma cum benignitate 31
auditis, judices: tamen vereor, ne quis fortè veſtrûm mi-
retur, [73] quid hæc mea oratio tam longa ac tam altè re-
petita velit, aut quid ad P. Sextii cauſam eorum, qui
ante hujus tribunatum rempublicam vexarunt, delicta per-
tineant. mihi autem hoc propoſitum eſt oſtendere, omnia
conſilia P. Sextii, mentemque totius tribunatûs hanc fuiſ-
ſe, ut afflictæ & perditæ reipublicæ, quantum poſſet,
mederetur. Ac, ſi in exponendis vulneribus illis de me
ipſo plura dicere videbor, n ignoſcite. nam & illam meam
cladem

n ignoſcitote *Vict.*

marerent homines. & alibi paſſim. *Abram.* In priſcis libris meis & editione prima hæc pars orationis deſideratur. Mediolanenſis & omnes vetuſtiores editiones ante Victorianam : *ſine ullo judicio atque edicto.* P. Manutius Lambini auctoritatem ſecutus delevit *aut edicto.* Quorum ſententiæ & ipſe ſubſcribo, ſed ſine libris nihil muto. *Grav.*

70. *Nihil acerbius ſocii Reatini ferre ſoliti ſunt.*] Ven. rectius, ut puto, *ſocii Latini.* Camer.

71. *Id quod perraro accidit.*] Bis omnino: quod quidem ego legendo obſervaverim; primum, edicto Proculi Virginii conſulis, cum Sp. Caſſium Viſcellinum collegam haberet, anno ab urbe condita CCLXVII. qua de re ſcriptum eſt apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. IIX. Deinde anno poſt V. C. DXXXI. cum. C. Fannius Coſ. vocatos à C. Graccho ad ſuffragium ferendum Latinos eodem die exire urbe juſſit. qua de re Appianus aperte, nec obſcure admodum Cicero in Bruto. *P. Manut.*

72. *Deliget quem volet.*] Videlicet, *quem volet damnabit*, ita ſcriptum animadverti ad oram libri doctiſſimi viri. *Urſin.*

73. *Quid hæc mea oratio tam longa ac tam alte repetita.*] *Tam longè*, melius, ut opinor, eſt in quodam libro. *Idem.*

cladem vos & omnes boni maximum eſſe reipublicæ vulnus judicaſtis; & P. Sextius eſt reus non ſuo, ſed meo nomine: qui cùm omnem vim ſui tribunatûs in mea ſalute conſumpſerit, neceſſe eſt meam cauſam præteriti temporis cum hujus præſenti defenſione eſſe conjunctam.

32 XIV. ERAT IGITUR in luctu ſenatus: ſqualebat civitas, publico conſilio mutatâ veſte: nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ ſocietas vectigalium, nullum collegium aut [o] concilium, aut omnino aliquod commune conſilium, quod tum non honorificentiſſimè decreviſſet de mea ſalute: cùm ſubitò edicunt duo conſules, ut ad ſuum veſtitum ſenatores redirent. Quis umquam [p] conſul ſenatum ipſius decretis parêre prohibuit? quis tyrannus miſeros lugere vetuit? Parumne eſt, Piſo, ut omittam Gabinium, quòd tantum homines fefelliſti, ut negligeres auctoritatem ſenatûs? optimi cujuſque conſilia contemneres? rempublicam proderes? conſulare nomen affligeres? P. X. etiamne edicere audeas, ne mærerent homines meam, ſuam, reipublicæ calamitatem? [q] ne hunc ſuum dolorem [r] veſte ſignificarent? ſive illa veſtis mutatio ad luctum ipſorum, ſive ad deprecandum valebat, quis umquam tam crudelis fuit, qui prohiberet quemquam aut ſibi mærere aut ceteris ſupplicare?

o quat. edd. conſilium.

p conſ. deeſt in MSS.

q neve alii.

r veſte mutatâ iid.

33 Quid? ſuâ ſponte homines in amicorum periculis veſtitum mutare non ſolent? pro te ipſo, Piſo, nemone mutavit? ne iſti quidem, [74] quos legatos non modò nullo ſenatusconſulto, ſed etiam repugnante ſenatu, tute tibi legaſti? Ergo hominis deſperati & proditoris reipublicæ caſum lugebunt fortaſſe qui volent: civis florentiſſimi benivolentiâ bonorum, & optimè de ſalute patriæ meriti, periculum, conjunctum cum periculo civitatis, lugere ſenatui non licebit? [75] Iidem conſules, ([ſ] ſi appellandi ſunt con-

ſ quat. ſeqq. voces deſunt in ed. Lamb.

74. *Quos legatos . . . tibi legaſti.*] Etiam patri hunc locum fuiſſe ſuſpectum video, ita ut de *τῷ legatos* abjiciendo cogitaverit. Sed Victorius ad lib. IV. epiſt. ad Attic. 15. corrigebat *legiſti*, quod Lambinus ex V. C. etiam annotabat. Sed poſſunt vulgata ferri. *Gronov.*

75. *Iidem conſules,*] Clodius ut rogationi ſuæ de expulſione Ciceronis aliquem juſtitiæ colorem inveniret, tum aliquot principes civitatis, tum imprimis Conſules in circo Flaminio produxit in concionem, eosque palam audiente populo Romano interrogavit, quid ſentirent de M. Tullii Conſulatu, reſpondit Piſo,

CRU-

conſules, quos nemo eſt, qui non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis evellendos (t putet) pacto jam fœdere provinciarum, producti in circo Flaminio in concionem ab illa furia ac peſte patriæ, maximo cum gemitu veſtro, illa [76] omnia, quæ tum contra me contraque rempublicam dixerat; voce ac ſententiâ ſuâ v comprobaverunt.

t non putet *alii.*

v decreverunt *MS.*

XV. IISDEM conſulibus [77] ſedentibus atque inſpectantibus lata lex eſt, ne auſpicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet: [78] ut omnibus faſtis diebus legem ferri liceret: ut lex Ælia, lex Fuſia ne valeret. quâ unâ rogatione, quis eſt, qui non intelligat, univerſam rempublicam eſſe deletam? Iiſdem conſulibus x inſpectantibus ſervorum delectus habebant [79] pro tribunali Aure- 34

x ſedentibus *alii.*

CRUDELITATEM SIBI NON PLACERE: Gabinius & Ciceronem, & equeſtrem ordinem accuſavit. *Abram.*

76. *Omnia qua tum contra me contraque Remp. dixerant.*] Melius, ut opinor, eſt in manuſcripto: *Omniaque tam contra me, quam contra Remp. dixerant.* Urſin.

77. *Sedentibus.*] Non reſiſtentibus. In Piſonem. *An poteſt ulla eſſe excuſatio, non dicam male ſentienti, ſed ſedenti, cunctanti, dormienti in maximo Reip. motu Conſuli?* Vide notas & Lælium Biſciolam in Adverſariis. Maro II. Æneidos:

Cogite concilium, & pacem laudate ſedentes.
Illi armis in regna ruunt.

Demoſthenes II. Olynth. Ἀλλ' οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. *Sed ut opinor ſedemus nihil facientes.* Ariſtophanes Acharnenſibus. Κάθησθ' ἐν δόμοισιν ἢ πολλοῦ γε δεῖ. *Abram.*

78. *Ut omnibus feſtis diebus.*] In manuſcripto libro eſt *factis*, unde conjecit Ant. Auguſtinus *faſtis* legendum eſſe: faſti enim excludunt Comitiales, feſti utroſque. *Urſin.*

79. *Pro tribunali Aurelio.*] In tribunali Aurelio. nam, *pro*, & ante ſignificat, & in: ante ut in Philippica II. *Haſta poſita pro æde Jovis Statoris:* In, ut apud Salluſtium in Jugurthino: *Numidæ pro muris dies noctesque agitare.* Feſtus etiam veteres ita locutos auctor eſt: ait enim ſic: *Pro ſignificat in, ut pro Roſtris, pro æde, pro tribunali.* Quod ſi quis, cur in hoc loco, *pro* potius pro, *in*, accipiam, quam pro, ante, cauſſam quærit: illa fuit, quod in oratione poſt Reditum ad Quirites eadem de re ſic eſt ſcriptum: *Ego, cum homines in tribunali Aurelio palam conſcribi centuriarique vidiſſem.* Et pro Domo ſua: *Cum in tribunali Aurelio conſcribebas palam non modo liberos, ſed etiam ſervos ex omnibus vicis concitatos.* Fuit autem hoc tribunal in foro: quod ex oratione cognovimus in Piſonem: in qua hæc notavimus: *Cum ſervorum delectus haberetur in foro, arma in templum Caſtoris luce & palam comportarentur.* P. Manut. *Tribunali Aurelio.*] Tribunal Aurelium fuit in foro eo ipſo anno factum, quo Cajus Verres præturam urbanam gerebat. pro Cluentio cum dixiſſet: *C. Verres Prætor urbanus.* addit inferius,

Aurelio, [80] nomine collegiorum, y cùm vicatim homines z conſcriberentur, [81] decuriarentur: ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur. Iiſdem conſulibus arma in templum Caſtoris palàm comportabantur, gradus ejuſdem templi tollebantur: armati homines forum & conciones tenebant: cædes lapidationesque fiebant: nullus erat ſenatus, [82] nihil reliqui magiſtratus: unus omnem omnium poteſtatem armis & latrociniis poſſidebat, non aliquâ vi ſuâ, ſed cùm a duo conſules à republica provinciarum fœdere retraxiſſet, inſultabat, dominabatur: aliis pollicebatur: terrore ac metu multos, plures etiam ſpe & promiſſis tenebat.

Quæ cùm eſſent ejuſmodi, judices, cùm ſenatus duces nullos, ac pro ducibus proditores, aut potiùs apertos hoſtes haberet: equeſter ordo reus b à conſulibus citaretur: Italiæ

y ut *MSS.*
z ſcriberentur *MS.* *& ed. pr.*
P. B.
a duos *alii.*
b ad conſulem *MS.* à conſule *ed. pr.*

Gradus illi Aurelii tum novi, quaſi pro theatro illi judicio ædificati videbantur: quos ubi accuſator concitatis hominibus complêrat, non modo diſcedendi ab reo, ſed ne ſurgendi quidem poteſtas erat. Unde conjectura ſit hoc tribunal à M. Aurelio Cotta, eo ipſo tempore, quo legem judiciariam tulit, habendis judiciis fuiſſe excitatum. *Abram.*

80. *Nomine collegiorum.*] Collegia, hoc eſt infimorum hominum, certas artes pariter exercentium, conventus, jam inde à Numa rege eſſe inſtituta, in Plinii Naturali Hiſtoriâ & in Plutarcho ſcriptum eſt. poſtea, cum horum collegiorum numerus eſſet auctus; omnia, præter pauca atque certa, ut fabrorum fictorumque, quæ civitatis utilitas deſiderabat, pluribus legibus ſublata ſunt, neque ſolum legibus, ſed etiam ſenatûs conſultis, ut L. Cæcilio, Q. Marcio Coſſ. nec enim hominum humilium coitiones in civitate ſatis tutæ videbantur. *P. Manut.*

81. *Decuriarentur.*] Loquitur de iis, qui collegiorum nomine vicatim conſcribebantur. nam, *decuriare*, commune verbum eſt de iis, qui quamlibet ob cauſſam ita congregantur, ut eorum ordo quidam & deſcriptio ſit, & quamquam, cum *decuria*, vel *decuriare* dicitur, certus numerus, hoc eſt decem, ſignificari videtur: de plurimis tamen, & hic à Cicerone, & alibi cùm ab ipſo, tum ab aliis uſurpatum eſſe conſtat. dixit igitur, *decuriarentur*, pro, in collegia conſcriberentur, in ordines cogerentur. ſic in oratione pro Domo ſua: *Cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum.* libro autem II. ad Quinctum Fratrem, cum non de his collegiis, ſed de ambitioſa hominum coitione intelligat, *Eodem*, inquit, *die ſenatûs conſultum factum eſt, ut ſodalitates decuriatique diſcederent.* Idem.

82. *Nihil reliqui magiſtratûs.*] Ita eſt in vulgatis: ſed rectius, ut videtur, in manuſcripto, *Nihil reliqui poterant magiſtratus.* Urſinus.

Italiæ totius auctoritas repudiaretur: alii nominatim relegarentur, alii metu ac periculo terrerentur: arma eſſent in templis, armati in foro: eaque non ſilentio conſulum diſſimularentur, [c] ſed & voce & ſententiâ comprobarentur: cùm omnes urbem nondum exciſam & everſam, ſed jam captam atque oppreſſam videremus: tamen his tantis malis, tanto bonorum ſtudio, judices, reſtitiſſemus.

c ſed voce MS.

XVI. SED ME alii metus atque aliæ curæ ſuſpicio- 36
neſque moverunt. Exponam enim hodierno die, judices, omnem rationem facti & conſilii mei: neque huic veſtro tanto ſtudio audiendi, neque [d] verò huic tantæ multitudini, quanta, meâ memoriâ, numquam ullo in judicio fuit, deero. nam, ſi ego in cauſa tam bona, tanto ſtudio ſenatûs, conſenſu tam incredibili bonorum omnium, tam parato, totâ denique Italiâ ad omnem contentionem expeditâ, ceſſi tribuni plebis, deſpicatiſſimi hominis, furori, contemptiſſimorum conſulum levitatem audaciamque pertimui: nimiùm me timidum, nullius animi, nullius conſilii fuiſſe confiteor.

d vero deeſt in MS.

Quid enim ſimile fuit in Q. Metello? cujus cauſam etſi 37
omnes boni probabant, tamen neque ſenatus publicè, neque ullus ordo propriè, neque ſuis decretis Italia tota ſuſceperat. ad ſuam enim magis quandam ille gloriam, quàm ad perſpicuam ſalutem reipublicæ [e] ſumpſerat, cùm unus in legem per vim latam jurare noluerat: denique videbatur ea conditione tam fortis fuiſſe, ut cum patriæ caritate conſtantiæ [83] gloriam commutaret. Erat autem ei res cum exercitu C. Marii invicto: habebat inimicum C. Marium, conſervatorem patriæ, ſextum jam illum conſulatum gerentem: res erat cum L. Saturnino iterum tribuno plebis, vigilante homine, & in cauſa populari ſi non moderatè, at certè populariter [84] abſtinenterque verſato. [85] ceſſit,

P. XL.

e ſpectarat alii.

83. *Gloriam commutaret.*] Conſtantiæ gloriam patriæ caritati anteponeret. mallet conſtantiæ gloriam adipiſci quàm in patria manere. Sic in ea pro Balbo: *Q. Metellus, cui patriæ ſalus dulcior quàm conſpectus fuit: qui de civitate diſcedere quàm de ſententia maluit.* Hotom.

84. *Abſtinenterque.*] Hoc verbo uſus eſt, ut Saturninum, etſi non moderatum, tamen præ P. Clodio tolerabilem fuiſſe demonſtret. non enim ille, ut Clodius, alieni appetens, non teſtamentarius, non latro, non (ut hoc etiam ad libidines referatur) ſororis adulter, ſtuprorum ſacerdos. *P. Manut.*

85. Ceſſit,

[85] ceſſit, ne aut victus à fortibus viris cum dedecore caderet: aut victor multis & fortibus civibus rempubli-
38 cam orbaret. Meam cauſam ſenatus palàm, equeſter ordo acerrimè, cuncta Italia publicè, omnes boni propriè enixéque ſuſceperant. eas res geſſeram, quarum non unus auctor, ſed dux omnium voluntatis fuiſſem, quæque non modò ad ſingularem meam gloriam, ſed ad ſalutem communem omnium civium & propè gentium pertinerent: ea conditione geſſeram, ut meum factum ſemper omnes præſtare tuerique deberent.

XVII. Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, ſed cum operis conductis & ad diripiendam urbem concitatis. habebam inimicum non C. Marium, terrorem hoſtium, ſpem ſubſidiumque patriæ: ſed duo importuna prodigia, quos egeſtas, quos æris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas tribuno plebis con-
39 ſtrictos addixerat. Nec mihi res erat cum Saturnino, qui, f quòd à ſe, [86] quæſtore Oſtienſi, per ignominiam, ad principem & ſenatûs & civitatis, M. Scaurum rem frumentariam tranſlatam ſciebat, dolorem ſuum magna contentione animi perſequebatur: ſed cum ſcurrarum g locupletium ſcorto, cum ſororis adultero, cum ſtuprorum ſacerdote, cum venefico, cum teſtamentario, [87] cum ſicario, cum latrone. quos homines, h ſi, id quod facile factu fuit, i & quod fieri debuit, quodque à me optimi & fortiſſimi cives flagitabant, vi armiſque ſuperaſſem, non verebar, ne quis aut vim vi k repulſam reprehenderet, aut perditorum civium, vel potiùs domeſticorum hoſtium mortem mæreret. ſed me illa moverunt: omnibus in concioni-

f *uſque ad* ſed cum *deſunt in MS.*

g locuplete *MSS.*

P. B.

h ſi quod fac. *MSS.*

i *duod. ſeqq. voces deſunt in MSS. ut & multa è ſeqq.*

k depulſam *ed. ? et.*

85. *Ceſſit, ne aut victus.*] Ad oram libri emendati à viro doctiſſimo ita hic locus reſtitutus eſt, *Ceſſit tamen nihil tergiverſatus, ne aut victus, &c.* Urſin.

86. *Quæſtore Oſtienſi.*] Ad eius procurationem pertinebat quicquid mari evehebatur aut comportabatur, unde & in Vatinium *aquariam provinciam* appellat. *Cum tibi magno clamore aquaria provincia obtigiſſet.* pro Murena: *Tu illam, cui cum Quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet Oſtienſem non tam gratioſam & illuſtrem, quam negotioſam & moleſtam.* De Saturnino vide de Haruſp. Reſp. Aliam adfert rationem Appianus, quod eum Tribunum plebis Metellus Numidicus cenſor ex albo Senatorum eradere tentaverat. *Abram.*

87. *Cum ſicario.*] Qui, ut paſſim dicitur, & Papirium in via Appia occidit, & libertum Damionem ad occidendum Cn. Pompejum in veſtibulo curiæ collocavit. *Idem.*

88. *Quod*

cionibus illa furia clamabat, ſe, quæ faceret contra ſalutem meam, facere auctore Cn. Pompejo, clariſſimo viro mihique & nunc, & [88] quoad licuit, amiciſſimo. M. Craſſus, quocum mihi erant omnes amicitiæ neceſſitudines, vir fortiſſimus, ab eadem illa peſte infeſtiſſimus eſſe meis fortunis prædicabatur. C. Cæſar, qui à me nullo meo merito alienus eſſe debebat, inimiciſſimus eſſe meæ ſaluti ab eodem quotidianis concionibus dicebatur.

His ſe tribus auctoribus in conſiliis capiendis, adjutoribus in re gerenda eſſe uſurum dicebat. ex quibus unum, habere exercitum in Italia maximum: [l] duo, qui privati tum eſſent, & præeſſe, & parare, ſi vellent, exercitum poſſe; idque facturos eſſe dicebat. nec mihi ille judicium populi, nec legitimam aliquam contentionem, nec diſceptationem, aut [89] cauſæ dictionem, ſed vim, arma, exercitus, imperatores, caſtra denuntiabat. l *alii* duos.

XVIII. QUID ERGO? inimici oratio, vana præſertim, tam improbè in clariſſimos viros conjecta, me movit? [90] Me verò non illius oratio, ſed etiam eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur: qui tum, quamquam ob [m] aliam cauſam tacebant, tamen hominibus, omnia timentibus, [91] tacendo loqui, non infi- m alias cauſas *alii*.

88. *Quoad licuit.*] Latenter excuſat Pompejum: quod aliquando ſibi officium amici non præſtiterit, nec à Clodio inique oppugnatum defenderit. non enim ei per Cæſarem ſocerum licuit: qui, ut ea, quæ conſul contra leges & auſpicia geſſerat, confirmarentur, alienare à ſe tribunum pl. popularem nolebat. infra, & proxime, & in Piſonem. *P. Manut.*

89. *Cauſa dictionem.*] Sic in Quinctiana: *Cauſa mea dictionem certas in partes diſtribuam.* Proprie tamen *cauſa dictio* eſt cauſæ dicendæ jus atque poteſtas; ut *teſtimonii dictio* apud Terent. *Juris dictio*, *legis actio*, *teſtamenti factio* & ſimilia. *Hotom.*

90. *Me verò, non illius oratio, ſed etiam eorum taciturnitas &c.*] Hæc eſt ſcriptio Pal. noni, à qua non abit codex S. Victoris, niſi quod non habeat illud *etiam*; quod heic unicè quadrat. vulgata præferebat, *non movit illius oratio.* ſed id verbi jucundè ſubauditur. *Gruter.*

91. *Tacendo loqui.*] Non abludit illud Baſilii Magni in principium Proverbiorum: Αὕτη σιωπῶσα βοᾷ. *Ipſa dum tacet clamat.* Et Hortatione ad baptiſmum. Αὐτὰ βοᾷ τὰ πράγματα κἂν τῇ φωνῇ σιωπᾷς. *Ipſa res clamat, etiamſi voce taceas.* Noſter divinatione in Q. Cecilium: *Si tacent, ſatis dicunt.* Aſconius eum locum illuſtrat altero primæ in Catilinam. *Cum tacent, clamant.* Additque, *Hac neque oxymora, neque cacozela judicanda ſunt: aut enim inferioribus, aut ſuprapoſitis leniuntur.* Atque adverte quo pacto noſter

inſitiando confiteri videbantur. [92] illi autem aliquo tum timore perterriti, quòd [93] acta illa atque omnes res anni ſuperioris labefactari à prætoribus, infirmari à ſenatu atque principibus civitatis putabant, tribunum popularem à

P. XII. ſe alienare nolebant; ſuaque ſibi propiora pericula eſſe, quàm mea, loquebantur.

41 Sed tamen & Craſſus à conſulibus meam cauſam ſuſcipiendam eſſe [n] dicebat, & eorum fidem Pompejus implorabat; neque ſe privatum publicè ſuſceptæ cauſæ defuturum eſſe dicebat, quem virum ſtudioſum mei, cupidiſſimum reipublicæ conſervandæ, domi meæ certi homines ad eam rem [o] compoſiti monuerunt, ut eſſet cautior: ejusque vitæ à me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerunt: atque hanc ei ſuſpicionem alii litteris mittendis, alii nuntiis, alii coram ipſi excitaverunt, ut ille, cùm à me certè nihil timeret, ab illis, ne quid meo nomine molirentur, ſibi cavendum putaret. Ipſe autem Cæſar, quem maximè homines ignari veritatis, mihi eſſe iratum putabant, erat ad portas, erat cum imperio: erat in Italia ejus exercitus, inque eo exercitu ipſius tribuni plebis inimici mei fratrem præfecerat.

n ducebat *Grut.*

o poſiti *MSS.*

42 XIX. [94] HÆC EGO cùm viderem, neque enim erant occul-

noſter ſuam orationem hoc loco molliverit. Durius dixiſſet, *Tacendo loquebantur.* maluit dicere, *Tacendo loqui videbantur hominibus.* Neque quibusvis: Sed *hominibus omnia timentibus*, qui metu occupati facile etiam quæ fieri non poſſunt, ſibi perſuadent. *Abram.*

92. *Illi enim mali timore perterriti.*] Veneti melius, *Illi autem aliquo tum metu perterriti.* Camer.

93. *Acta illa.*] Ea, quæ proximo anno conſul geſſerat. qua de re in oratione in Piſonem his verbis: *Adducta res in certamen te conſule putabatur, utrum, quæ ſuperiore anno ille geſſiſſet, manerent, an reſcinderentur.* & in ea de Provinciis: *Terror injectus Cæſari de ejus actis, metus cædis bonis omnibus.* Et pro Domo: *Tua denique omnis actio poſterioribus menſibus fuit, omnia, quæ C. Cæſar egiſſet, quæ contra auſpicia eſſent acta, per ſenatum reſcindi oportere.* P. Manutius.

94. *Hæc cum ego viderem, neque enim erant occulta.*] Ex Demoſthenis oratione περὶ ϛεφάνε, fere ad verbum: ταῦτα δὲ ὁρῶν ὁ Φίλιππος, ἐ γὰρ ἦν ἀφανῆ. *Urſin.* *Hæc ego cum viderem: (neque enim erant occulta).*] Genus loquendi Græcis quoque uſitatum. iiſdem enim verbis uſus eſt Demoſthenes in ea, περὶ ϛεφάνε, ταῦτα δὲ ὁρῶν ὁ Φίλιππος: ἐ γὰρ ἦν ἀφανῆ. cujus in imitationem non de induſtria, ut opinor, ſed caſu & ex legendi conſuetudine Cicero incurrit: cùm etiam in epiſtola ad Lentulum itidem locutus ſit;

occulta, ſenatum, ſine quo civitas ſtare non poſſet, omnino de civitate eſſe ſublatum: conſules, qui publici conſilii duces eſſe p deberent, perfeciſſe, ut per q ipſos publicum conſilium funditus tolleretur: eos, qui plurimùm poſſent, opponi omnibus r concionibus falſò, ſed formidoloſè s tamen, auctores ad perniciem meam: t conciones haberi quotidie contra me; vocem pro me ac pro republica neminem mittere: intenta ſigna legionum exiſtimari cervicibus ac bonis veſtris, falſò, ſed putari tamen: conjuratorum copias veteres, 95 & effuſam illam ac ſuperatam Catilinæ manum importunam, novo duce & inſperata commutatione rerum eſſe renovatam.

Hæc cùm viderem, quid agerem, v judices? ſcio enim, tum non mihi veſtrum ſtudium, ſed meum x propè veſtro defuiſſe. contenderem contra tribunum plebis y privatus armis? viciſſent improbos boni, fortes inertes: interfectus eſſet is, qui hac unâ medicinâ ſolâ potuit à republicæ peſte depelli. 96 Quid deinde? quid reliquiarum reſtaret? quid denique erat dubium, quin ille ſanguis tribunicius, nullo præſertim publico conſilio profuſus, z conſules ultores & defenſores eſſet habiturus? cùm quidem in concione dixiſſet, aut mihi ſemel pereundum, aut bis a eſſe vincendum. Quid erat bis vincere? Id profectò, ut, cum amentiſſimo tribuno plebis cùm decertaſſem, cum conſulibus ceteriſque ejus ultoribus b dimicarem. 43

Ego verò, ſi mihi uni pereundum fuiſſet, ac non 97 accipienda 44

p debebant MSS.
q eos ed. pr.
r contentionibus MS.
s tamen deeſt in MSS.
t conc. deeſt in MSS.
v luderem? MSS. laudarem? ed. pr. P.B.
x prope def. MSS.
y privatis alii.
z conſules auctores alii.
a eſſet MSS.
b dimicaſſem MSS.

...it: *Quæ cum viderem: (neque enim erant obſcura.)* Nec diſſimiliter in Agraria II. *Quæ cum ego non ſolum ſuſpicarer, ſed plane cernerem: neque enim obſcurè gerebantur.*) P. Manut.

95. *Et effuſam illam &c.*] Gulielmius ſyllabam aufert, retinetque *fuſam.* Grut. Rectè vidiſſe puto Guilielmium. in Franc. Dreſ. ed. prima *& ſuperatam* non legitur, quæ vox *ſuperatam* interpretabatur præcedentem *& fuſam*, poſtea in contextum irrepſit. Quid autem hic poteſt eſſe *effuſa manus.* Nihil certius emendatione Gulielmii. *Grav.*

96. *Quid deinde? quid reliquiarum reſtaret?*] Sic quidem editi omnes. ſed ſcripti, *quis reliqui reſtaret*, aut *quid reliqui, reſt.* S. ...it. *quis reliqua ire ſtaret.* Gulielmius tentabat? *quis reliqua præſtaret? cui denique erat &c.* Gruter.

97. *Accipienda plaga.*] Locus obſcuratur mendo: maximéque ...ptam ſuſpicor dictionem, *illi*, quod ſi verba loco mutes, ...rum in alterius locum demigret, unde librariorum fortaſ... ...riâ extruſa ſunt, meo judicio nihil erit quod deſideres. ... enim in mentem, Ciceronem ita ſcriptum reliquiſſe: *Plaga*

pienda plaga 98 mihi ſanabilis, illis mortifera, qu
impoſuiſſent: ſemel perire c tamen, judices, malui
quàm bis vincere. Erat enim illa altera ejuſmodi ce
tio, ut neque victi, neque victores rempublicam t
poſſemus. Quid ſi in prima d contentione, vi trib
victus, in foro, cum multis bonis viris concidiſſem
natum conſules, credo, vocaſſent, quem totum de
tate delêrant: ad arma vocarent, qui ne veſtitu q
defendi rempublicam e ſiſſent: à tribuno plebis poſt
tum meum f diſſidiſſent, qui g eandem horam me
ſtis & ſuorum præmiorum eſſe voluiſſent.

45 XX. UNUM h enim mihi reſtabat illud, quod f
non nemo vir fortis & acris animi magnique d
reſtitiſſes, repugnaſſes, mortem pugnans oppetiſſe
quo te, te, inquam, patria, i teſtor, & vos p
k patriique dii, me veſtrarum l ſedum templor
cauſâ, me propter ſalutem meorum civium, quæ
ſemper fuit 99 meâ carior vitâ, dimicationem c
que fugiſſe. Etenim, ſi mihi in aliqua nave cum me
cis naviganti, hoc, judices, accidiſſet, ut multi e
tis locis prædones claſſibus eam navem ſe oppreſſur
nitarentur, niſi me unum ſibi dedidiſſent: ſi id ve
P. XIII. negarent, ac mecum ſimul interire, quàm me t
hoſtibus mallent: jeciſſem me ipſe potiùs in profundu
ceteros conſervarem, quàm illos mei tam cupidos n
dò ad certam mortem, ſed in magnum vitæ diſcrim
ducerem.

46 Cùm verò in hanc reipublicæ navem, ereptis
gubernaculis, fluitantem in alto tempeſtatibus ſedit

c tamen vide MSS.
d concione MSS.
e ita Vict. alii ſiviſſent.
f diſſediſſent alii.
g tandem ed. pr.
h enim deeſt in MS.
i obteſtor alii.
k patriæque MS.
l alii ſedium.

ga mihi inſanabilis, reipubl. mortifera, quam illi impoſuiſſem, Manut.

98. *Mihi ſanabilis, illis mortifera, qui eam impoſuiſſent.* Lambini conjectura: ſed proximè tamen mſſ. quorum l nus; *mihi ſanabilis, illi mortifera qua eum poſuiſſet.* S. Vict. *ſanabilis, illis mortifera qua impoſuiſſet.* editio prima, *m nabilis illa mortifera qua ei impoſuiſſet.* vulgata, *mihi inſ illi mortifera, quam reipub. impoſuiſſem.* Grut.

99. *Mea charior vita.*] Catullus:

Nate mihi longa jucundior unice vita.

Maro:

Nate mihi vitâ quondam dum vita manebat
Chare magis.

Prima Catilinaria 27. *Patria, quæ mihi vitâ meâ multo rior.* Abram.

diſcordiarum, armatæ tot claſſes, niſi ego unus deditus eſſem, [m] incurſuræ viderentur: cùm proſcriptio, cædes, [1] direptio denuntiarentur: cùm alii me ſuſpicione periculi ſui non defenderent, alii vetere odio bonorum incitarentur, alii inviderent, alii obſtare ſibi me arbitrarentur, alii ulciſci dolorem ſuum aliquem vellent, alii rem ipſam publicam atque hunc bonorum ſtatum otiumque odiſſent, & ob haſce cauſas, tot tamque varias, me unum depoſcerent: depugnarem potiùs cum ſummo, [n] non dicam exitio, ſed periculo certè veſtro liberorumque veſtrorum, quàm non id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus ſuſciperem ac ſubirem?

[m] incurſare *MS.*
[n] ne dicam *MS.*

XXI. Victi eſſent improbi. At cives: at ab eo pri- 47
vato, qui ſine armis etiam conſul rempublicam conſervarat. ſin victi eſſent boni: quid ſupereſſet? non ad ſervos videtis rem venturam fuiſſe? An mihi ipſi, ut quidam putant, fuit mors æquo animo oppetenda? [o] quid? tum mortemne [p] fugiebam? an erat res ulla, quam mihi magis optandam putarem? aut ego illas res tantas, in tanta improborum multitudine cùm gerebam, non mihi mors, non exſilium [q] ob oculos verſabantur? non hæc denique à metum, tamquam [r] fata, [2] in ipſa re gerenda concinebantur? an erat mihi in tanto luctu meorum, tanta disjunctione, tanta acerbitate, tanta ſpoliatione omnium rerum, quas mihi aut natura aut fortuna dederat, vita retinenda? tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers conſilii aut ingenii? nihil audieram? nihil videram? nihil ipſe legendo quærendoque cognoveram? neſciebam [ſ] [3] vitæ brevem eſſe curſum, gloriæ ſempiternum?

[o] quid tamen? *ed. pr.*
[p] effugi *MS.*
[q] ante *MS.*
[r] fata *deeſt in MS.*
P. B.
[ſ] vitam *MSS. & ed. pr.*

1. *Direptio denunciaretur.*] Ita Pantagathus. *Urſin.*

2. *In ipſa re gerenda concinebantur.*] Edd. primæ *contanebantur.* mſſ. ferè *cavebantur.* Gulielmius fingit, *Conſule canebantur.* Grut.

3. *Vita brevem eſſe curſum.*] Sic pro Milone ait: *Gloriam eſſe hanc unam qua brevitatem vita poſteritatis gloriâ conſolaretur, qua efficeret, ut abſentes adeſſemus, mortui viveremus.* Vita' cum curſu ſive curuli certamine comparatur, ut initio lib. I. de Oratore: *Cum & honoribus & rerum geſtarum gloriâ florerent, cum vita curſum tenere potuerunt, ut vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate eſſe poſſent.* Et paullo poſt.' *Si infinitus rerum forenſium labor & ambitionis occupatio decurſu honorum etiam ætatis flexu conſtitiſſet.* in Cœliana. *In hoc flexu quaſi ætatis,* &c. *fama adoleſcentis paullum haſit ad metas.* Terentius Adelphis, *Nam ego vitam duram, quam ego vixi uſque adhuc, prope jam decurſo ſpatio.* Plautus Sticho: *Quid mihi opus eſt decurſo ſpatio cum eis gerere bellum.* Lucretius lib. V:

num? cùm eſſet omnibus definita mors, optandum eſſe, ut vita, [4] quæ neceſſitati deberetur, patriæ potiùs donata quàm reſervata naturæ videretur? neſciebam, inter [5] ſapientiſſimos homines hanc contentionem fuiſſe, ut alii dicerent animos hominum ſenſusque morte reſtingui, alii autem tum maximè mentes ſapientium ac fortium virorum, cùm è corpore exceſſiſſent, ſentire ac [t] vigere? quorum alterum fugiendum non eſſe, carere ſenſu: alterum etiam optandum, meliore eſſe ſenſu.

t vegere *Gul.*

48 Denique, cùm omnia ſemper ad dignitatem retuliſſem, nec ſine ea quidquam expetendum eſſe homini in vita putaſſem, mortem, quam etiam virgines Athenis, [6] regis, opinor, Erechthei filiæ, pro patria contempſiſſe dicun-

Ipſe Epicurus obit decurſo lumine vitæ.

Quæ tum ceteris, tum Olympicis curſoribus, ad metam ſemper tendentibus, quadrare poſſunt. *Abram.*

4. *Quæ neceſſitati debeatur.*] Hoc eſt naturæ. Sic ſæpe neceſſitas accipitur. Phædrus:

Facit parentes bonitas, non neceſſitas.

Sic etiam in oratione pro Milone hæc vox accipitur, de qua notione vide J. Fr. Gronov. Obſerv. II. 2. *Grav.*

5. *Sapientiſſimos homines.*] Non puto Platonem & Ariſtotelem ſignificari. quin, utrumque in animorum immortalitate conſentire, Græci omnes interpretes, præter unum Alexandrum, exiſtimant. ex una igitur parte Platonem &, opinor, Ariſtotelem, de animorum æternitate idem ſentientes, poſuit: ex altera Epicurum, quique & ante, & poſt in ea hæreſi fuerunt. *P. Manutius.*

6. *Regis Erechthei filiæ.*] De quibus apud Ariſtidem ita ſcriptum legimus ἐν τῷ παναθηναϊκῷ· Λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον πολέμῳ τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοῦναι, τοῦ θεοῦ χρήσαντος, προσαγαγεῖν δ' αὐτὴν κοσμήσασα ἡ μητὴρ ὥσπερ εἰς θεωρίαν πέμπουσα. quo in loco interpres hæc adſcribit: Τὴν θυγατέρα τὴν ἄγλαυρον λέγει, περὶ ἧς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας, καὶ τῶν ἐφήβων τῆς ἀγλαύρου. αἱ δὲ ταύτης ἀδελφαὶ συνανεῖλον ἑαυτὰς τῇ ἀδελφῇ, ἕρση, καὶ ἡ πανδρώση. ὅρκῳ γὰρ ἀλλήλας κατέκλεισαν κοινωνεῖν ἐν ἅπασι πρὸς αὐτάς. ex utriuſque verbis, & quæ fuerint Erechthei filiæ, cognoſcitur, & qua de cauſſa mortem obierint. præterea hic ipſe noſter in III. de Natura Deorum: *In plerisque civitatibus*, inquit, *intelligi poteſt, augendæ virtutis cauſſâ, quo libentius reipublicæ periculum adiret optimus quiſque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam. ob eam enim ipſam cauſſam Erechtheus Athenis, filiaque ejus in numero deorum ſunt.* Tuſculana autem Quæſtione prima, *Repetunt*, inquit, *ab Erechtheo: cujus etiam filiæ cupidè mortem expetiverunt pro vita civium.* Et de Finibus lib. V. *Quis urbis conſervatorem Codrum, quis Erechthei filias non maxime laudat?* Præterea in funebri oratione pro

dicuntur, ego vir conſularis, tantis rebus geſtis, timerem? præſertim cùm ejus eſſem civitatis, ex qua Q. Mucius ſolus in caſtra Porſenæ veniſſet, eumque interficere, propoſita ſibi morte, conatus eſſet? ex qua P. Decius primùm pater, 7 poſt aliquot annos patria virtute præditus filius, ſe ac vitam ſuam, inſtructa acie, pro ſalute populi Romani victoriaque devoviſſet? ex qua innumerabiles alii partim adipiſcendæ laudis, partim vitandæ turpitudinis cauſâ, mortem in variis bellis æquiſſimis animis oppetiſſent? in qua civitate ipſe meminiſſem, patrem hujus M. Craſſi, fortiſſimum virum, ne videret victorem v vivus 8 inimicum, eâdem ſibi manu vitam exhauſiſſe, quâ mortem ſæpe hoſtibus obtuliſſet?

v *vivus deeſt in MSS. & ed. pr.*

XXII. HÆC EGO & multa alia cogitans, hoc videbam, ſi cauſam publicam mea mors peremiſſet: neminem umquam fore, qui auderet ſuſcipere contra improbos cives reipublicæ ſalutem. Itaque non ſolùm ſi vi interiſſem, ſed etiam ſi morbo exſtinctus eſſem, fore putabam, ut exemplum reipublicæ conſervandæ mecum ſimul interiret. 9 Quis enim umquam me à ſenatu populoque Roma- 49 P. XIV.

pro militibus Athenienſibus, quæ λόγος ἐπιτάφιος inſcribitur, ᾔδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ Ἐρεχθέα ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς πρόδηλον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. in oratione contra Leocratem recitatis etiam Euripidis verſibus. *P. Manut.*

7. *Aliquot poſt annis.*] Quinque & quadraginta. nam Decius pater anno poſt urbem conditam CDXIII. filius anno CDLVIII. ſe devovit. vide Sigonium in Faſtis. *Abram.*

8. *Inimicum.*] L. Cinnam. *Illa audivimus*, inquit, in oratione pro Scauro, *hoc vero meminimus ac pæne vidimus, ejuſdem ſtirpis ac nominis P. Craſſum, ne in manus incideret inimicorum, ſe ipſum interemiſſe.* Et Pedianus hæc adjungit: *Hic Craſſus fuit pater Craſſi ejus, qui æmulus potentiæ Cn. Pompeji fuit.* periit autem in dominatione L. Cinnæ. In proœmio autem lib. III. de Oratore: *Non*, inquit, *P. Craſſum, propinquum ſuum, maximi animi virum, ſuapte interfectum manu vidit.* Idem & in epitome Liviana lib. LXXX. *P. Manutius.*

9. *Quis enim unquam men. à Sen.*] Hæc in Venetis libris multo melius ac caſtigatius, niſi plane fallor, ita leguntur, *Quis enim unquam me à Senatu populoque Ro. tanto bonorum omnium ſtudio non reſtituto (quod certe, ſi eſſem interfectus, accidere non potuiſſet) ullam Reip. partem cum ſua minima invidia auderet attingere?* Camer. *Quis enim unquam me à ſenatu populoque Romano, tanto bonorum omnium ſtudio reſtituto, quod certe ſi eſſem interfectus, accidere non potuiſſet, ullam Reip. partem &c.*] Aliter hic locus legitur in libro, qui eſt apud

Romano, tanto omnium bonorum ſtudio, [10] non reſtituto, (quod [x] certè, ſi eſſem interfectus, accidere non potuiſſet) ullam reipublicæ partem [y] cum ſua minima invidia auderet attingere? Servavi igitur rempublicam diſceſſu meo, judices: cædem à vobis liberisque veſtris; vaſtitatem, incendia, rapinas, meo dolore [z] luctuque depuli: & unus rempublicam bis ſervavi, ſemel gloriâ, iterum ærumnâ meâ. neque enim in hoc me hominem eſſe infitiabor umquam, ut me optimo fratre, cariſſimis liberis, fideliſſima conjuge, veſtro conſpectu, patriâ, [11] hoc honoris gradu, ſine dolore caruiſſe glorier. quod ſi feciſſem: quod à me beneficium haberetis, cùm pro vobis ea, quæ mihi eſſent vilia, reliquiſſem? hoc, meo quidem animo, ſummi in patriam amoris mei ſignum eſſe debet certiſſimum, quòd, cùm abeſſe ab ea non poſſem ſine ſummo dolore, hunc me perpeti, quàm illam labefactari ab improbis, malui.

x certè *non eſt in MSS.*
y cum *deeſt in MSS. & ed. pr.*
z meoque luctu *Grav.*

50 Memineram, judices, divinum illum virum, atque ex iiſdem, quibus nos, radicibus natum ad ſalutem imperii hujus, C. Marium, ſumma ſenectute, cùm vim propè juſtorum armorum profugiſſet, primo ſenile corpus paludibus occultaſſe demerſum: deinde ad infimorum ac tenuiſſimorum hominum Minturnis miſericordiam confugiſſe: inde navigio perparvo, cùm omnes portus terraſque fugeret, in oras Africæ deſertiſſimas perveniſſe. [12] Atque ille vitam ſuam, ne inultus eſſet, ad incertiſſimam ſpem & [13] ad [a] reipublicæ ſtatum reſervavit: ego, qui

a remp. ratam *MS.* ſpem rep. rata *Lamb.* rep. irata *Gul.*

apud me emendatus à viro doctiſſimo & multo quidem melius, quàm in vulgatis: *Quis enim unquam me à ſenatu populoque Romano, tanto bonorum omnium ſtudio reſtituto, omnia pro Rep. pericula adire dubitabit? quod certè, ſi eſſem interfectus, nunquam accidere potuiſſet, ut quiſquam ullam Reip. partem* &c. Urſin.

10. *Non reſtituto, (quod certe, ſi eſſem &c.*] E veteribus editionibus pleræque exhibent ſequentia aliquot vocibus auctiora, hoc modo: *Nunc reſtituto, omnia adire pericula pro republ. dubitabit? quod ſi eſſem.* ſed contra codices MSS.

11. *Hoc honoris gradu.*] Nullum tunc adminiſtrabat magiſtratum: ſed honorem & dignitatem illam dicit, quâ poſt magiſtratus egregie geſtos viri præſtantes in patria fruuntur. *P. Manut.*

12. *Atque ille vitam ſuam, ne inultus eſſet, ad incertiſſimam ſpem Reip. fatum reſervavit.*] Ita legit hunc locum Pantagathus, mutata voce *ſtatum*, in *fatum*, & deletis *& ad*, quæ ſunt in vulgatis. *Urſin.*

13. *Ad reip. ſtatum.*] Corrupta hæc eſſe *ad reip. ſtatum* nemo non

qui (quemadmodum multi in ſenatu, me abſente, dixerunt) periculo reipublicæ vivebam, quique ob eam cauſam conſularibus litteris de ſenatûs ſententia exteris nationibus commendabar, nonne, ſi meam vitam deſeruiſſem, rempublicam prodidiſſem? in quo quidem nunc, me reſtituto, vivit mecum ſimul exemplum fidei publicæ, exemplum reipublicæ defendendæ. quod ſi immortale retinetur, quis non intelligit, immortalem hanc civitatem futuram? P.R.

XXIII. NAM EXTERNA bella regum, [14] gentium, nationum, jampridem ita exſtincta ſunt, ut præclarè cùm iis agamus, quos pacatos eſſe patiamur. denique ex bellica victoria non ferè quemquam eſt invidia civium conſecuta. domeſticis malis & audacium civium conſiliis ſæpe eſt reſiſtendum; [15] eorumque periculorum eſt in republica retinenda medicina: quam omnem, judices, perdidiſſetis, ſi meo interitu ſenatui populoque Romano doloris ſui de me declarandi poteſtas eſſet erepta. Quare moneo vos, adoleſcentes, atque hoc meo jure præcipio, qui dignitatem, qui rempublicam, qui gloriam ſpectatis: ne, ſi qua vos aliquando neceſſitas ad rempublicam contra improbos cives defendendam vocabit, ſegniores ſitis, & recordatione mei caſûs à conſiliis fortibus refugiatis. 51

Primùm, non eſt periculum, ne qui umquam ſint in civitate ejuſmodi conſules, præſertim ſi erit his id, quod debetur, perſolutum. deinde numquam jam, ut ſpero, quiſquam improbus conſilio & auxilio bonorum ſe oppugnare 52

non videt. Quomodo corrigenda ſint incertum eſt. Cogitabam Ciceronem ſcripſiſſe: *ad incertiſſimam ſpem recuperandi ſtatum ſuum.* ex τῦ *recuperandi*, quod oſcitantiâ librarii erat corruptum, natum *& ad reip. ſuum* vere abſorpſit præcedens vox *ſtatum*. Dixit Cicero *recuperare ſtatum ſuum*, ut alibi *tenere ſtatum ſuum* in epiſtolis ad Familiares, *retinere priſtinum ſtatum*; *reſtitui in antiquum ſtatum*, & quæ ſunt hujus generis alia ſatis nota & pervulgata. *Græv.*

14. *Gentium, nationum.*] Natio latius patet, quàm gens. ſic enim plures in natione gentes, ut plures in gente populi. itaque Virgil. l. X. de natione Etruſca, *Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.* Tamen interdum confunduntur, ut in orat. de Provinciis, cum dixit, *A gentibus inimicis huic imperio,* de iiſdem proxime ſubjunxit, *quas nationes.* P. Manut.

15. *Eorumque periculorum eſt in Rep. retinenda medicina*] Cum in manuſcriptis libris *eorumque periculo*, ſcriptum eſſet, vocem *periculo* alii in *periculorum* mutaverunt. Pantagathus autem *periculo*, retinuit, ſed pro *eorumque* emendavit *bonorumque.* Urſin.

pugnare rempublicam dicet, illis tacentibus: nec armati exercitûs terrorem opponet togatis: [16] neque erit juſta cauſa ad portas ſedenti imperatori, quare terrorem ſuum falſò jactari opponique patiatur. numquam enim erit tam oppreſſus ſenatus, ut ei ne ſupplicandi quidem ac lugendi ſit poteſtas: tam captus equeſter ordo, ut equites Romani à conſule relegentur. Quæ cùm omnia atque etiam multo alia majora, quæ conſultò prætereo, accidiſſent, vidiſſetis me tamen in priſtinam meam dignitatem, P.XV. brevi temporis dolore interjecto, reipublicæ voce eſſe revocatum.

53 XXIV. Sed, ut revertar ad illud, quod mihi in hac omni eſt oratione propoſitum, omnibus malis illo anno, ſcelere conſulum, rempublicam eſſe confectam; primùm illo ipſo die, qui mihi funeſtus fuit, omnibus bonis luctuoſus, cùm ego me è complexu patriæ conſpectuque veſtro eripuiſſem, & metu veſtri periculi, non mei, furori hominis, ſceleri, [17] perfidiæ, telis [b] minisque ceſſiſſem, patriamque, quæ mihi erat cariſſima, propter ipſius patriæ caritatem reliquiſſem: cùm meum illum caſum tam horribilem, tam gravem, tam repentinum, non ſolùm homines, ſed tecta urbis ac templa lugerent: nemo veſtrûm forum, nemo curiam, nemo lucem adſpicere vellet: illo, inquam, ipſo die, die dico? immò horâ atque etiam puncto temporis eodem mihi reique publicæ pernicies; Gabinio & Piſoni provincia rogata eſt. Prô dii immortales, cuſtodes & conſervatores hujus urbis atque imperii! quænam illa in republica monſtra, quæ ſcelera vidiſtis? civis erat expulſus is, qui rempublicam ex ſenatûs auctoritate cum omnibus bonis defenderat, & expulſus non alio aliquo, ſed eo ipſo crimine. erat autem expulſus ſine judicio, vi, lapidibus, ferro, ſervitio denique

b injuriisque *MSS.* & *ed. pr.*

16. *Neque erit.*] Quemadmodum Cæſar profecturus in Gallias aliquandiu ſubſtitit in Italia, veritus ne ipſius acta reſcinderentur à Prætoribus, paſſusque eſt Clodium mihi exercitûs ſui terrorem opponere. *Abram.* Ciceronem exiſtimo ſcripſiſſe *ad portas ſedendi imperatori.* Nulla erit juſta cauſſa ulli imperatori commorandi in campo Martio ad urbem, hanc ob rationem, ut ſeditioſus civis ejus terrore aliis metum injiciat, qui ſuis molitionibus ſe opponere voluerint. *Grav.*

17. *Perfidiæ.*] Quia, cum Pompejo ſæpe pollicitus eſſet, ſe nihil in tribunatu contra Ciceronem eſſe acturum, promiſſo non ſtetit: de quo in epiſt. ad Attic. lib. II. *P. Manut.*

18. *Va-*

nique concitato: lex erat lata, [18] vaſtato ac relicto foro, & ſicariis ſervisque tradito, & ea lex, quæ ut ne ferretur, ſenatus fuerat veſte mutata.

Hac tanta perturbatione civitatis, ne noctem quidem 54 conſules [19] inter meum diſcrimen & eorum prædam intereſſe paſſi ſunt: ſtatim, me perculſo, ad meum ſanguinem hauriendum, &, ſpirante etiam republica, ad ejus ſpolia detrahenda advolaverunt. omitto gratulationes, epulas, partitionem ærarii, [20] beneficia, [c] ſpem, promiſſa, prædam, lætitiam paucorum, in luctu omnium. vexabatur uxor mea: liberi ad necem quærebantur: [d] gener, & Piſo gener, à Piſonis conſulis pedibus ſupplex rejiciebatur: bona diripiebantur, eaque ad conſules deferebantur: domus ardebat in Palatio: conſules epulabantur. Quòd ſi meis incommodis lætabantur, urbis tamen periculo [21] commoverentur.

c ſpe reprom. *MS.* ſæpe prom. *ed. pr.* P. B.

d *iſtud* gener *delet Lamb.*

XXV. SED, UT à mea cauſa jam recedam, reliquas 55 illius anni peſtes recordamini. ſic enim faciliimè perſpicietis, quantam vim omnium remediorum à magiſtratibus proximis respublica [e] deſiderarit. legum multitudinem, cùm

e declarat *MS.*

18. *Vaſto.*] Cum obeſſent omnes boni. *vaſtus* enim *locus* dicitur is, ubi ſolitudo eſt. ut in II. in Rullum genus agrorum vocat propter peſtilentiam vaſtum atque deſertum. Et Feſtus vaſtum pro inani uſurpatum à veteribus docet, utiturque Attii & Pacuvii teſtimonio. *P. Manut.*

19. *Inter meum diſcrimen & eorum prædam.*] Sic & primæ edd. ſed enim Pall. plerique, *inter meum caſum & ſuam prædam.* verum nonus ille, *inter meum & ſui arma præda.* S. Vict. *inter meum & ſuum præda.* conjicit Gulielmius, *inter meum & ſuum præmium.* Gruter.

20. *Beneficia, ſpem, promiſſa.*] In Franc. *ſpem* non habetur. In Dreſd. *beneficia ſpe repromiſſa.* In prim. ed. *beneficia ſæpe repromiſſa.* In Mediol. *beneficia ſpe promiſſa.* Sed à vulgata non recedo. *Beneficia* non ſunt, ut Abramius cenſet, vacationes & immunitates, ſed ſunt centurionatus, tribunatus & aliarum militarium dignitatum ornamenta. *Beneficii ſui centuriones* apud Suet. Tib. XII. ſunt, quos ad centurionis dignitatem evexerat Tiberius. Sic & ſæpe à Tullio noſtro dignitates civiles, quæ in comitiis à populo conferuntur, in candidatos dicuntur *beneficia populi*, ut vel ex ſexcentis locis conſtat. Aliis igitur conſules beneficia tribuebant ſtatim, aliis ſpem dabant, aliis promittebant. *Grav.*

21. *Commoverentur.*] Elegans loquendi modus. commoveri debebant. Sic Philippica II. *Quid petens? ut ſervires? Tibi uni peteres.* Id eſt, tibi uni petere debebas. Maro VIII. Æneidos:

—— Metium in diverſa quadrigæ
Diſtulerant, at tu dictis Albane maneres. Abram.

cùm earum, quæ latæ ſunt, tum verò, quæ promulgatæ fuerunt. nam latæ quidem ſunt conſulibus illis tacentibus dicam? immo verò approbantibus etiam, [22] ut cenſoria notio & graviſſimum judicium ſanctiſſimi magiſtratûs de republica tolleretur: ut collegia non modò illa vetera contra ſenatûs conſultum reſtituerentur, ſed ab uno gladiatore innumerabilia alia nova conſcriberentur: ut, remiſſis [23] ſemiſſibus & trientibus, quinta propè pars [24] vecti-

22. *Ut cenſoria notatio.*] Videtur ſcribendum *notio*, pro *notatio*, quæ lectio in antiquis etiam libris reperitur, & loco quodam ex oratione de Provinciis Conſularibus confirmatur, in qua ſcriptum eſt: *Clodius cenſorum judicium ac notionem & illum morem ſeveriſſimum magiſtratuum de civitate ſuſtulit.* & in Piſonem: *Centum prope annos legem Æliam & Fuſiam tenueramus, quadringentos judicium notionemque cenſoriam.* Urſin. Haud aliter editi antiquitus. ſed Pal. non. & S. Vict. *notio.* quod ferri queat. *Gruter.* Immo quum hos codices ex multis indiciis pateat eſſe inſtar omnium, illorum ſcripturam prætuli, admonente patre ad Livium XXVII, 25. *Gronov.*

23. *Semiſſibus ac trientibus.*] Ut frumentum, quod antea ſemis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Aliquot fuere civium millia, quibus frumentariæ teſſeræ dabantur, ut iis aut nullo aut perexiguo pretio frumentum de publico habere liceret. *Hotom.* De frumentariis largitionibus & legibus vide J. Lipſii Elect. lib. I. cap. 8. & Vincentii Contareni de Frumentaria Largitione librum cap. 2. Lex Clodia fuit: *Ut frumentum populo, quod antea ſemis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur.* ut ait Aſconius in Piſonianam. Quod quid ſit non facile intelligo. Si enim dicamus lege Gracchi frumentaria ſemiſſem & trientem in ſingulos modios fuiſſe perſolutum, cum as uncias duodecim, ſemis ſex, triens quatuor contineret, mirum eſt hac circumlocutione uſum fuiſſe Ciceronem, cum dicere poſſet dextantem, id eſt uncias decem quæ ſolvebantur in ſingulos frumenti modios, lege Clodia remiſſum fuiſſe. Sed fortaſſe, quod, verbi cauſâ, triticum ſemiſſe, hordeum, lupinus, cicer, faba & alia legumina, in ſingulos modios triente & viliore quàm triticum pretio venderentur, ideo diſtinctam ſemiſſis & trientis facit mentionem. Ratio hæc eſt falſa, quod triticum ſemiſſe, hordeum & legumina triente venierint lege Clodia. Sic tamen etiam locutus eſt auctor epitomes Livianæ lib. LX. *C. Gracchus Tiberii frater pernicioſas aliquas leges tulit, inter quas frumentariam, ut ſemiſſe & triente frumentum plebi daretur.* Multum etiam de hac locutione laborat Vinc. Contarenus loco laudato, &, cum varias attuliſſet cauſas, amplius quærendum cenſet. Vera & unica eſt, quam prodidit ὁ πάνυ Gronov. IV. de Pec. Vet. qui oſtendit formas nummorum æreorum bonis temporibus nullas fuiſſe præter dipondium, ſeſquaſſem, aſſem, ſemiſſem, trientem, quadrantem. Ideo in lege Sempronia ſanciri, *ut ſemiſſe & triente* plebi

[24]vectigalium tolleretur: ut Gabinio pro illa ſua Cilicia, quam ſibi, ſi rempublicam prodidiſſet, pactus erat, Syria daretur: ut uni helluoni bis de eadem re deliberandi, &, rogata lege, poteſtas fieret provinciæ commutandæ.

XXVI. Mitto eam legem, quæ omnia jura religio- 56
num, auſpiciorum, poteſtatum, omnes leges, quæ ſunt de jure & de tempore legum rogandarum, una rogatione delevit: mitto omnem domeſticam labem: etiam exteras nationes illius anni furore conquaſſatas videbamus. lege tribunicia Matris Magnæ Peſſinuntius ille ſacerdos expulſus & ſpoliatus ſacerdotio eſt, fanumque ſanctiſſimarum atque antiquiſſimarum religionum venditum pecuniâ grandi, Brogitaro, impuro homini atque indigno illa religione: præſertim cùm ea ſibi ille non colendi, ſed violandi cauſâ appetiſſet: appellati reges à populo, qui id numquam [25] ne à ſenatu quidem poſtulaſſent: reducti exſules P. XVI.
Byzan-

plebi frumentum detur. Non opus fuiſſe dicere, *ſemiſſe & trientu*, ſi dextans fuiſſet nummus. Semiſſem & trientem conjunctos in partibus æris efficere dextantem vel deuncem. Hinc Voluſium ſcribere: *In dextante ſunt unciæ decem &c. ſemis & triens.* Hæc certa ſunt & liquida. Ceterum cum Contarenus ex hoc loco Dionis colligit Clodium duas leges frumentarias tuliſſe, valde aberrat. Nam vocula αὖθις, quam in primis urget, non reſpicit legem antiquiorem aliquam à Clodio rogatam; quando enim is tuliſſet, cum hanc, de qua Cicero agit, ſtatim in initio conſulatûs Piſonis rogaverit; nec ante ullam ferre potuit, nec id ſilentio præteriiſſet Tullius, ſed αὖθις reſpicit alios, qui ante illum tali legi ferendæ incubuerunt, nimirum Gracchos, Saturninum, Druſum. *Grav.*

24. *Vectigalium.*] Lege enim lata, ut frumentum populo, quod antea ſemis æris, hoc eſt quadrante, ut vulgò nunc appellantur, cum dimidio, in ſingulos modios dabatur, gratis daretur, vectigalia quincta fere parte diminuebantur. hanc legem & Saturninus, & antè C. Gracchus tulerat. epitome Liviana lib. LX. ad Herennium lib. I. & Pedianus. *P. Manut.*

25. *Ne à ſenatu quidem.*] Non à populo, ſed à ſenatu reges appellabantur. primùm igitur in eo peccat Clodius, quòd reges per populum, non per ſenatum appellat: deinde, quod eos appellat, qui id numquam, non modo à populo, ſed ne à ſenatu quidem poſtularint. ſatis autem conſtat, hæc omnia ſignificari, à Clodio mercede & pretio eſſe facta. nam & in ea pro Domo ſua, *Si tuus*, inquit, *ſcriptor in illo incendio civitatis non ſyngraphas cum Byzantiis exſulibus & cum legatis regiis faceret.* & proxime infra: *Regum appellationes venales erant.* Et pro Milone: *Eum, qui regna dedit, ademit.* Idem.

Byzantium condemnati tum, cùm indemnati cives è civitate ejiciebantur.

57 Rex [26] Ptolemæus, qui ſi nondum erat ipſe à ſenatu ſocius appellatus, erat tamen frater ejus regis, qui cùm eſſet in eadem cauſa, jam erat à ſenatu honorem iſtum conſecutus: erat eodem genere iiſdemque majoribus, eadem [27] vetuſtate ſocietatis: denique erat rex, ſi nondum ſocius, at non hoſtis: pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani, regno paterno atque avito: regali otio perfruebatur. de hoc nihil cogitante, nihil ſuſpicante, eiſdem operis ſuffragium ferentibus, eſt rogatum, ut, ſedens cum purpura & ſceptro, & illis inſignibus regiis, præconi publico ſubjiceretur: & imperante populo Romano, qui etiam bello victis regibus regna reddere conſuevit, rex amicus, nullâ injuriâ commemoratâ, nullis repetitis rebus, cum bonis omnibus publicaretur.

58 XXVII. Multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus: tamen illi ſceleri, quod in me illorum immanitas edidit, haud ſcio, an rectè hoc proximum eſſe dicam. Antiochum illum Magnum majores noſtri, magna belli contentione terrâ marique ſuperatum, [28] intra montem Taurum regnare juſſerunt: Aſiam, quâ illum multarunt, [29] Attalo, ut is regnaret in ea, condonave-

26. *Ptolemæus.*] Cypri rex: qui, accepto de lege Clodia nuncio, quæ regnum univerſamque regiam gazam publicabat, ipſe ſibi, veneno ſumpto, mortem intulit. cauſſam regni publicati ſcripſit Dio lib. XXXIIX. quod olim Clodium à piratis captum Cypri rex Ptolem. redimere noluiſſet. hac de re & in ea pro Domo ſua bis. Et eſt notandum ἀνακόλουθον. nam rex Ptolemæus non eſt, quò referatur. quale illud in Tuſculana III. in extremo: *Philoſophia cum univerſam ægritudinem ſuſtulit, tamen*, &c. *P. Manut.*

27. *Vetuſtate ſocietatis.*] Quàm vetus fuerit populo Romano cum Ptolemæi majoribus ſocietas, liquet ex epitome Liviana lib. XIV. eam ad Pyrrhi tempora referente. qua tempeſtate, *cum Ptolemæo Ægypti rege ſocietas juncta eſt.* & aliquanto poſt, Annibale Italiam vaſtante: *Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramque reges M. Attilius & M. Acilius legati ad commemorandam renovandamque amicitiam miſſi dona tulere: regi togam & tunicam purpuream cum ſella eburnea: reginæ pallam pictam cum amiculo purpureo.* Abram.

28. *Intra montem Taurum.*] Vide de hoc loquendi genere Gellium lib. XII. Noct. Attic. cap. 13. *Idem.*

29. *Attalo.*] Pergami regi. qui moriens populum Rom. fecit heredem. *Idem.* Idem tradit Manutius. quod tamen falſiſſimum eſt. Non ille rex Pergamenus, qui Romanorum ſocius fuit in

averunt. Cum Armeniorum rege, Tigrane, grave bellum perdiuturnumque geſſimus; cùm ille, injuriis in ſocios noſtros inferendis, [30] bello propè nos laceſſiſſet. hic & ipſe per ſe vehemens fuit & acerrimum hoſtem hujus imperii Mithridatem, pulſum Ponto, opibus ſuis regnoque defendit: & à Lucullo, ſummo viro atque imperatore, pulſus, animo tamen hoſtili cum reliquis copiis ſuis in priſtina mente manſit. hunc Cn. Pompejus, cùm in ſuis caſtris ſupplicem abjectumque vidiſſet, erexit, atque inſigne regium, quod ille de ſuo capite abjecerat, repoſuit &, imperatis certis rebus, regnare juſſit: nec minùs & ſibi & huic imperio glorioſum putavit, conſtitutum à ſe regem quàm conſtrictum videri. P. B.

[31] Tulit, geſſit. Qui & ipſe hoſtis fuit populi Romani, 59

&

in bello contra Antiochum, & cui Romani donarunt magnam Aſiæ partem cis Taurum, Antiocho ereptam, præmium ſocietatis, non legavit Populo Romano moriens ſuum regnum, ſed Attalus tertius. Præterea ipſe Cicero hic humani aliquid paſſus & memoriâ lapſus. Non enim Attalo, ſed Eumeni donarunt Aſiam, qui Romanis in illo bello tulerat opem. vide Liv. xxxviii. c. 39. Fuerunt tres Attali reges Pergameni. Primus Attalus Eumenis I. frater, patruelis & ſucceſſor in illo regno, ſocius Romanorum fuit in bello Macedonico primo contra Philippum. Liv. xxvi. 37. & xxvii. 33. Ei ſucceſſit Eumenes II. hujus nominis Pergami rex, qui Romanorum ſocius fuit in bello contra Antiochum, & præmia accepit ille luculenta. vide etiam Strabonem lib. XIII. Hujus ſucceſſor fuit Attalus II. frater Eumenis II. Attali I. filius, qui regnum tutoris nomine adminiſtravit annos 21. Is Romanis opem tulit contra Pſeudophilippum in Macedonia. Hunc excepit Attalus III. Philometor, Attali II. filius, Eumenis II. filius è Stratonica, Ariarathis Cappadociæ regis filia. Is populo Romano legavit regnum ſuum, lege Strab. lib. XIII. Vides igitur memoriam Tullio impoſuiſſe, quæ Attalum I. & pro Eumene ei ſubjecit. *Grav.*

30. *Bello prope.*] Non enim bello Tigranes Romanos laceſſivit: ſed, vexandis ſociis, quaſi bellum inferre videbatur. non ſatis habet Cicero, populum Romanum excuſare, qui non laceſſitus bellum intulerit; ſed excuſat etiam cum laude, quod ſociorum injurias ſuas injurias duxerit. *P. Manut.*

31. *Tulit, geſſit.*] *Tigranes*, pro *tulit geſſit* emendavit Ant. Auguſtinus, veteris libri corruptam ſcripturam ſecutus. Lambinus in manuſcripto codice Memmiano *Tigranes igitur* ſcriptum reperiri affirmat: cui ſi fides habenda eſt, non erit de lectionis veritate dubitandum. Pantagathus, improbatâ Ant. Auguſtini conjecturâ, quod de alio quàm Tigrane dicta hæc à Cicerone exiſtimabat, *Albanus rex* pro *Tigranes* legebat. conſtat autem Albanum regem bis cum Pompejo conflixiſſe, fidemque etiam violaſſe. Idem

Com-

& acerrimum hoſtem in regnum recepit: qui conflixit, qui ſigna contulit, qui de imperio pæne certavit, regnat hodie, & amicitiæ nomen ac ſocietatis, quod armis violarat, id precibus eſt conſecutus. [32] Ille Cyprius miſer, qui ſemper ſocius, ſemper amicus fuit: de quo nulla umquam ſuſpicio durior aut ad ſenatum, aut ad imperatores noſtros allata eſt: vivus (ut ajunt) eſt & videns cum victu ac veſtitu ſuo publicatus. En, cur ceteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur, cùm hoc illius funeſti anni f prodito exemplo videant, per tribunum aliquem & ſexcentas operas, ſe fortunis ſpoliari & regno omni poſſe nudari.

f *alii* perdito.

60 XXVIII. AT ETIAM eo negotio M. Catonis ſplendorem maculare voluerunt, ignari, quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret: quæ in tempeſtate ſæva quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen atque hæret in patria, ſplendetque per ſe ſemper, neque alienis umquam ſordibus obſoleſcit. Non illi ornandum M. Catonem, ſed relegandum: nec illi committendum illud negotium, ſed imponendum putaverunt: qui in concione palàm dixerint, linguam ſe evelliſſe M. Catoni, quæ ſemper contra extraordinarias poteſtates libera fuiſſet. Sentient, ut ſpero, brevi tempore, manere libertatem illam: atque hoc etiam,

Commagenus olim pro *tulit geſſit* correxerat, ut ex ejus conjectura cognovi, quam ad oram libri annotavit. *Urſin.* Apertum mendum, nec dubium eſt quin Tigranes ſignificetur, cujus comparatione auget Clodii ſcelus ex Ptolemæi injuſtiſſima calamitate. eſt enim argumentum à majori. ſi Tigrani, inquit, qui hoſtis fuit populi Romani, regnum conſervaſtis: quanto magis Ptolemæo, qui ſemper ſocius, ſemper amicus fuit, conſervare debuiſtis? poſtulat igitur ſententia, ut pro *tulit geſſit*, reponatur *Tigranes igitur*, vel, *igitur is.* ſed quoniam odi conjecturas, quæ à litterarum ſimilitudine diſcedunt, opem veterum librorum exſpectandam cenſeo. alioqui nihil tentandum. *P. Manut.*

32. *Ille Cyprius.*] Ptolemæus. Socium ſemper fuiſſe dicit, tum quia majores ejus hanc appellationem obtinuerant à Senatu, tum quia ſemper animo & voluntate fuerat ſocius, licet nondum hunc honorem fuiſſet conſecutus. Adverte vero quàm ad miſerationem concinnata ſit oratio. Non regnum ait, ſed quod gravius eſt, Regem ipſum tanquam vile mancipium fuiſſe publicatum. Addit id vivo & videnti contigiſſe, quod eſt longè miſerabilius. Cum ſuo, inquit, victu & veſtitu, non cum ſuo regno & gazis, quaſi nihil ei deinceps ad vitam tolerandam nuditatemque tegendam ſuperfuturum eſſet. *Abram.*

33. Se

etiam, ſi fieri poterit, eſſe majorem, quòd cum conſulibus illis M. Cato, etiam cùm jam deſperaſſet aliquid auctoritate ſua profici poſſe, tamen voce ipſa ac dolore pugnavit, & poſt meum diſceſſum iis Piſonem verbis flens meum & reipublicæ caſum vexavit, ut illum ho- P. XVII. minem perditiſſimum atque impudentiſſimum pænè jam provinciæ pœniteret.

Cur igitur rogationi paruit? Quaſi verò ille non in alias 61 quoque leges, quas injuſtè rogatas putaret, jam antè jurarit. non offert ſe ille iſtis temeritatibus, ut, cùm reipublicæ nihil proſit, [33] ſe cive rempublicam privet. Conſule me, cùm eſſet deſignatus tribunus plebis, obtulit in diſcrimen vitam ſuam: dixit eam ſententiam, cujus invidiam capitis periculo ſibi præſtandam videbat: dixit vehementer: egit acriter: ea quæ ſenſit, præ ſe tulit: [34] dux, auctor, actor rerum illarum fuit: non quo periculum ſuum non viderit; ſed in tanta reipublicæ tempeſtate nihil ſibi, niſi de patriæ periculis cogitandum putabat. Conſecutus eſt ipſius tribunatus.

XXIX. Quid ego de ſingulari magnitudine animi 62 ejus ac de incredibili virtute dicam? meminiſtis illum diem, cùm, templo [35] à collega occupato, nobis omnibus de vita ejus viri & civis timentibus, ipſe animo fortiſſimo venit in templum, & clamorem hominum auctoritate, impetum improborum virtute ſedavit. Adiit tum periculum, ſed adiit ob cauſam: quæ quanta fuerit, jam mihi dicere non eſt neceſſe. At, ſi iſti Cypriæ rogationi ſceleratiſſimæ non paruiſſet, hæreret illa nihilominus in republica [36] turpitudo. Regno enim jam publicato, de ipſo Cato-

33. *Se cive Remp. privet.*] Hæc ipſa eſt ratio quam attulit noſter, ut Catonem ad jurandum in Cæſaris leges adduceret. *Si Cato non indiget Româ, at Româ indiget Catone.* Dio 38. juraſſe eum, Metellum Celerem & Favonium ait. *Propterea quod ipſis ſua conſtantia detrimento futura erat, nulli emolumento Reipublicæ.* bram.

34. *Dux, auctor & actor.*] Eſt, qui nuper profiteri ſuſtinuit, atque ingratis verbis, *τὸ & actor* induci oportere, quod nulla neceſſitas imperat, quum ſingula in ternis illis habeant quid diverſum, ut patet ex capp. 8. & 46. & 52. ubi ſola duo priora uſurpat. *Gronov.*

35. *A collega.*] Q. Metello Nepote, qui, ut iniquam legem ferret, templum occupavit. non tulit autem, Catone cum vitæ periculo reſiſtente. Plutarchus in ejus vita. *P. Manut.*

36. *Turpitudo.*] Ea rogatio turpis fuit. *Ptolemaeo Rege fœderato nobis*

Catone erat nominatim rogatum. quod ille ſi repudiaſſet, dubitatis, quin ei vis eſſet allata, cum omnia acta illius anni per illum unum labefactari viderentur?

63 Atque etiam hoc videbat: quoniam illa in republica macula regni publicati maneret, quam nemo jam poſſet eluere, quod ex malis boni poſſit in republica [g] provenire, id utilius eſſe per ſe conſervari quàm per [h] alios. Atque ille etiam [37] ſi aliquapiam vi expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facilè pateretur. etenim, qui ſuperiore anno ſenatu caruiſſet, quò ſi tum veniret, me tamen ſocium ſuorum in republica conſiliorum videre poſſet: is æquo animo tum, me expulſo & meo nomine cùm univerſo ſenatu, tum ſententiâ ſuâ condemnatâ, in hac urbe eſſe poſſet? Ille verò eidem tempori, cui nos, [i] eidem furori, eiſdem conſulibus, eiſdem minis, inſidiis, periculis ceſſit. luctum nos hauſimus majorem, dolorem ille animi non minorem.

g perveni-re *alii.*
h alios di-lapidare *Gul.*
P. B.
i ejuſdem *MSS.*

64 XXX. His de tot tantisque injuriis in ſocios, in reges, in liberas civitates, conſulum querela eſſe debuit. in ejus magiſtratûs tutela reges atque exteræ nationes ſemper fuerunt. ecquæ vox unquam eſt audita conſulum? [38] quamquam quis auderet, ſi maximè queri vellet? de Cyprio rege quererentur, qui me civem nullo meo crimine,

nobis & ſocio ob ærarii noſtri anguſtias juſſo ſine ulla culpa proſcribi: ut ait Ammianus Marcellinus lib. XIV. Adſtipulatur Sextus Rufus in Breviario. *Abram.*

37. *Si aliqua quapiam vi.*] Pal. nonus, *aliapiam.* Gemblac. *aliquapiam.* Grut. Vox proba eſt *aliquiſquam*, ut *aliquiſpiam*, ut ex hoc loco patet. Sic enim codex Gemblac. *aliquapiam*, ut conjecerat Manutius fiduciâ loci Liviani ex lib. XLI. c. 6. Nos utrique addemus exemplum alterum ex ſecundo de Divinatione c. 50. *Epicurusne qui negat aliquidquam deos nec alieni curare nec ſui.* Vulgo *quicquam:* ante quam vocem in optimo codice Voſſiano litura erat, oſtendens τὸ *ali* eraſum eſſe. Alterum ex tertia Tuſculana cap. 9. *Num manus adfecta rectè eſt, cum in tumore eſt? aut num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſè habet?* Ubi vulgo ineptè *aliquod quodpiam.* Non igitur neceſſe eſt Heraldi, *alii cuiquam.* J. Fr. Gronov. cujus auctoritati paruit & recepit merito filius Jac. Gronovius. *Aliquapiam* firmat Mediol. ed. *Gravius.*

38. *Quanquam quis auderet, ſi max. queri vellent, de Cyprio Rege querere.*] Ven. ita, *Quanquam quis auderet, qui maxime vellet queri? De Cyprio rege quererentur?* Sed & ita ſenſus implicatur. *Camer.* *Quanquam quis audiret, ſi maxime queri vellent.*] Ita hunc locum emendavit Pantagathus pro *auderet* & *vellet.* Urſin.

39. *Cur*

mine, patriæ nomine laborantem, non modò ſtantem non defenderunt, ſed ne jacentem quidem protexerunt? Ceſſeram, ſi alienam à me plebem fuiſſe vultis, quæ non fuit, invidiæ: ſi commoveri omnia videbantur, tempori: ſi vis ſuberat, armis: ſi ſocietas, magiſtratuum pactioni: ſi periculum civium, reipublicæ.

[39] Cur, cùm de capite civis (non diſputo, cujusmodi 65
civis) & de bonis proſcriptio ferretur, cùm & ſacratis legibus, & XII. tabulis ſancitum eſſet, ut neque privilegium irrogari liceret, neque de capite, niſi comitiis centuriatis, rogari, nulla vox eſt audita conſulum? conſtitutumque eſt illo anno, quantum in illis duabus hujus imperii peſtibus fuit, jure poſſe per operas concitatas quemvis civem nominatim tribuni plebis conſilio ex civitate exturbari?

Quæ verò [k] promulgata illo anno fuerunt? quæ promiſ- 66
ſa multis? quæ conſcripta? quæ ſperata? quæ cogitata? quid dicam? qui locus orbis terræ jam non erat alicui deſtinatus? cujus negotii publici cogitari, optari, [l] fingi curatio potuit, quæ non eſſet attributa atque [40] deſcripta? quòd genus imperii, aut quæ provincia, [41] quæ ratio aut flandæ

k pervulgata *MS.*

P. XVIII.

l fingique ratio *ed. pr.*

39. *Cur cum.*] Legibus ſacratis, quæ in monte ſacro, ad quem plebs patritiis infenſa ſeceſſerat, ad concordiam latæ ſunt, & poſt à Decemviris in duodecim tabulas translatæ, duo cavebantur. Alterum illud, de quo pro Domo ſua 43. *Vetant leges ſacratæ, vetant XII. tabulæ leges privatis hominibus irrogari: id eſt enim privilegium.* Alterum ne de capite civis Romani niſi comitiis centuriatis ageretur. Clodius proſcriptione Ciceronis utrumque violarat. nam & nominatim de ipſius capite tulerat his verbis: *Velitis, jubeatis, Quirites, ut M. Tullio, quod falſum S. C. retulerit, & indemnatos cives necaverit, aquâ & igni interdictum ſit.* Et eam legem tulerat non comitiis centuriatis, id eſt, univerſo populo per claſſes & centurias convocato, ſed tumultuaria ſervorum & operarum concione. *Abram.*

40. *Deſcripta.*] Unico verbo duas res ſignificat: primum, procurationum, quæ dabantur, multitudinem; ubi enim deſcriptio, ibi ordo; & ubi ordo, ibi numerus: deinde, Clodii infinitam licentiam, qui, quaſi unus omnia teneret, ita, quæ cuique vellet, pro ſua libidine deſcribebat. *P. Manut.*

41. *Quæ ratio aut flandæ aut conflandæ.*] Habent Pal. tert. quart. quint. oct. *quæ ratio auferendæ aut conflandæ.* ſed noſtrum iſtud perſtat in Pal. ſec. ac nono. neque ſecus S. Vict. Erf. Gembl. ideoque revocavi. nam & ſic quoque edd. antiquæ. dictum autem figurata locutione; ne Lambino quis adhæreat lectionem iſtam ſubſibilanti præ vulgata. *Gruter.* In Franc. & edit. prima eſt *auferen-*

ſlandæ aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur? quæ r
gio orave terrarum erat latior, in qua non regnum a
quod ſtatueretur? quis autem rex, qui illo anno non a
emendum ſibi, quod non habebat, aut redimendur
quod habebat, arbitraretur? quis provinciam, quis pec
niam, quis legationem ab ſenatu petebat? Damnatis
vi reſtitutio; conſulatûs petitio ipſi illi populari ſacerd
comparabatur. Hæc gemebant boni, ſperabant improl
agebat tribunus plebis, conſules adjuvabant.

67 XXXI. [42] HÎC ALIQUANTO ſeriùs, quàm ipſe v
let, Cn. Pompejus, invitiſſimis iis, qui mentem op
mi ac fortiſſimi viri ſuis conſiliis fictisque terrorib
à defenſione meæ ſalutis averterant, excitavit illam ſua
non [m] ſopitam, ſed ſuſpicione aliquâ retardatam conſu
tudinem reipublicæ bene gerendæ. Non eſt paſſus ille vi
qui [43] ſceleratiſſimos cives, qui [n] acerrimos hoſtes, q
maximas nationes, [44] qui reges, qui gentes feras atq
ina

m inſolitam *Vict. &* *alii.* ſolutam *alii.* n acerbiſſimos *MS.*

ferenda. Sed Dreſd. & Mediol. *flanda.* Verum huic loco *flare* *cuniam* non convenire vidit rectè Lambinus, cui ſine cauſa reclamat Gruterus. *Auferenda* eſt in edd. Victor. Lambin. M nut. *Grav.*

42. *Hic aliquando ſerius.*] *Hic aliquanto ſerius* ad oram libri eme datum eſt à viro doctiſſimo. *Urſin.*

43. *Sceleratiſſimos cives.*] Brevi oratione omnes Pompeji lau percurrit. ſceleratiſſimos cives appellat, Cn. Carbonem, Cn. D mitium, Q. Sertorium: quorum unum in Sicilia, alterum in frica, tertium Pompejus in Hiſpania vicit. Marcum etiam B tum, M. Bruti illius, qui C. Cæſari manus intulit, patrem Gallia ciſalpina occidit. quem ipſum cum tribus iis, quos non navi, fortaſſe Cicero ſignificavit. Plutarchus, Valerius, epi me Livii, alii. *acerrimos autem hoſtes & maximas nationes*, n dubito quin intelligat Afros, Gallos & Hiſpanos: qui od quodam in populum Romanum impulſi, Carbonis & Serto partibus hæſerunt. pro lege Manilia. Quod autem ſequitur, *Q reges, qui gentes feras atque inauditas*; manifeſtè dictum appa de Hiarba, Mithridate, Tigrane deque nationibus illis, qu antea famâ minus notas, Pompejus, dum fugientem Mithrid tem perſequitur, tranſitum negantes vicit & ad populi Ron ni ditionem adjunxit. unde illud in epiſtola quadam ad Atticu *Sampſicerame quid dices? vectigal te nobis in Antilibano conſtitui agri Campani abſtuliſſe?* epitome Livii, lib. CI. Plutarchus. *Manut.*

44. *Qui reges.*] Mithridatem Ponti, Tigranem Armeniæ, roeſen Albaniæ, Artocem Iberiæ reges ſuperavit. Tigranem niorem, & Ariſtobulum Judæum, & alios reges in triumph duxit. ex Dione, Plutarcho, Appiano, *Abram.*

45. *Li*

inauditas, qui prædonum infinitam manum, qui etiam ſervitia virtute victoriâque domuiſſet: qui omnibus bellis terrâ marique compreſſis, imperium populi Romani orbis terrarum terminis definiſſet, rempublicam everti ſcelere paucorum: quam ipſe non solùm conſiliis, ſed etiam ſanguine ſuo o ſæpe ſervaſſet; acceſſit ad cauſam publicam; o defendiſſet. *MS.* reſtitit auctoritate ſua reliquis rebus: de præteritis queſtus eſt. fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio viſa eſt.

68 Decrevit ſenatus frequens de meo reditu kalendis Jun. diſſentiente nullo, referente L. p Ninnio, cujus in mea cauſa numquam fides virtusque contremuit. Interceſſit 45 Ligus iſte neſcio qui, 46 additamentum inimicorum meorum. res erat & cauſa noſtra eo jam loci, ut erigere oculos & vivere videretur. Quiſquis erat, qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet, quocumque venerat, quod judicium cúmque ſubierat, 47 damnabatur.

p Mimio *aut* Mumio *aut* Numio *MSS.* P.B.

45. *Ligus iſte neſcio qui.*] C. Ælius Stalenus ſignificatur, qui ſibi Pæti cognomen ex Æliorum imaginibus adſciverat, ut dicitur in Cluentiana. & item hic ibidem infra non longe admodum. *Lamb.*

46. *Additamentum.*] Qui me abſente defluxerat, & ad inimicos meos proditis ſuis partibus acceſſerat. Additi dicuntur qui infeſti ſunt & inimici, ut VI. Æneidos:

. . . nec Teucris addita Juno
Uſquam aberit . . .

Ad cujus explicationem laudat Macrobius Lucilium lib. XIV. Sat.

Si mihi non Prætor ſiet additus, atque agitet me.

Servius & Pomponius Sabinus Plautum, *Additus Iü Argus.* Eodem pene ſenſu Græcus Orator Olynth. 2. Ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστὶν. *Macedonica potentia & dominatus eſt additamenti loco.* Et Olynth. 3. Ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα, συμμάχους ἐν ὑπηρέτε καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε. *Vos vero populus nervis, ut ita loquar, eliſis, pecuniis ſociiſque ſublatis ſervorum & additamenti loco facti eſtis.* Noſter igitur, dum additamentum inimicorum ſuorum appellat, ei contemptum quærit. Voce, opinor, à mercatoribus, verbi cauſa, macellariis tranſlata, qui tres quatuorve grandes piſces ementi piſciculum addunt: quemadmodum *cumulus*, *auctarium*, *corollarium* dicitur, quod ad juſtam menſuram apponitur. *Abram.*

47. *Damnabatur.*] Deeſſe verbum ſuſpicor. nam cum duas res propoſuerit, *Quocumque venerat, quod judicium cumque ſubierat:* quorum alterum de Clodianis candidatis, alterum de iiſdem aut accuſatoribus, aut reis dictum eſt, conſentaneum erat, ut duobus item verbis ſententiam clauderet, ſic, *repudiabatur* & *damnabatur:*

batur. Inveniebatur nemo, qui ſe ſuffragium de me tuliſſe confiteretur. deceſſerat ex Aſia frater meus magno ſqualore, ſed multo etiam majore mærore. huic ad urbem venienti tota obviam civitas cum lacrymis gemituque proceſſerat: loquebatur liberiùs ſenatus: concurrebant equites Romani: Piſo ille, gener meus, cui fructum pietatis ſuæ neque ex me, neque à populo Romano ferre licuit, à propinquo ſuo ſocerum ſuum flagitabat: omnia ſenatus rejiciebat, niſi de me primùm conſules retuliſſent.

69 XXXII. Quæ cùm res jam manibus teneretur: & cùm conſules provinciarum pactione libertatem omnem perdidiſſent, qui, cùm in ſenatu privatim, ut de me ſententias dicerent, flagitabantur, legem illi ſe Clodiam timere dicebant. cùm hæc non poſſent jam diutiùs ſuſtinere, initur conſilium de interitu Cn. Pompeji: quo patefacto ferroque deprehenſo, ille incluſus domi tamdiu fuit, quamdiu inimicus meus in tribunatu. De meo reditu [48] octo tribuni promulgarunt. [49] ex quo intellectum eſt, mihi abſenti cre-

batur: ut & *repulſam* & *damnationem* demonſtraret. in quo ne quis me, inani conjecturâ ductum, vaticinari & inſanire putet, locum recitabo ex oratione pro Domo ſua, qui meam opinionem ſatis, ut opinor, comprobabit. ſic igitur in ea ſcriptum eſt: *Itaque cum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares: amici illi tui, te uno amico tecti & beati, qui ſe populo commiſerant, ita repellebantur, ut etiam Palatinam tuam perderent: qui in judicium venerant, ſive accuſatores erant, ſive rei, te deprecante, damnabantur.* Satis ne patet ex his verbis, & de iis, qui magiſtratum peterent, & de iis, qui in judicium venirent, Ciceronem intelligere? ibidem, paucis interjectis verſibus, hæc ſequuntur: *De hac igitur lege dicimus, quæ jure rogata videatur: cujus quam quiſque partem tetigit, digito, voce, pradâ, ſuffragio; quocumque venit, repudiatus convictuſque diſceſſit. Repudiatus*, inquit, à populo; *convictus*, in judicio. non temere igitur mutilum eſſe locum ſuſpicamur; & ante verbum *damnabatur*, ſcribendum, *repudiabatur*, aut, *repellebatur*. utroque enim verbo eadem de re uſum eſſe Ciceronem in ea pro Domo ſua demonſtratum eſt. *P. Manut.*

48. *Octo tribunis.*] Ven. *Novem*, & rectè, ut apparet de oratione ad Quir. poſt Red. ſ. ibi enim ita legimus: *Eodemque, P. Lentulo auctore, & pariter referente collega frequentiſſ. ſenatus uno diſſentiente, nullo intercedente, dignitatem meam quibus potuit verbis ampliſſ. ornavit.* Camer.

49. *Ex quo intellectum eſt, non mihi abſenti creviſſe amicos.*] Quidam *decreviſſe* emendarunt, pro *creviſſe*, ſed male omnino: vulgati autem rectè quidem habent, ex iis quæ præcedunt, & quæ ſequuntur de Pompejo, de frequenti ſenatu, de Memmio, de ſociis Clodii damnatis, de negantibus ſe tuliſſe ſuffragium, de tota

creviſſe amicos, in ea præſertim fortuna, in qua nonnulli etiam, quos eſſe putaveram, non erant: ſed eos voluntatem ſemper eandem, libertatem non eandem ſemper habuiſſe. nam ex novem tribunis, quos tunc habueram, unus, me abſente, defluxit. qui cognomen ſibi ex Æliorum imaginibus arripuit, [50] quo magis nationis ejus eſſe, quàm generis, videretur.

[51] Hoc igitur anno, magiſtratibus novis deſignatis, cùm 70
omnes boni omnem ſpem melioris ſtatûs in eorum fidem convertiſſent: princeps P. Lentulus auctoritate ac ſententiâ ſuâ, Piſone & Gabinio repugnantibus, cauſam ſuſcepit, P. XIX. tribuniſque plebis octo referentibus, præſtantiſſimam de me ſententiam dixit. qui cùm ad gloriam ſuam atque ad ampliſſimi beneficii gratiam magis pertinere videret, cauſam illam integram ad ſuum conſulatum reſervari, tamen rem talem per alios citiùs, quàm per ſe tardiùs confici malebat.

XXXIII. Hoc interim tempore P. Sextius, q judices, 71
deſignatus iter ad C. Cæſarem pro mea ſalute ſuſcepit. Quid egerit, quantum profecerit, nihil ad cauſam. equidem exiſtimo, [52] ſi ille (ut arbitror) æquus nobis fuerit, nihil ab hoc profectum: ſin iratior, non multum. ſed tamen ſedulitatem atque integritatem hominis videtis. Ingredior jam in Sextii tribunatum. nam hoc primum iter deſignatus reipublicæ cauſâ ſuſcepit. pertinere r & ad concordiam civium putavit, & ad perficiundi facultatem, animum

q judex deſign. MSS. & ed. pr.

r & deeſt in MSS.

ta civitate fratri obvia, de equitibus, de octo Tribunis plebis: quod poſtea ait, *in ea præſertim fortuna.* Urſin.

50. *Quo magis nationis ejus eſſe, quam generis videretur.*] Opinor legendum: *Quo magis generis ejus eſſe, quam nationis videretur.* Confirmat autem hanc lectionem locus ſimilis in oratione pro A. Cluentio, de hoc ipſo Ligure: *Quid tu* (inquit) *Pate? hoc enim Stalenus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, ne ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuæ, quam generis uti cognomine videretur.* Idem.

51. *Hoc igitur anno.*] Piſone & Gabinio Coſſ. qui fuit ab urbe condita DCXCVI. cum P. Lentulus Spinther & Q. Metellus Nepos eſſent Conſules in annum proximum deſignati: & Tribuni plebis Milo, Seſtius, Fabricius, Numerius, Calenus, Curtius, Fadius, Gratidius, Ciſpius, ut partim ex hac oratione, partim ex epiſtola ultima lib. I. ad Q. Fratrem colligitur, eſſent etiam deſignati. *Abram.*

52. *Si ille, ut arbitror, æquus nobis fuerit.*] *Fuerat* eſt in antiquo libro, & ita omnino legendum videtur. *Urſin.*

ſ reſpirare MS. — mum Cæſaris à cauſa non abhorrere. Abiit ille annus. [ſ] reſpiraſſe homines videbantur, nondum re, ſed ſpe reipublicæ recuperandæ. exierunt [53] malis ominibus atque exſecrationibus duo [54] vulturii paludati: quibus utinam ipſis eveniſſent ea, quæ tum homines precabantur! neque nos provinciam Macedoniam cum exercitu, neque equitatum in Syria & cohortes optimas perdidiſſemus.

72 Ineunt magiſtratum [t] tribuni plebis, qui omnes ſe de me promulgaturos confirmarant. ex his princeps [v] emitur ab inimicis meis, is, quem homines in luctu irridentes, [55] Gracchum vocabant: quoniam id etiam fatum civitatis fuit,

t alii qui omn. *ed.pr.*

v eruitur MS.

53. *Malis ominibus.*] Exeuntibus in provincias omnes bona omina precabantur; nam moris fuit, ut qui cum imperio in provincias mittebantur, paludati in Capitolio vota pro Repub. & ſuo imperio nuncuparent: & cum urbe exirent, amici eos quamplurimi uſque ad portas fauſtis ominibus atque acclamationibus proſequerentur. Inimici vero precibus eos deteſtabantur; hæc preces *diræ* dicebantur: quod accidit in M. Craſſo. Vultures autem aves mali auſpicii. *Hotom.* Univerſo populo execrante, & malè ominatis verbis, quæ exeuntibus cladem portenderent, proſequente. In Piſonem: *Ominibus ſaltem bonis ut Conſules, non triſtiſſimis ut hoſtes ac proditores proſequebantur.* De execrationibus Piſ. *Ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam & perpetuam eſſe vellent.* Abram.

54. *Vulturii paludati.*] Sic in Piſon. *Appellatus eſt hic Vulturius, illius provinciæ, ſi dies placet, imperator.* Sic vocat direptorem & expilatorem provinciæ. *Hotom.* Hanc ob cauſam Gabinium ac Piſonem vulturios vocat Tullius, non quod vultures eſſent aves mali ominis, ut Manutius & Hotomannus exiſtimant. Læta enim & fauſta vulturum conſpectum portendiſſe docet ex augurum diſciplina Plutarchus in vita Romuli: *Herodotus Ponticus Herculi lætum augurium tradit fuiſſe, ſi vultur ſe obtuliſſet ei in re agenda. Et hoc animal præter cetera innocentiſſimum, nec vel plantis vel pecori noxium.* vide ibi plura. *Grav.*

55. *Gracchum vocabant.*] Gracchus & Quinctiæ gentis, & Semproniæ cognomen fuit. Numerium Quinctium, de quo infra mentio fit, ſignificat: & cognomen Gracchi ad irriſionem transfert: quod in homine ſibi inimico, nec alioqui ſatis inſigni, tam honorificum cognomen non libenter agnoſcat. forte autem ille, qui ſe Ti. Graccho natum ſimulabat, ex cognomine occaſionem arripuit, quod Gracchus vocaretur: quamquam non eſſet è Semproniis, ſed è Quinctiis. appellat enim eum Quinctium ſcriptor libri de Viris illuſtribus: & Valerius Maximus duobus libris, III. & IX. ter *Equitium* nominat: etſi non Valerii, ſed librarii mendum puto fuiſſe: cum, *Quinctius*, non *Equitius*, videatur legendum. licet Equitiæ gentis alibi mentio reperiatur, ut in antiquis lapidibus. eundem & Cicero in oratione pro C. Rabirio perduellionis reo Gracchum vocat. *P. Manut.*

56. Ex

fuit, ut illa [56] ex vepreculis extracta nitedula rempublicam conaretur arrodere. Alter verò non ille Serranus ab aratro, [57] ſed ex deſerto Gavi Oleli horreo calatis x granis, x gravis alii.

56. *Ex vepreculis extracta nitedula.*] Ita Pal. pr. quart. quint. oct. nonus; quod ad primam vocem attinet. nam ultima perſcripta eis fere *nicedula*. & ſic placuit Gulielmio, ut à *ſpe ſpecula*, ſic à *vepre* fiat *veprecula*, qui videatur libro I. Veriſimilium cap. 13. vulgata *vepretulis*. conſulatur Hadr. Junius Centuria IX. Adagio 5. pro *vepreculis* ſtat etiam Priſcianus lib. III. *Grut. Nitedula.*] Allegoria feſtiva à muribus ſive nitedulis è rubis aut vepretis ad rodendam ſegetem prodeuntibus: qua Numerii obſcuritas & indignitas denotatur. Et hic quidem, antequam magiſtratum iniret, ſe de Cicerone promulgaturum eſſe verbis confirmarat; deſcivit tamen à bonis, & reſiliit prius quàm illi legi promulgandæ ſubſcriberet. Julius Capitolinus in Antonino Pio. *Salaria multis ſubtraxit, quos otioſos videbat accipere, dicens nihil eſſe ſordidius, immo crudelius, quam ſi Rempub. ii arroderent, qui nihil in eam ſuo labore conferrent.* Nitedula autem, ut notat Servius, is eſt muſculus, qui in Georgicis à Marone deſcribitur:

——— ſæpe exiguus mus
Sub terris poſuitque domos atque horrea fecit.

Indignum eſt autem à ſordidis & obſcuris vexari Rempub. Silius lib. VIII. de Terentio Varrone, cujus temeritate clades Cannenſis accepta eſt:

Atque illi ſine luce genus ſurdumque parentum
Nomen, &c.
Tantum in quaſſata bellis caput extulit urbe,
Momentum ut rerum & fati foret arbiter unus,
Quo conſervari Latium cuſtode puderet. Abram.

Nitela & *Nitedula* eſt mus agreſtis, qui Græcis *σκίουρος*, een eeken hoorn / Gallis *mulot*. unde *nitelinus color* eſt rufus color, qualis eſt color pilorum nitelæ apud Plin. XVI. cap. 38. ut docuit magnus Salmaſius in Exercitationibus Plinianis, cui debent docti, qui aliquid poſt illum de hoc animali prodiderunt, quamvis id ſilentio inſitientur, qui & de his muribus Martialem intelligendum contendit lib. V. ep. 39.

Quæ crine vincit Bætici generis vellus,
Rhenique nodos, auream que nitelam. Græv.

57. *Sed ex deſerto Gavii Oleli horreo calatis granis, in Calatinos Atilios inſitus.*] Ita Pantagathus primus hunc locum emendavit, à quo Manutius & alii acceperunt, & rectè quidem: hac ironia quod ante adoptionem jam eſſet Calatinus calandis granis (non metiendis modiis) in pauperrimo horreo patris G. . . Oleli, quaſi ibi non dimetiretur modios, ſed ſingula calaret, id eſt, vocaret ac numeraret grana, irridens in eo Calatini cognomen alioqui nobile. *Urſin. Sed ex deſerto Gavi Oleli horreo, calatis granis in Calatinos Atilios.*] Sic prima editio, niſi quod ea *at illos*, quomodo item ſcripti; qui præterea parùm variant in prioribus. Primus Pal, nonus habet, *gravi leliore à calatis gravis &c.* S. Vict.

 gra-

nis, in Calatinos Atilios inſitus, ſubitò [58] nominibus in tabulas relatis, nomen ſuum de tabula ſuſtulit. Veniunt kalendæ Januarii, vos hæc meliùs ſcire poteſtis: equidem audita dico: quæ tum frequentia ſenatûs, quæ exſpectatio populi, qui concurſus legatorum ex Italia cuncta, quæ virtus, actio, gravitas P. Lentuli conſulis fuerit, quæ etiam collegæ ejus moderatio de me: qui cùm inimicitias ſibi mecum ex reipublicæ diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet, eas ſe patribus conſcriptis dixit [59] & temporibus reipublicæ permiſſurum.

P. B.

73 XXXIV. Tum [60] princeps rogatus ſententiam L. Cotta dixit id, quod digniſſimum republicâ fuit, nihil de me actum eſſe jure, nihil more majorum, nihil legibus: non poſſe quemquam de civitate tolli ſine judicio: de capite non modò ferri, ſed ne judicari quidem poſſe, niſi comitiis centuriatis: vim fuiſſe illam, flammam quaſſatæ reipublicæ y perturbatorumque temporum, jure judiciisque ſublatis: [61] magna rerum z perturbatione impendente, decli-

y perturbato undique tempore *multi alii.*

z *ita Vict.* permutatione *Grav.*

gravi latior ea calatis gaviis in &c. Gemblac. *gavi oleli orea calathis granis, in Calatinos at illos &c.* Conſulatur ſuper hujus loci emendatione Turnebus libro XX. cap. 3. an fuit *P. Calavii Ofellii horreo calatis granis, in Calatinos Atilios.* ut fuerit inter familiares quibus ceſſerat Ofelli Calavii Campani horreum, cujus hominis meminit Livius libro IIX. At *Gavius* tamen eſt quidam P. Clodii canis, ad Atticum libro VI. Epiſt. 3. *Gruter.* Egregiè ad illuſtrationem obſcuriſſimi hujus loci faciunt, quæ habet Perizon. Animadverſ. Hiſt. p. 30. & ſeqq.

58. *Nominibus in tabulas.*] Mihi hæc videtur eſſe horum verborum ſententia, cum ſubito & præter omnium opinionem tabulis Cenſorum ſua nomina *Sex. Atilius Serranus* inſeruiſſet, nomen ſuum ex tabula promulgationis ſuſtulit, nec inter ceterorum Tribunorum promulgantium legem de Ciceronis reditu id voluit legi. *Grav.*

59. *Et temporibus & Reip.*] *Et temporibus Reip.* ſine copula, quæ ſecundo loco poſita eſt, multo melior lectio. *Urſin.*

60. *Princeps.*] Non, quod eſſet è conſularibus antiquiſſimus: nam triennio ante illum P. Servilius Iſauricus conſul fuerat: ſed antiquiſſimus eorum conſularium, qui tum erant in ſenatu. opinor enim, eo die Iſauricum non affuiſſe. nondum autem deſignatos conſules fuiſſe, qui ſententias primi rogabantur, ſatis liquet, cum eſſent Kalendæ Januarii. *P. Manut.*

61. *Magna rerum perturbatione impendente.*] Atqui *perturbatio* non impendebat, ſed jam perturbata erant Reip. tempora, ut ex verſu præcedente conſtat. Editi ante Victorianam, ut & MSS. Dreſd. & Franc. nec non P. Manutii & Caroli Stephani editio: *magna rerum permutatione impendente.* quod omnino retinendum. Hæc enim

declinaſſe me paullulum, &, ſpe reliquæ tranquillitatis, præſentes fluctus [a] tempeſtatemque fugiſſe. Quare, cùm abſens rempublicam non minùs magnis periculis, quàm quodam tempore præſens liberaſſem, non reſtitui me ſolùm, ſed etiam ornari à ſenatu decere. Diſputavit etiam multa prudenter ita de me illum amentiſſimum & profligatiſſimum hoſtem pudoris & pudicitiæ ſcripſiſſe quæ ſcripſerat, iis verbis, rebus, ſententiis, ut, etiam ſi jure eſſet rogatum, tamen vim habere non [b] poſſet. quare me, qui nulla [c] lege abeſſem, non reſtitui lege, ſed revocari ſenatûs auctoritate oportere.

a tempeſtateſque *MSS.*

b poſſe *MSS. & ed. pr.*

c lege *deeſt in MSS.*

[d] Hunc nemo erat, quin veriſſimè ſentire diceret. Sed 74 poſt eum rogatus Cn. Pompejus, [e] approbatâ laudatâque Cottæ ſententiâ, dixit, ſeſe otii mei cauſâ, ut omni populari concitatione defungerer, cenſere, ut ad ſenatûs auctoritatem, populi quoque Romani beneficium erga me adjungeretur. Cùm omnes certatim, aliusque alio graviùs atque ornatiùs de mea ſalute dixiſſet fieretque ſine ulla varietate [62] diſceſſio: ſurrexit, ut ſcitis, Atilius hic Gavianus: nec auſus eſt, cùm eſſet emptus, intercedere; noctem ſibi ad deliberandum poſtulavit. Clamor ſenatûs, querelæ, preces, [63] ſocer ad pedes abjectus. Ille ſe affirmare, poſtero die moram nullam eſſe facturum. Creditum eſt: diſceſſum eſt. illi intereà deliberatori merces, longâ inter-

d Homo *MSS. & ed. pr.*

e approbavit laudavitque *iid. MSS.*

enim eſt hujus loci ſententia. Cum omnia eſſent in Rep. perturbata, judiciis ſublatis, tamen cum Cicero vidiſſet non diu in hoc turbulento ſtatu Remp. futuram, ſed impendere mutationem temporum, maluiſſe illum ad perbreve tempus cedere tempeſtati, donec deſæviſſet, quam vim vi repellere, ut poſtea, ſedatâ tempeſtate, tranquillior & ſecurior eſſet. *Grav.*

62. *Diſceſſio.*] Vide Plinium Juniorem lib. II. ep. 11. lib. VIII. ep. 14. Gellium lib. III. Noct. Attic. cap. 18. Prudentium libro in Symmachum priore:

Qua vocat egregii ſententia principis, illuc
Libera tum pedibus tum voce frequentia tranſit.

Hujus rei etiam in hiſtoria Græca exſtat aliquod veſtigium. Thucydides lib. I. Sthenelaidam ita loquentem inducit. Ὅτῳ μὲν ὑμῶν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, λελῦσθαι αἱ σπονδαὶ, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀδικεῖν, ἀναςήτω εἰς ἐκεῖνο τὸ χωρίον (δείξας τι χωρίον αὐτοῖς.) ὅτῳ δὲ μὴ δοκοῦσιν ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα. *Cui vero veſtrum, ô Lacedæmonii, videtur fœdus eſſe violatum, & injuria ab Athenienſibus illata, diſcedat in hanc partem.* (*ſimul locum oſtenderat*) *Cui vero non videtur in alia omnia.* Abram.

63. *Socer ad pedes abjectus.*] Gulielmius putat auctorem loqui de Piſone; itaque cuperet *gener:* ſed præter mſſ. *Gruter.*

 64. *Dies*

interpoſitâ nocte, duplicata eſt. Conſecuti [64] dies pauc omnino Januario menſe, per quos ſenatum haberi liceret ſed tamen actum nihil, niſi de me.

75 XXXV. Cùm omni morâ, ludificatione, calumniâ ſenatûs auctoritas impediretur: venit [f] tandem [65] [g] concili de me agendi dies, VIII. kalendas Febr. Princeps roga tionis, vir mihi amiciſſimus, [h] Q. Fabricius, templun aliquanto ante lucem occupavit. Quietus eo die Sextius is, qui eſt de vi reus. actor hic defenſorque cauſæ mea nihil progreditur, conſilia exſpectat inimicorum meorum Quid illi, quorum conſilio P. Sextius in judicium voca tur? quo ſe [i] pacto gerunt? cùm forum, comitium, cu riam multâ de nocte armatis hominibus ac ſervis [k] pleris que occupaviſſent, impetum faciunt in Fabricium, manu afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos.

f tandem *deeſt in MSS.*
P. XX.
g conſilii *alii*, in comitio *Lamb.*
h C. Fabr. *MS.*
i ſpectatum *MSS.*
k operisque *Gul.*

76 Venientem in forum, virum optimum & conſtantiſſi mum, M. Ciſpium, tribunum plebis, vi depellunt: cæden in foro maximam faciunt: univerſique, deſtrictis gladii & cruentis in omnibus fori partibus, fratrem meum, vi rum optimum, fortiſſimum, meique amantiſſimum, ocu lis quærebant, voce poſcebant. quorum ille telis libenter in tanto luctu ac deſiderio mei, non repugnandi, ſe mo

64. *Dies pauci.*] Quia nec à Kal. ad XVIII. Kal. Febr. quotidi ſenatum haberi licet, propter dies comitiales; nec umquam XIIX. Kal. Febr. ad Kal. Febr. propter legem Pupiam. epiſt. Fam lib. I. ad Quinctum Fratrem lib. II. *P. Manut.*

65. *Conſilii agendi.*] De meo reditu conſultandi & deliberandi Alii legunt, *In comitio de me agendi.* commodius ad ſenſum, ſe audacius ad ſcripturam. Quid ſi legeremus? *Concilii de me haben di.* Hanc conjecturam adjuvat, quod non Conſules, ſed Tribu ni plebis illa comitia convocarint, quibus Fabricius princeps ro gationis videtur præfuiſſe. Siquidem, ut ait Gellius cap. 27. lib XV. Noct. Attic. de Lælii Felicis ſententia: *Is qui non univerſun populum, ſed partem aliquam adeſſe jubet, non comitia, ſed conciliun edicere debet. Tribuni autem neque advocant patritios, neque ad eos refer re ulla de re poſſunt.* Ego vero hanc lectionem obviis ulnis am plecterer, niſi pro Domo ſua 90. *Omnes principes civitatis, omnes ordi num atque ætatum omnium ſuffragium de ſua ſalute tuliſſe* dixiſſet. Se fortaſſe non eſt quod rem ad vivum adeo reſecemus: neque ade neceſſe fuit verborum proprietatem uſquequaque ſectari: quar rem in medium relinquo. *Abram.* Cave refingas illud omniun librorum *de me agendi*, qua de me agatur cum populo. *Agere ſe natum, agere conventum* Latini dicunt, non vero, *agere concilium* aut *concionem.* Sed *eſt concilium agendi de me*, ſive in quo de m agitur, quis Latine dici negabit? *Grav.*

66. *Ser*

moriendi cauſâ, corpus obtuliſſet ſuum, niſi ſuam vitam
ad ſpem mei reditûs reſervaſſet. ſubiit tamen vim illam ne-
fariam conſceleratorum latronum: &, cùm ad fratris ſa-
lutem à populo Romano deprecandam veniſſet, pulſus è
Roſtris, in comitio jacuit, ſeque [66] ſervorum & liberto-
rum corporibus obtexit, vitamque tum ſuam noctis &
fugæ præſidio, non juris judiciorumque defendit. Me- 77
miniſtis tum, judices, corporibus civium Tiberim com-
pleri, [67] cloacas referciri, è foro [68] ſpongiis effingi
ſanguinem, ut omnes tantam illam copiam, & tam
magnificum apparatum; non privatum aut plebe-
jum, ſed [69] patricium & prætorium eſſe arbitrarentur.
l Nihil

66. *Servorum & libertorum.*] Si ita legas, ſervos & libertos de Clodiano exercitu accipiemus: quaſi omnes aut ſervi, aut liberti fuerint. quod ſi probamus; apparebit, eos, qui cæſi ſunt, quorum ſe Quinctius corporibus texit, Clodianos omnes fuiſſe. quod aperte falſum videtur. non enim multi de Clodianis, ſed ab ipſis multi ſunt interfecti. itaque jam dixit, *cædem in foro maximam faciunt; univerſique, deſtrictis gladiis & cruentis, in omnibus fori partibus fratrem meum oculis quærebant, voce poſcebant.* quo planum fit, non victam eſſe Clodii manum, ſed victricem fuiſſe. quocirca, ut ſignificetur, ex utraque parte cæſorum in foro corpora jacuiſſe; legendum crederem, *ſervorum & liberorum:* quod in ea dimicatione tum ſervi de Clodiana factione, tum liberi de bonorum parte ſint occiſi. *P. Manut.*

67. *Cloacas referciri.*] Hinc ſtragis magnitudo etiam oſtenditur. Nam Plinius lib. XXXVI. cap. 15. vocat *cloacas operum dictu maximum, ſuffoſſis montibus, urbe penſili, ſubterque navigata urbe.* Vide Dionyſium Halicar. lib. III. Ex earum ſtructura ait imperii Romani magnitudinem judicari: quæ ſtructura quantæ fuerit impenſæ ex eo demonſtrat, quod *Cajus Aquilius auctor eſt, cloacis aliquando neglectis, cum amplius fluere non poſſent, earum purgationem & inſtaurationem mille talentis locatam fuiſſe à Cenſoribus.* Ex quibus videas quanta tandem ſtrages ea fuerit, qua tam immanes cloacæ refertæ dicuntur. *Abram.*

68. *Spongiis effingi ſanguinem.*] Ita citat Servius ad lib. IIX. Æneidos: prodiditque Hotomanus libro II. Obſervat. cap. 14. & firmavit Iſidori Etymologico lib. XII. cap. 6. Fulvius Urſinus publicatur paſſim *effundi.* conſulatur & Cujacius lib. XIII. Obſervat. cap. 13. *Gruter.* Vide etiam Cl. Burmann. ad Ovid. Heroid. ep. XX. verſ. 134.

69. *Patricium & prætorium.*] Appium Pulcrum deſignat, qui & patriciæ gentis erat, & præturam eo anno gerebat; hic enim gladiatores eos, quos in funere Marci propinqui ſui daturus erat, P. Clodio fratri ſuo commodavit. *Hotom.* Tanta fuit illa ſtrages, ut omnes facile ſibi perſuaderent eam ſervorum gladiatorumque turbam, quam Pub. Clodius in forum immiſerat, non eſſe ab eo

70 l Nihil neque ante hoc tempus, neque hoc ipſo turbulentiſſimo die m criminamini Sextium.

l Nihilque alii.
m criminationis eſſe in S. aut criminandum eſſe S. alii.

XXXVI. Atqui vis in foro verſata eſt. Certè. quando enim major? lapidationes perſæpe vidimus: non ita ſæpe, ſed nimiùm tamen ſæpe gladios: cædem verò tantam, tantos acervos corporum exſtructos, niſi fortè illo Cinnano atque Octaviano die, quis umquam in foro vidit? quâ ex concertatione animorum? nam ex pertinaciâ aut conſtantiâ interceſſoris oritur ſæpe ſeditio, culpâ atque improbitate latoris, commodo aliquo imperitis aut largitione propoſitâ: oritur ex concertatione magiſtratuum: oritur ſenſim ex clamore primùm: deinde aliqua diſceſſione concionis: vix ſerò & rarò ad manus pervenitur: nullo verò verbo facto, nullâ concione advocatâ, nullâ lege n recitatâ concitatam nocturnam ſeditionem quis audivit?

n Lamb. promulgatâ, alii non habent.

78 o An veriſimile eſt, ut civis Romanus, aut homo liber quiſ-

o tres ſeqq. voces idem delet.

collectam, qui tum & privatus erat, jam depoſito tribunatu plebis, nondum accepta ædilitate curuli, & ad plebem tranſierat, adoptatus à Fontejo, ſed ab Appio Clodio ipſius fratre, qui & patricius erat, & tum præturam gerebat, commodatam. Atque id quidem verum fuit. non aſſerit tamen Orator, ſed ex communi opinione refert, vel quod parum attineat ad cauſſam rei veritatem inquirere, vel quod offenſionem Metelli Nepotis vereatur. Nepos enim, etſi Calendis Januariis in gratiam cum Cicerone abſente redierat, nondum tamen à Clodio fratre ita diſceſſerat, ut non in multis ejus ſceleribus conniveret. ut videre eſt apud Dionem libro XLIX. & infra. *Ecce tibi Conſul, Prætor, Tribunus plebis novi generis edicta proponunt, ne reus adſit, ne citetur.* Abram.

70. *Nihil neque ante hoc tempus, neque hoc ipſo turbulentiſſimo die, criminationis eſſe in Seſtium.*] Veneti *criminamini Seſtium.* Camerar. *Nihil neque ante hoc tempus, neque hoc ipſo turbulentiſſimo die criminamini Sextium.*] Unde profecta ſit hæc ſcriptura, ignoro ſane. Primus eam & ſolus invexit Lambinus, nulla tamen in Notis facta mentione, unde illam hauſerit. Eum ſecutus eſt, quod mirum, cum à nullo libentius & crebrius diſſentiat non gravi ſemper de cauſa Gruterus. MSS. quos vidi, ed. prim. & ceteræ omnes, Vict. C. Steph. Manut. *nihilque neque ante hoc tempus, neque hoc ipſo turbulentiſſimo die criminationis eſſe in Sextium.* Abram. ed. *nihilque neque ante hoc tempus, neque hoc ipſo turbulentiſſimo die criminandum Sextium.* Sed cur recedamus è veterum librorum lectione? Num offendit aures Lambini *criminatio in Sextium?* Cur hic magis, quam in tertia contra Rullum cap. 1. *Num quid eſt cauſa, Quirites, quin illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt, non ſolum meam, ſed etiam veſtram diligentiam prudentiamque deſpexerit?* Repoſui igitur priſtinam omnium librorum lectionem. *Græv.*

71. Rep.

am cum gladio in forum deſcenderit ante lucem, ne ferri pateretur, præter eos, qui ab illo peſtifero lito cive jampridem [71] reipublicæ ſanguine ſaginan-

Hîc [p] jam de ipſo accuſatore quæro, qui P. Sextium ur [q] cum multitudine in tribunatu & cum præſidio fuiſſe: num illo die fuerit. [r] certè certè non fuit. igitur eſt cauſa reipublicæ, & victa, non auſpiciis, iterceſſione, non ſuffragiis: ſed vi, manu, ferro. ſi obnuntiaſſet Fabricio is [s] prætor, qui ſe ſervaſſe lo dixerat, accepiſſet reſpublica plagam, ſed eam, m acceptam gemere poſſet. Si interceſſiſſet collega io, læſiſſet rempublicam, ſed rempublicam jure læ- Gladiatores tu [73] novicios, pro exſpectata ædilita- poſitos cum ſicariis è carcere emiſſis ante [t] lucem im- ? magiſtratus templo dejicias? cædem maximam ? [74] forum purges? &, cùm omnia vi & armis , accuſes eum, qui ſe præſidio munierit, non ut te naret, ſed ut vitam ſuam poſſet defendere?

XVII. ATQUI ne ex [v] eo quidem tempore id egit s, [x] ut à ſuis munitus, tutò in foro [y] tuo magiſtra- ereret, rempublicam adminiſtraret. Itaque fretus ditate tribunatûs, cùm ſe non modò contra vim & 79

p etiam *alii.*
q cùm mult. *deeſt in aliis.*
r *ita MSS.*
ſ trib. pleb. *alii.*
t lucem in forum *alii.*
v eo tempore *edd. vett.* P. B. *MS.*
x niſi ut
y tum *alii.*

Reip. ſanguine ſaginantur.] *Saginabantur* Pantagathus. *Ur-*

Quam acceptam gemere, non queri poſſit.] Ita ſcriptum eſt m libri doctiſſimi viri, cum in vulgatis deſint illa, *non* dem.

Novitios.] Recens comparatos, nondum à lanista ſatis eru- t inſtructos. *Abram.* Editiones veteres omnes ante Victo- & MSS. Franc. & Dreſd. *Gladiatores tu ſupponas, cum ſi- carcere emiſſis ante lucem in forum immittas*, niſi quod Franc. & ed. prim. pro ultimo verbo *immittas* ſcribant *emittas*. orius hæc verba, quæ omnes poſt editores Carol. Steph. ut. Lambinus, Gruterus admiſerunt, ex optimæ notæ petiit, non repugno. Alioquin cauſſæ nihil video, cur rum codicum & editionum ſcripturam repudiemus. *Gra-*

Forum purges.] Nihil variant mſſ. ſupradicti: & poteſt in- de illo ſuperiore, cap. 35. f. *è foro ſpongiis effundi ſangui-* *videatur* etiam Turnebus lib. XX. cap. 3. P. Manutius ma- *rces.* Grut.

Sanctitate.] Sacroſancti Tribuni plebis, quos nefas erat , non ſolum ferro & factis, ſed etiam verbis & interfa- nam interfari, Tribuno plebis concionem habente, piacu- it, ex lege videlicet Junia, quam Halicarnaſſeus lib. VII.

ex-

z ita MSS. alii interceſſionem. & ferrum, ſed etiam contra verba atque [z] interfatio legibus ſacratis eſſe armatum putaret; venit in temp Caſtoris: obnuntiavit conſuli: cùm ſubitò manus illa diana, in cæde civium ſæpe jam victrix, [a] exclamat citatur, invadit: inermem atque imparatum tribu alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis ſeptorum & bus; à quibus hic, multis vulneribus acceptis, ac d tato corpore & contrucidato, ſe abjecit exanimatus: que ullâ aliâ re ab ſe mortem niſi opinione mortis d lit. quem cùm jacentem & conciſum plurimis vul bus extremo ſpiritu exſanguem & confectum vider defatigatione magis & errore, quàm miſericordi modo, aliquando cædere deſtiterunt.

a exclamabat MS.

80 Et cauſam dicit Sextius de vi? quid ita? quia vivit id non ſuâ culpâ. plaga una illa extrema defuit: quæ ſi ceſſiſſet, reliquum ſpiritum exhauſiſſet. accuſa Lentidi non percuſſit locum: [76] maledicito Sabinio, homini tino, cur tam [b] tempori exclamarit occiſum. ipſum quid accuſas? num defuit gladiis? num [c] repugna num, ut gladiatoribus imperari ſolet, [76] ferrum no cepit?

b temerè alii.

c repudiavit alii.

XXXVIII.

exponit. *Tribuno plebis ſententiam dicenti concione ne contradi neve interfantor.* refert deinde pœnam & mulctam in hujus ſanctione: *Qui ſecus faxit prades dato Tribunis plebis ſolutur mulctam, quam impoſuerint. Qui non dederit, morte mulctato bona ejus ſacra ſunto. Si quid controverſia mulctarum ejuſmodi inciderit, judicia penes populum ſunto.* Sequor Sigiſmundi G verſionem. Id conceſſum eſt lege Junia, non legibus ſacra proinde videtur μνημονικὸν ἁμάρτημα. Nam lex Junia de fatione in monte ſacro perlata non fuit, nec alio ſenſu ſ dicetur, niſi quod violatoris bona ſacra eſſe decerneret.

76. *Maledicito Sabino.*] Pantagathus ex veſtigiis antiqua pturæ *maledic Titio Sabino*, & rectè: Ego autem pro *Titio*, lem *Titurio*, quod ejus gentis cognomen ſit Sabinus, niſi ſæpe hujus Titii in orationibus faceret Cicero mentionem *cur tam temerè*, in antiquo eſt, *cur tam tempore.* Urſin.

76. *Ferrum non recepit.*] Talis illa fuit impudentia Fimbri qua Cicero pro Roſcio Amerino 17. *Is cum curaſſet in fun Marii, ut Q. Scævola vulneraretur*, &c. *diem Scævolæ dixit, quàm comperit eum poſſe vivere. Cum ab eo quæreretur quid tand accuſaturus eſſet eum, quem pro dignitate ne laudare quidem qui ſatis commodè poſſet: ajunt hominem, ut erat furioſus, reſpo Quod non telum toto corpore recepiſſet.* Nota *ferrum* ſive *telum re.* verbum gladiatorium. Tuſculana: *Quis mediocris gladia gemuit?* &c. *Quis cum decubuiſſet*, FERRUM RECIP *juſſus, collum contraxit?* Huc alluſit Seneca 1. de Tranquill. a

XXXVIII. An hæc ipſa vis eſt, non poſſe emori? an illa, quòd tribunus plebis templum cruentavit? an, quòd, cùm eſſet ablatus, primumque [d] reſipiſſet, non ſe referri juſſit? ubi eſt crimen, quod reprehenditis? Hîc quæro, judices, ſi illo die gens iſta [e] Clodia, quod facere voluit, effeciſſet: ſi P. Sextius, qui pro occiſo relictus eſt, occiſus eſſet: fuiſtiſne ad arma ituri? fuiſtiſne vos ad patrium illum animum majorumque virtutem excitaturi? fuiſtiſne aliquando rempublicam à funeſto latrone repetituri? an etiam tunc quieſceretis, cunctaremini, timeretis, cùm rempublicam à facineroſiſſimis ſicariis & à ſervis eſſe oppreſſam atque [f] occupatam videretis? Cujus igitur mortem ulciſceremini, ſiquidem liberi eſſe & habere rempublicam cogitaretis: de ejus virtute viri quid vos loqui, quid ſentire, quid cogitare, quid judicare oporteat, dubitandum putatis? 81

82 At verò illi ipſi parricidæ, quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturnâ, adeò vim facinoris ſui perhorruerant, ut, ſi paullò longior opinio mortis Sextii fuiſſet, Gracchum illum ſuum, transferendi in [g] nos criminis cauſâ, occidere cogitarint. [77] Senſit ruſticulus non incautus, (neque enim homines nequam tacere potuerunt) ſuum ſanguinem quæri ad reſtinguendam invidiam facinoris Clodiani: [h] mulionicam penulam arripuit, cum qua primùm Romam ad comitia venerat: meſſoria ſe corbe contexit. Cùm quærerent alii [78] Numerium, alii Quintium, gemini

[d] *ita MSS. alii* reſipuiſſet.

[e] Clodiana *MS. & ed. pr.*

P. XXI.

[f] occultam *MS.* conculcatam *Gul.*

[g] vos *MS.*

[h] *ita Priſc.* mulioniam *MSS.*

Vives diutius & expeditius morieris, qui ferrum non ſubducta cervice, nec manibus oppoſitis, ſed animoſè recipis. Ambroſius lib. I. de Virginibus: *Fuitne in illo corpuſculo vulneri locus? Et quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceret.* Prudentius:

. . . *ferrum in papillas omne recepero.*

Plutarchus in Galba: Τῶν χιλιάρχων τις τῶν ἐν τῇ σκηνῇ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐκέλευε τὸν Οὐεργίνιον δέχεσθαι τὴν ἡγεμονίαν ἢ τὸ σίδηρον. *Unus è Tribunis qui in prætorio erant, ſtricto gladio juſſit imperium aut ferrum recipere.* Abram.

77. *Senſit ruſticulus.*] Numerius, qui rure inter muliones educatus fuerat. Adverte leporem orationis. Ruſticulum vocat, non ruſticum; deinde laudat ejus aſtutiam, quod inſidias vitæ ſuæ factas præſenſerit; & mox, ut ruſticam & minime callidam Numerii calliditatem agnoſcas, addit: *Neque enim homines nequam tacere potuerunt.* Quaſi dicat, Tam fuit cautus Numerius, ut id ſuſpicatus fuerit, quod à ceteris dici audiebat. *Idem.*

78. *Numerium.*] Editio princeps *Numejum.* Pall. plerique *Numerum.* nonus *Numenium:* quomodo & Erfurd. Gembl. quod forſan

ni nominis errore ſervatus eſt. Atque hoc ſcitis omnes, uſque adeò hominem in periculo fuiſſe, quoad ſcitum ſit Sextium vivere. quod niſi eſſet patefactum paullo citiùs quàm vellem, non illi quidem morte mercenarii ſui transferre potuiſſent invidiam in quos putabant, ſed acerbiſſimi ſceleris infamiam grato quodam ſcelere minuiſſent.

83 Ac, ſi tunc P. Sextius, judices, in templo Caſtoris animam, quam vix retinuit, edidiſſet: non dubito, quin, ſi modò eſſet in republica ſenatus, ſi majeſtas populi Romani revixiſſet, aliquando ſtatua huic ob rempublicam interfecto in foro ſtatueretur. Nec verò illorum quiſquam, quos à majoribus noſtris, morte obita, poſitos in illo loco atque 79 in Roſtris collocatos videtis, eſſet P. Sextio aut acerbitate mortis, aut animo in rempublicam præponendus: qui cùm cauſam civis calamitoſi, cauſam amici, cauſam i bene de republica meriti, cauſam k ſenatûs, cauſam Italiæ, cauſam reipublicæ ſuſcepiſſet; cúmque auſpiciis religionique parens 80 obnuntiaret, quod ſenſerat, 81 luce palàm à nefariis peſtibus in deorum hominumque con-

P. B. i bene de *deeſt in MS. & ed. pr.* k ſenatoris *MSS.*

ſan verius eſſet tam heic quàm infra cap. 43. ubi & iidem libri & Pal. nonus *Numenium* præferunt. *Grut.*

79. *In Roſtris collocatos.*] Apparet, plures ſtatuas eorum, qui pro republica mortem obierant, in Roſtris fuiſſe: tamen in IX. Philippica unam Cn. Octavii nominat. nam de quatuor legatis à Larte Tolumnio, Vejentum rege interfectis, cum ait, *Quorum ſtatuæ in Roſtris ſteterunt uſque ad noſtram memoriam:* Non tum eſſe in Roſtris eorum ſtatuas, ſed aliquot ante annis ſublatas eſſe, videtur indicare. nec dubito, quin tempus ſupra conſulatum Marcellini & Philippi, quo anno Sextius eſt accuſatus, illa verba ſignificent, *Steterunt uſque ad noſtram memoriam.* quid igitur exiſtimabimus, unam ne an plures in Roſtris ſtatuas fuiſſe? plures omnino: quando hic de pluribus Cicero meminit. & quamquam in Philippica unam memorat, quæ tum fuerit: tamen unico exemplo eum fuiſſe contentum, cum pluribus uti poſſet, credendum eſt. *P. Manut.*

80. *Obnuntiaret quod ſenſerat.*] *Renuntiaret quod ſervarat* Pantagathus. *Urſin.*

81. *Luce palam.*] IX. Æneidos:

Luce palam certum eſt igni circumdare muros.

Ovidius de Nuce:

Quid tamen hoc prodeſt, media ſi luce palamque
Verberor?

Porro ut ait Ulpianus l. 33. de Verb. Signif. *Palam eſt coram pluribus.* Quid ſit autem *coram* explicat Florentinus eodem titulo l. 209. *Coram Titio aliquid facere juſſus, non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaque ſi furioſus aut infans ſit, aut dormiat,* non

conſpectu eſſet occiſus, ſanctiſſimo in templo, ſanctiſſima in cauſa, ſanctiſſimo in magiſtratu. Ejus igitur vitam quiſquam ſpoliandam ornamentis eſſe dicet, cujus mortem ornandam monumento ſempiterno putaretis? Homines, inquit, emiſti, coëgiſti, paraſti.

84 XXXIX. QUID uti faceret? ſenatum obſideret? cives [l] indemnatos expelleret? bona [m] diriperet? ædes incenderet? tecta diſturbaret? templa deorum immortalium inflammaret? tribunos plebis ferro è Roſtris expelleret? provincias, quas vellet, quibus vellet, venderet? reges appellaret? rerum capitalium condemnatos in liberas civitates per legatos noſtros reduceret? principem civitatis ferro obſeſſum teneret? hæc ut efficere poſſet, quæ fieri, niſi armis oppreſſâ republicâ, nullo modo poterant, idcircò,. [82] credo, manum ſibi P. Sextius & copias comparavit. At nondum erat maturum: nondum res ipſa ad ejuſmodi præſidia viros bonos compellebat: pulſi nos eramus, non omnino iſtâ manu ſolâ, ſed tamen non ſine iſta: vos taciti [n] mærebamini.

[l] in domos MS.
[m] diſſiparet MS.
[n] alii mirabamini. MSS. mærebatis. & ita Grav.

85 Captum erat forum anno ſuperiore, æde Caſtoris, tamquam arce aliquâ, à fugitivis occupatâ: ſilebatur: omnia, hominum, cùm egeſtate, tum audaciâ perditorum, clamore, concurſu, vi, manu gerebantur: perferebatis. magiſtratus templis pellebantur; alii omnino aditu ac foro prohibebantur: nemo reſiſtebat. gladiatores ex prætoris comitatu comprehenſi, in ſenatum introducti, confeſſi, in vincula conjecti à Milone, [o] emiſſi à Serrano. mentio nulla. [p] forum corporibus civium Romanorum conſtratum [83] cæde nocturnâ. non modò nulla

[o] ita MSS. alii miſſi.
[p] at cum for. edd.

[84] nova vett.

... videtur coram eo feciſſe. Adſtipulatur Ulpianus D. De receptis qui arbit. l. Diem. §. 5. *Abram.*

82. *Credo.*] Ironicè. Pro Milone, *Senatus, credo, Pratorem eum circumſcripſiſſet.* & alibi paſſim. VII. Æneidos:

. . . at, credo, mea numina tandem
Feſſa jacent, odiis aut exſaturata quievi.

Demoſthenes, *οἶμαι.* Ovidius, *puto*, frequentius uſurpat. ut V. de Triſtibus.

At, puto, ſi demens ſtudium fatale retentem,
Hic mihi præbebit carminis arma locus.

Exempla plura congeſſit Paulus Leopardus Emendationum lib. III. cap. 6. *Idem.*

83. *Cæde nocturna.*] Aliquanto enim ante lucem cædes illa facta eſt, cum Q. Cicero ſervatus eſt. *P. Manut.*

84. Nova

[84] nova quæſtio, ſed etiam vetera judſcia ſublata. tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis jacentem moribundumque vidiſtis: alterius tribuni plebis, divini hominis (dicam enim quod ſentio, & quod mecum ſentiunt omnes) q divini, inſigni quâdam, inauditâ, novâ magnitudine animi, gravitate, fide præditi, domus eſt r oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano.

q boni *MS.*
r expugnata *id. MS.*

86 XL. Et tu hoc laudas Milonem, & jure laudas. quem enim umquam virum tam immortali virtute s vidimus? qui, nullo præmio propoſito, præter hoc, quod jam contritum & contemptum putatur, judicium bonorum, omnia pericula, ſummos labores, graviſſimas contentiones inimicitiasque ſuſcepit? qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuiſſe, non verbis, quid oporteret à t præſtantiſſimis viris in republica fieri, & quid neceſſe eſſet: v oportere hominum audacium, everſorum reipublicæ x ſceleri, legibus & judiciis reſiſtere. ſi leges non valerent, judicia non eſſent, ſi reſpublica vi conſenſuque audacium, armis oppreſſa teneretur: præſidio & copiis defendi vitam & libertatem neceſſe eſſe. Hoc ſentire, prudentiæ eſt: facere, fortitudinis: y & ſentire verò & facere, perfectæ cumulatæque virtutis.

s præditum vidimus *alii.*
P. XXII.
t præſtantibus *MS.*
v. oport. *deeſt in MSS. & ed. pr.*
x ſceleribus *Græv.*
y *alii delent* &.

87 Adiit ad rempublicam tribunus plebis, Milo: de cujus laude plura dicam, non quò aut ipſe hæc dici, quàm exiſtimari malit, aut ego hunc laudis fructum præſenti libenter impertiam, præſertim cùm verbis conſequi non poſſim: ſed quòd exiſtimo, ſi Milonis cauſam accuſatoris voce collaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sextii cauſam exiſtimaturos. Adiit igitur T. Annius ad cauſam reipublicæ, [85] ſic ut civem patriæ recuperare vellet ereptum.

84. *Nova quæſtio.*] Propter caſum aliquem inſignem, qualis tum fuit, tanta in foro pugna facta, ſolebat ferri ad populum, ut certus ejus criminis Quæſitor extra ordinem crearetur: quemadmodum in cauſa Miloniana factum eſt. Vide extraordinaria judicia in Comment. verb. jur. *Hotom.*

85. *Sicut qui civem patriæ recuperare vellet ereptum.*] Antiquam ſcripturam adjuvi. nihil præterea. Talis autem eſt, *ſicut ei civem patria recuperare velle te re. p. tum.* quas literas & ſyllabas, ſi aptè conglutinabis & connectes, *ſicut qui civem patriæ recuperare vellet ereptum*, conficies. Licet & eo modo legere quomodo olim edidi, *ſicut oportebat, qui civem patriæ recuperare vellet ereptum.* Sed nunc hanc malo, quam ſecutus ſum, quod minus longè ab antiqua ſcriptura remota eſt. Quidam tamen ſic reponendum cenſent, *ſicut ſi patriam recuperare vellet. reip. tum*, &c. à quibus diſſentio.

ſimplex cauſa, conſtans ratio, plena conſenſionis
m, plena concordiæ. collegas adjutores habebat:
is alterius ſummum ſtudium, alterius animus pænè
is. de prætoribus unus alienus: ſenatûs incredibilis
as: equitum Romanorum animi ad cauſam excita-
ꝏcta Italia. duo ſoli erant empti ad impediendum:
homines deſpecti & contempti, tantam rem ſuſti-
on potuiſſent, ſe cauſam, quam ſuſceperat, nul-
re peracturum videbat. agebat auctoritate, agebat
, agebat per ſummum ordinem, agebat exemplo
rum & fortium civium: quid republica, quid ſe
n eſſet, [z] quis ipſe eſſet, quid ſperare, quid majo-
is reddere deberet, diligentiſſimè cogitarat.

z quid ipſe poſſet *alii.*

[. HUIC gravitati hominis videbat ille gladiator 88
moribus ageret, parem eſſe non poſſe: ad ferrum,
s, ad quotidianam cædem, incendia, rapinas, ſe
xercitu ſuo contulit: domum oppugnare, itineri-
currere, vi laceſſere & terrere cœpit. Non movit
em ſumma gravitate ſummâque conſtantiâ: ſed
uam dolor animi, innata libertas, prompta excel-
e virtus, fortiſſimum virum hortabantur, vi vim
obla-

vulgata autem lectio, *ſicut civem patria recuperare vellet*
:. plane mendoſa & intolerabilis eſt. *Lambin. Sicut ut ci-
ria recuperare vellet ereptum.*] Ita olim hunc locum emen-
antagathus: quid enim aliud diceret, cum poſtremum
in vulgatis corruptum eſſet, & pro eo legeretur *Reip.*
d in vetuſtiſſimo libro aliter hunc locum ſcriptum repe-
ruditiſſimi viri emendatione cognovi quam ad oram li-
avit: *Adiit igitur* &c. *ſicut civem par erat qui Remp. recu-
ellet.* Urſin. *Recuperare vellet ereptum. ſimplex.*] Eſt à con-
Lambini, proxime tamen veſtigia S. Victoris, in quo,
re. p. tum ſimplex. ut vulgata, *vellet reipub. tum ſimplex.* P.
us divinabat, *recuperare vellet, reipub. civem. ſimplex* &c.
Locus corruptus eſt. Verbis his, ut à Lambino ſunt emen-
ihil eſſe poteſt ad videndam Oratoris mentem liquidius.
etiam Robortellus lib. II. Emendationum paucioribus mu-
*Adiit igitur Tit. Annius ad cauſſam Reipublica ſic, ut civem
ecuperare vellet. Reipublica tum ſimplex cauſſa, conſtans ratio,*
ram.
bonorum & fortium civium.] Qui contra perditos cives rem-
m fortiter defenderunt. ut Ahala, Naſica, Opimius, Ma-
o Milone. Et *bonos* ac *fortes* dixit; quia neque boni, ſi
ſint, neque ſtrenui, ſi non boni, reipublicæ rationibus
unt. ideo ſupra, *& ſentire, & facere perfecta cumulataque
eſſe dixit.* P. Manut.

oblatam, præſertim ſæpius, ut frangeret & refutaret: tanta moderatio fuit hominis, tantum conſilium, ut contineret dolorem, neque eadem ſe re ulciſceretur, quâ eſſet laceſſitus: ſed illum tot jam funeribus reipublicæ exſultantem ac tripudiantem, legum, ſi poſſet, laqueis conſtringeret.

89 Deſcendit ad accuſandum. [87] quis umquam tam [a] propriæ reipublicæ cauſâ, nullis inimicitiis, nullis præmiis, nulla hominum poſtulatione aut etiam opinione, id umquam eſſe facturum? fracti erant animi homines. hoc enim accuſante priſtini illius ſui judicii turpitudinem deſperabat. Ecce tibi conſul, prætor, tribunus plebis, nova novi generis edicta proponunt: Ne reus adſit, ne citetur, ne quæratur, ne mentionem omnino cuiquam judicum aut judiciorum facere liceat. Quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus, vi ſceleratorum hominum corroborata, legibus judiciisque ſublatis? cervices tribunus plebis privato, præſtantiſſimus vir profligatiſſimo homini daret? an cauſam ſuſceptam affligeret? an ſe domi contineret? [88] Et vinci turpe putavit & deterreri. etiam

[a] proprie? *alii.*

87. *Quis unquam tam propriæ reip. cauſâ?*] Sic edidit Gruterus. Sed Victor. Lambin. Manutius: *Quis unquam tam proprie? reip. cauſſâ nullis inimicitiis* &c. *id unquam eſſe facturum.* Sed tota περι-κοπὴ eſt ulcus merum. Quid eſt *deſcendere ad accuſandum proprie?* aut *propriæ reip. cauſâ?* Sed hæc licet Latinæ linguæ ratio & genius ferret, ut dicatur *deſcendere ad accuſandum proprie*, aut *propria reip. cauſſâ*, quod tamen illa negat ſui eſſe juris & moris, ſententia tamen ipſa hæc verba refutaret? Quoties enim Cicero in Verrinis, in Vatinium & aliis profitetur ſe Reip. cauſſa ſuſcepiſſe accuſationes? Unde pendet *id unquam eſſe facturum?* Num ut, quod in admirantium verbis ſolet fieri non infrequenter, ſicut oſtendimus in epiſtolis ad Atticum, aut ſubauditur *admirandum eſt*, aut *quis non miretur*, aut hujuſmodi aliud quid. Reſpuit hanc ellipſin & conſuetudinem admirationum locus iſte. Sine libris melioribus hæc ſanari non poſſunt. Cogitabam Ciceronem forte ſcripſiſſe: *Quis unquam tam promte reip. cauſâ, nullis inimicitiis, nullis præmiis, nulla hominum poſtulatione aut etiam opinione, id unquam eſſet facturus?* aut, ut Lambinus conjecit, *id unquam eum eſſe facturum?* ſcilicet *putaſſet.* quamvis & ellipſis hæc ſit inſolens, & τὸ *unquam* bis repetitum feriat aures. *Grav.*

88. *Et vinci turpe putavit, & deterreri etiam eripi rejecit. Ut quoniam.*] Locum turpi mendo depravatum alii aliter emendare conati ſunt. Ant. Auguſtinus *& deterreri ut turpe rejecit*, reſtituit. ſed frigida *turpe* repetitio: & *rejecit*, non ſatis aptum verbum videtur. quid ſi ita legatur? *Et vinci turpe putavit & deterreri, etiam eripi reum: fecit ut* &c. nam Conſul, Prætor & Trib. pl. Clodium

etiam [b] è republica credidit, ut, quoniam ſibi in illum legibus uti non liceret, illius vim neque in ſuo, neque in reipublicæ periculo pertimeſceret.

b *ita Lamb. alii* eripi rejecit.

XLII. Quomodo igitur hoc in genere præſidii 90 comparati accuſas Sextium, cùm idem laudes Milonem? [89] an, qui ſua tecta defendit: qui ab aris, [c] focis, ferrum flammamque depellit: qui ſibi licere vult tutò eſſe in foro, in templo, in curia: qui [d] vitæ præſidium comparat: qui vulneribus, quæ cernit quotidie toto corpore, [e] movetur, ut aliquo præſidio caput, & cervices, & jugulum ac latera tutetur, hunc de vi accuſandum putas?

c focisque *MS.*
d jure *MS.*
e monetur *MS.*

Quis enim veſtrûm, judices, ignorat, ita naturam re- 91 rum tuliſſe, ut quodam tempore homines, nondum neque naturali neque civili jure deſcripto, fuſi per agros ac diſperſi vagarentur, tantumque haberent, quantum manu ac viribus per cædem ac vulnera aut eripere, aut retinere potuiſſent? Qui igitur primi virtute & conſilio præſtanti exſtiterunt, ii perſpecto genere humanæ docilitatis atque ingenii, [f] diſſipatos, unum in locum congregarunt, eosque [90] ex feritate illa ad juſtitiam atque manſue-

P. B.
f diſparatos *MS.* diſputatos *alius MS.*

dium eripiebant. & infra dixit, *fecit ut* &c. hæc autem conjectura ab antiquo libro aliqua in parte confirmatur, in aliqua improbatur, in quo, ut ex doctiſſimi viri collatione cognovi, ita ſcriptus hic locus reperitur: *Et vinci turpe putavit & deterreri etiam turpe: rejecit quod erat ſecutus conſilium: fecit quod erat ſecundum, ut quoniam* &c. Urſin.

89. *An qui ſua tecta defendit.*] Suſpicor aliquid in hoc verborum ambitu deſiderari. nam cum illa concluſio, *hunc de vi accuſandum putas*, ad Sextium manifeſte pertineat: tamen hæc prima, *qui ſua tecta defendit, qui ab aris, focis ferrum flammamque depellit*, ad Milonem ſine dubio referuntur. quare totum hoc, ut ego ſentio, apte quadraret hoc modo: *An, qui ſua tecta defendit, qui ab aris, focis ferrum flammamque depellit, eum laudas: qui autem ſibi licere vult tutò eſſe in foro, in templo, in curia, qui vitæ præſidium comparat, qui vulneribus, quæ cernit quotidie toto corpore, movetur, ut aliquo præſidio caput, & cervices, & jugulum ac latera tutetur, hunc de vi accuſandum putas?* ſi ſic legeretur, perfecta, ut opinor, ſententia eſſet. ſic autem legendum, cùm ea, quæ à me dicta ratio eſt, declarat, tum ea verba, quæ ſupra proxime ſcripta ſunt: *Quomodo igitur in hoc genere præſidii comparati accuſas Sextium, cum idem laudes Milonem?* P. Manut.

90. *Ex feritate.*] Sic primos homines *vitam tractaſſe more ferarum* dicit Lucretius, & eos *tigres* & *leones* Horatius appellat. Quia ſine legibus & mutua ſocietate nihil à feris differimus. *Quandoquidem ſublatis legibus* (inquit Dinarchus) *non ſolum periret Reſpublica, ſed vita noſtra nihil à ferarum immanitate differret* Plato IX. de Legibus.

ſuetudinem [g] transduxerunt. [91] Tum res ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quæ poſtea civitates nominatæ ſunt, tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino & humano jure mœnibus ſepſerunt.

[g] transtulerunt *MS.*

92 Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate & illam immanem nihil tam intereſt, quàm jus atque vis. [92] horum utro uti nolimus, altero eſt utendum. Vim volumus exſtingui? jus valeat neceſſe eſt, id eſt, judicia, quibus omne jus continetur. Judicia diſplicent, aut nulla ſunt? vis dominetur neceſſe eſt. Hæc vident omnes. Milo & vidit, & fecit, ut jus experiretur, vim depelleret. altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret: altero uſus neceſſariò eſt, ne virtus ab audacia vinceretur. [93] Eademque ratio fuit P. Sextii, ſi minùs in accuſando (neque enim per omnes fuit idem neceſſe fieri) at certè in neceſſitate defendendæ ſalutis ſuæ præſidioque, contra vim & manum [h] comparando.

[h] parato *MSS.* parando *alii.*

93 XLIII. [94] O DII immortales! quemnam oſtenditis exitum nobis? quam ſpem reipublicæ datis? quotus quisque invenietur tanta virtute vir, qui optimam quamque cauſam reipublicæ amplectatur? qui bonis viris deſerviat? qui ſolidam laudem veramque quærat? cùm ſciat, duo illa reipublicæ pænè fata, Gabinium & Piſonem, alterum hau-

bus. Νόμους ἀνθρώποις ἀναγκαῖον τιθέσθαι, καὶ ζῆν κατὰ νόμους, ἢ μηδὲν διαφέρειν τῶν πάντῃ ἀγριωτάτων θηρίων. *Neceſſe eſt ut leges nobis ponantur, & ex earum præſcripto vivamus, aut nihil ab immaniſſimis belluis differamus.* Abram.

91. *Tum res ad communem utilitatem, quas &c.*] Secuti ſumus veterrimas editiones, item Pal. octavum, nonum & S. Victoris ejecto *continenteis*, & adſcito *ad.* certè nullus Pall. agnoſcit grandem illam vocem, quamvis deſtituantur etiam præpoſitiunculâ. ſolùm tertius præfert: *Tum res propter communem utilitatem &c.* Gruter.

92. *Horum utro uti nolumus, altero eſt carendum.*] Veneta mihi non minus placet lectio, *Horum utro uti nolumus, altero eſt utendum.* Camer.

93. *Eademque ratio P. Sextii fuit.*] *Eadem quoque ratio* Pantagathus, & recte. *Urſin.*

94. *O Dii immortales!*] Franc. codex, Dreſd. & ed. prima inſerunt poſt *comparando* ſequentia: *Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus. Agebat auctoritate, agebat conſilio, agebat per ſummum ordinem, agebat exemplo bonorum ac fortium civium. Quid rep. quid ſe dignum eſſet, quid etiam ipſe eſſet, quid ſperare, quid majoribus ſuis reddere deberet, diligentiſſime cogitabat. O Dii immortales.*

95. *Homo*

haurire quotidie ex pacatiſſimis atque opulentiſſimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri? bellum inferre quieſcentibus, ut eorum veteres illibataſque divitias in profundiſſimum libidinum ſuarum gurgitem profundat? villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium ut jam videatur eſſe illa villa, quam ipſe tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat, quo fortiſſimum ac ſummum civem in invidiam [95] homo caſtus ac non cupidus vocaret?

Alterum Thracibus ac Dardanis primum pacem maximâ pecuniâ vendidiſſe? deinde, ut illi pecuniam conficere poſſent, vexandam his Macedoniam & ſpoliandam tradidiſſe? eundemque bona creditorum, [96] civium Romanorum, cum debitoribus Græcis diviſiſſe? cogere pecunias maximas à Dyrrhachinis, ſpoliare Theſſalos, certam Achæis in annos ſingulos pecuniam imperaviſſe: neque tamen ullo in publico aut religioſo loco, ſignum, aut tabulam, aut ornamentum reliquiſſe? Hos ſic illudere, quibus omne ſupplicium atque omnis jure optimo pœna debetur? reos eſſe hos duos, quos videtis? omitto jam Numerium, Serranum, Ælium, quiſquilias ſeditio- 94

95. *Homo caſtus.*] A furtis & rapinis abſtinens. Varro Andabatis apud Marcellum: *Nec manus viſco tenaci tinxerat viri caſtas.* Crediderim eſſe verſum trochaicum, ac proinde legendum *caſtas viri.* Eodem, opinor, aut pene eodem ſenſu initio Manilianæ. *Meus labor in privatorum periculis caſtè integréque verſatus.* alibi perjuro caſtus opponitur, alibi polluto & contaminato, ut pro C. Rabirio perduell. reo. *An ego qui funeſtari concionem contagione carnificis veto? qui expiandum forum ab illis nefarii ſceleris veſtigiis eſſe dico? qui caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum jus libertatis defendo, ſervari oportere.* Sic Pompejum epiſtolis ad Atticum virum *caſtum & gravem* appellat, non tam quod ſe abs rebus venereis & libidine, quam quod à rapinis abſtineret. & pro Flacco: *In foro expenſum eſt auri pondo centum paulo minus per Sext. Caſium equitem Romanum, caſtiſſimum hominem atque integerrimum.* Philippica decima tertia: *Res familiaris cum ampla, tum caſta à cruore civili.* Verrina de Legat. quæſt. & prætura urbana: *Venit ad Chelidonem C. Muſtius, eques Romanus, publicanus, homo cum primis honeſtus. Venit M. Junius, patruus pueri frugaliſſimus homo & caſtiſſimus.* Abram.

96. *Civium Rom.*] Cum enim Græci Romanis civibus magnas pecunias deberent, Piſoni lege Clodia permiſſum eſt, ut jus in liberos populos de creditis pecuniis diceret. deinde aut jus non dixit, ut bonis cives Rom. everteret. de Provinciis Conſul. pro Domo ſua & in Piſonem. *P. Manut.*

ditionis Clodianæ: ſed tamen hi quoque etiam nunc volitant, ut videtis: nec, dum vos de vobis aliquid timebitis, illi umquam de ſe pertimeſcent.

95 XLIV. Nam quid ego de ædile ipſo loquar, qui etiam diem dixit & accuſavit de vi Milonem? neque hic tamen ullâ umquam injuriâ adducetur, ut eum tali virtute tantaque firmitate animi ſe in rempublicam fuiſſe pœniteat: ſed, qui hæc vident, adoleſcentes, quonam ſuas mentes conferent? ille, qui monumenta publica, qui
III. ædes ſacras, qui domos inimicorum ſuorum oppugnavit, excidit, incendit, qui ſtipatus ſemper ſicariis, ſeptus ar-
icibus matis, [97] munitus [i] indicibus fuit, quorum hodie copia
nuni- redundat, qui & peregrinam manum facinoroſorum con-
is a- ts. citavit, & ſervos ad cædem idoneos emit, & in tribunatu
bus carcerem totum in forum effudit, volitat [k] ædilis: accuſat eum, qui aliqua ex parte ejus furorem exſultantem repreſſit. hic, qui ſe eſt tutatus ſic, ut in privata re deos penates ſuos, in republica jura tribunatûs auſpiciaque defenderet: accuſare eum moderatè, à quo ipſe nefariè accuſatur, per ſenatûs auctoritatem non eſt ſitus.

Nimirum hoc illud eſt, quod de me potiſſimum tu in accuſatione quæſiſti, quæ eſſet [98] noſtra natio optimatium.

97. *Munitus.*] *Audacibus* edendum curavi, libris vulg. reclamantibus, veteribus adjuvantibus, ratione ipſa flagitante. nam ſi quis dicat, per *indices* ſignificari homines, quorum operâ conductâ & indicio falſo innocentes accuſare conſueverat, inæqualis erit oratio ad extremum & decreſcet. nam cum ſupra poſuerit, ſicarios & armatos, qui ad vim faciendam adhiberi ſolent, ſubjungentur indices, qui ad accuſandum uſui ſunt. At nonne atrocius eſt vim facere & ſicas vibrare, quam accuſare quantumvis falſis criminibus! *Lamb.*

98. *Noſtra natio optimatium.*] Notat P. Victorius vir eruditus lib. IX. Var. Lect. cap. 22. nomen *nationis* idem eſſe Ciceroni, quod Græcis τὸ γένος, ut cum dicit, *nationem candidatorum*, *nationem publicanorum*, *nationem optimatium*. *Sed quia* (inquit Bernardus Martinus, doctiſſimus Juriſconſultus in Curia Divionenſi, lib. I. Var. Lect. cap. 13.) *Quod maxime notatu dignum fuerat prætermiſit, nos ei haud illubenter ſubſidiariam opem & operam præſtabimus.* Subdit *nationem* apud bonos auctores nonnunquam malè audire, & pro peſſimo hominum genere accipi. ut lib. II. de Natura Deo- … Epicureos alloquens Orator, *Ita ſalem iſtum, quo caret veſtra* … *irridendis nobis nolitote conſumere.* Pro Fontejo & hac ipſa … Eò ſpectat & locus quidem C. Gracchi in oratione, … iens è Sardinia habuit ad populum: *Si ulla meretrix do-* … *introivit, aut cujuſquam ſervulus propter me ſollicitatus eſt,* *omnium*

tium. ſic enim dixiſti. Rem quæris præclaram juventuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. de qua pauca, judices, dicam: &, ut arbitror, nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab officio noſtro, nec ab ipſa cauſa P. Sextii abhorrebit oratio mea.

XLV. Duo genera ſemper in hac civitate fuerunt eorum, qui verſari in republica, atque in ea ſe excellentiùs gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini [l] jucunda eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarent, optimates habebantur. [99] Quis ergo iſte optimus quiſque? [m] de numero ſi quæris, innumerabiles. neque enim aliter ſtare poſſemus. ſunt principes conſilii publici: ſunt, qui eorum ſectam ſequuntur: ſunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia: ſunt municipales [100] ruſticique Romani: ſunt [n] negotia gerentes: ſunt etiam libertini optimates. numerus, ut dixi, hujus generis latè & variè diffuſus eſt: ſed genus univerſum (ut tollatur error) brevi circumſcribi & definiri poteſt. Omnes optimates ſunt, qui neque nocentes ſunt, nec naturâ improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. [1] Eſto igitur, ut hi ſint, (quam tu nationem appellaſti) [o] quiqui integri ſunt, & ſani, & bene de rebus domeſticis conſtituti. horum qui voluntati, commodis, opinioni in gubernanda republica ſerviunt, defenſores opti-

l jocenda *MS. & ita ſemper.*

97

m de *non eſt in MSS.*

n negotii *MSS. & Lamb.*

P. B.

o *undecim ſeqq. voces deſunt in MSS. & edd.*

omnium nationum poſtremiſſimum nequiſſimumque exiſtimatote. Hæc verba referuntur lib. XV. cap. 12. Noct. Attic. Ita & apud Plautum intelligenda eſt *Epidaminea natio.* Eodem modo & in malam etiam partem à Græcis ſumuntur γένος καὶ ἔθνος. Vide de his exempla apud Martinium. *Abram.*

99. *Quis ergo iſte optimus quiſque? de numero &c.*] Reſtitui lectionem antiquatam, cui accedit Pal. nonus & S. Victoris. poſtea excuſi: *Quis ergo optimus iſte? quis? de numero.* at Lambinus finxit: *Quid ergo iſti optimates? qui?* inſubidè. reſpicit enim ad proximè præcedens, *ut ſua conſilia optimo cuique probarentur*; rogatque, eo quis ſit ille *optimus quiſque.* Grut.

100. *Ruſticique Romani.*] Erat honeſtum nomen plebei ordinis. Cic. de Senectute: *Poſſum nominare ex agro Sabino ruſticos Romanos, vicinos & familiares meos.* Hinc conquerebatur Varro patresfamilias falce & aratro relictis intra murum irrepſiſſe. Gronov. de Pecunia Vetere lib. IV. cap. 9. ubi vide plura. *Grav.*

1. *Eſto igitur, ut hi ſint optimates.*] Ita eſt in meo libro, cum in vulgatis deſit vox *optimates.* Urſin.

optimatium, ipſique optimates graviſſimi & clariſſimi cives [p] numerantur & principes civitatis. *p alii nominantur.*

98 Quid eſt igitur propoſitum his reipublicæ gubernatoribus, quod intueri, & quò curſum ſuum dirigere debeant? id quod eſt præſtantiſſimum maximéque optabile omnibus ſanis, & bonis, & beatis, cum dignitate otium. Hoc qui volunt, omnes optimates: qui efficiunt, ſummi viri & conſervatores civitatis putantur. neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita convenit, ut otio non proſpiciant: neque ullum amplexari otium, quod abhorreat à dignitate.

XLVI. Hujus autem otioſæ dignitatis hæc fundamenta ſunt, hæc membra, quæ tuenda principibus, & vel capitis periculo defendenda ſunt: religiones, auſpicia, poteſtates magiſtratuum, ſenatûs auctoritas, leges, mos majorum, judicia, juriſdictio, fides, provinciæ, ſocii,
99 imperii laus, [2] res militaris, ærarium. Harum rerum tot atque tantarum eſſe defenſorem & patronum, magni animi eſt, magni ingenii magnæque conſtantiæ. Etenim in tanto civium numero magna multitudo eſt eorum, qui aut propter metum pœnæ, peccatorum ſuorum conſcii, novos motus converſioneſque reipublicæ quærant, aut qui, propter inſitum quendam animi furorem, diſcordiis civium ac ſeditione [3] paſcantur: aut qui, propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint quàm ſuo deflagrare. qui cùm auctores ſunt & duces ſuorum ſtudiorum vitiorumque nacti, in republica fluctus excitantur:

2. *Res militaris.*] Quantæ curæ fuerit apud Romanos res militaris, vel ex eo liquet, quod, ut ait Naſo III. Faſt.

Qui bene pugnabat, Romanam noverat artem,
Mittere qui poterat pila, diſertus erat.

Et quod ab ipſo Marte ſe prognatos eſſe credi volebant. Vide Valtrini noſtri cap. 1. lib. I. de Re Militari Rom. Et præclare Joſephus lib. III. de Excidio: *Si quis autem in aliam quoque militiæ eorum rationem animum intenderit, inveniet iis tantum imperium virtute acquiſitum eſſe, non à fortuna donatum. Non enim bellum ipſis eſt initium armorum, neque ſolum in neceſſitate manus movent, cum in pace fuerint otiati, ſed tanquam cum ipſis armis nati nullas ab exercitatione capiunt inducias.* Sed de his vide Vegetium præfatione, Polybium lib. VI. & alios. *Abram.*

3. *Paſcuntur.*] Salluſtius in Catilina: *Turba atque ſeditionibus aluntur.* Noſter ſupra: *Reip. ſanguine ſaginantur.* Pro Milone III. *Quos P. Clodii furor rapinis, & incendiis, & omnibus exitiis publicis pavit.* Idem.

4. *Pro-*

tantur: ut vigilandum ſit iis, qui ſibi gubernacula patriæ
depopoſcerunt: enitendumque omni ſcientia ac diligentia,
ut, conſervatis his, quæ ego paullo antè fundamenta ac
membra eſſe dixi, tenere curſum poſſint & capere otii
illum portum & dignitatis. Hanc ego viam, judices, 100
ſi aut aſperam, aut arduam, aut plenam eſſe periculorum,
aut inſidiarum negem, mentiar: præſertim cùm id non
modò intellexerim ſemper, ſed etiam præter ceteros ſen-
ſerim.

XLVII. Majoribus præſidiis & copiis oppugna-
tur reſpublica, quàm defenditur, propterea quòd auda-
ces homines & perditi nutu impelluntur: & ipſi etiam
ſponte ſua contra rempublicam incitantur: boni neſcio
quomodo tardiores ſunt, &, principiis rerum neglectis,
ad extremum ipſa denique neceſſitate excitantur: ita ut P. XXIV.
nonnumquam cunctatione ac tarditate, dum otium vo-
lunt etiam ſine dignitate retinere, ipſi utrumque amittant.
[4] Propugnatores autem reipublicæ qui eſſe voluerunt, ſi 101
leviores ſunt, deſciſcunt: ſi timidiores, deſunt: perma-
nent illi ſoli, atque omnia reipublicæ cauſâ perferunt, qui
ſunt tales, qualis pater tuus, M. Scaure, fuit, qui à Grac-
cho [5] uſque ad q Q. Varium ſeditioſis omnibus reſtitit: q *ita MSS.* C. Marium *alii.*
quem nulla umquam vis, nullæ minæ, nulla invidia la-
befecit: aut qualis Q. Metellus, patruus matris tuæ: qui,
cùm florentem hominem in populari ratione L. Saturni-
num cenſor notaſſet, cúmque [6] inſitivum Gracchum con-
tra

4. *Propugnatores.*] Nota ſingulorum verborum vim & proprie-
tates. *leviores deſciſcunt*, id eſt, mutata voluntate ab optimatibus:
transvolant ad populares: *timidiores deſunt*, id eſt, non adſunt.
Reip. ſive cum maxime opus eſt non audent tueri Remp. Per-
manent firmi, & conſtantes, & in eodem tutandæ Reip. propo-
ſito perſiſtunt. *Abram.* Cenſeo ſcripſiſſe Ciceronem *deſerunt.* Cic.
de Offic. 9. *Deſerunt etiam vitæ ſocietatem, quia nihil conferunt in
eam ſtudii, nihil operæ, nihil facultatum,* Id. poſt Redit. in Sena-
tum c. 3. *Ego meam ſalutem deſerui, ne propter me civium vulneribus
Resp. cruentetur.* Phædrus præfat. III. *Cur ſomno inerti deſeram pa-
triæ decus.* Grævius.

5. *Uſque ad C. Marium.*] Omnes libri manuſcr. habent, *uſque
ad Q. Varium.* quod probo. Nam hic Q. Varius Hiſpanus M.
Scaurum patrem accuſavit. *Lamb.*

6. *Inſitivum Gracchum.*] Apulejus Saturninus, ut auctor eſt Au-
relius Victor libello de Viris Illuſtribus: *Quemdam libertini ordinis
ſubornavit, qui ſe Tiberii Gracchi filium fingeret. Ad hoc teſtimonium
Sempronia ſoror Gracchorum producta, nec precibus, nec minis adduci*

 potuit,

tra vim multitudinis incitatæ cenſu prohibuiſſet, cúmque in eam legem, quam [7] non jure rogatam judicarat, jurare unus noluiſſet, de civitate maluit quàm de ſententia dimoveri: aut, ut vetera exempla, quorum eſt copia digna hujus imperii gloriâ, relinquam; neve eorum aliquem, qui vivunt, nominem: qualis nuper Q. Catulus fuit. quem neque periculi tempeſtas, neque honoris aura potuit umquam [8] de ſuo curſu, [r] aut ſpe, aut metu [ſ] demovere.

r vitæ *edd. vett.*
ſ dimov. *Grav.* removere *edd. vett.*

102 XLVIII. Hæc imitamini, per deos immortales! qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quæritis. hæc ampla ſunt, hæc divina, hæc immortalia: hæc famâ celebrantur, [t] monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur. Eſt labor, non nego: pericula magna, fateor. „ [9] *Multæ inſidiæ ſunt bonis:* veriſſimè dictum eſt. „ *Sed*,

t hæc mon. *MS.*

potuit, ut dedecus familiæ agnoſceret. de quo idem in rebus geſtis Metelli Numidici, *Cenſor Quintium, qui ſe Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in cenſum non recepit.* Plus tamen gratiam, quam cenſoriam notam in perturbata repub. valuiſſe, vel ex eo liquet quod idem Quintius ſexto Marii Conſulatu ad Tribunatum plebis evectus eſt. Appianus lib. I. de Bellis Civilibus. Qui hoc unum conſecutus eſt ut primo initi magiſtratus die concitatæ multitudinis impetu neci traderetur. ut idem tradit. *Abram.* C. Quinctium Gracchum, qui ſe Ti. Gracchi filium ſimulabat eſſe. quo mendacio plebem uſque eo decepit atque induxit, ut tribunus pl. deſignatus ſit: cum tamen è Firmo Piceno, obſcuriſſima ſtirpe, atque adeo ſervili ſanguine genitus eſſet. ſic enim Cicero in ea pro C. Rabirio ſignificat, cum ait: *Armatus eſſet cum Saturnino C. Glaucia, C. Sauſejus, etiam ille ex compedibus atque ergaſtulo Gracchus.* & Valerius Maximus monſtrum appellat libro IX. cap. ultimo. prænomen Caji tribuit illi Florus, nomen Quinctii auctor de Viris Illuſtribus. *P. Manut.*

7. *Non jure rogatam.*] Contra auſpicia. Jove videlicet tonante, quo tempore haberi comitia fas non erat. Vide Appian. lib. I. Civil. Bel. In eam legem unus ex univerſo Senatu jurare noluit, Mario Conſule jusjurandum approbationemque legis à ſingulis Senatoribus exigente. *Idem.*

8. *De ſuo curſu dimovere.*] Franc. edd. primæ Mediol. Aſcenſ. Hervag. *de ſuo curſu vitæ dimovere.* Si qui *vitæ* deleverunt, quod Victorium feciſſe primum puto, ſecuti ſunt teſtatæ fidei & antiquitatis codices, nihil obloquor: ſin, non delerem. *Grav.*

9. *Multæ Inſidiæ.*] Jovis filium, Æacum fortaſſe Accius poëta induxit ſuis liberis hæc præcipientem: quæ Cicero & hic, & in oratione pro Plancio ad ſuam ſententiam accommodat. Accii vero ut hæc eſſe exiſtimo, facit illud, quod ſequitur, *oderint, dum metuant:* quod Cicero ejuſdem poëtæ dicit eſſe. porro id ex Accii tragœdia. Atreo, ut opinor, ſumptum eſſe, oſtendit Annejus

„ *Sed, te id, quod multi invideant, multique expetant,*
„ *Inſcitia* v *ſit*, inquit, *poſtulare, ſi* x *tu laborem ſumma* v *eſt* MS. x *tui* MS.
cum cura efferas nullum. Idem alio loco dixit, quod exci- *tuum* Gul.
perent improbi cives, *Oderint, dum metuant.*

Præclara enim illa præcepta dederat juventuti: ſed tamen hæc via, hæc ratio reipublicæ capeſſendæ, olim erat magis pertimeſcenda, cùm multis in rebus multitudinis ſtudium y ad populi commodum ab utilitate reipublicæ diſcrepabat. [10] Tabellaria lex ab L. Caſſio ferebatur. Populus libertatem agi putabat ſuam. diſſentiebant principes, & in ſalute optimatium temeritatem multitudinis & tabellæ licentiam pertimeſcebant. Agrariam Ti. Gracchus legem ferebat. grata erat populo. fortunæ conſtitui tenuiorum videbantur: nitebantur contrà optimates, quòd eâ diſcordiam excitari videbant: &, cum locupletes poſſeſſionibus diuturnis moverentur, ſpoliari rempublicam propugnatoribus arbitrabantur. Frumentariam legem C. Gracchus ferebat. jucunda res plebi Romanæ. victus enim ſuppeditabatur largè ſine labore. repugnabant boni, quòd & ab induſtria plebem ad deſidiam avocari putabant, & ærarium exhauriri videbatur. 103 y *ac Lamb.*

XLIX. MULTA etiam, noſtrâ memoriâ, quæ conſultò prætereo, fuerunt in ea contentione, ut popularis cupiditas à conſilio principum diſſideret. Nunc jam nihil eſt, quòd populus à delictis principibusque diſſentiat: 104 nec flagitat rem ullam, neque novarum rerum eſt cupidus, & otio ſuo, & dignitate optimi cujuſque, & univerſæ reipublicæ gloriâ delectatur. Itaque homines ſeditioſi ac turbulenti, quia nulla jam largitione populum Romanum concitare poſſunt, quòd plebs perfuncta graviſſimis ſeditionibus ac diſcordiis, otium malle videatur, conductas habent conciones: neque id agunt, ut ea dicant,
aut

nejus Seneca libro de Clementia II. quod Officiorum libro I. plane cognoſcitur. uſurpantur & Philippica 1. *P. Manut.*

10. *Tabellaria.*] Luc. Caſſius legem tulit, ut cum de capite civis comitiis centuriatis ageretur, non voce, ſed tabella ferretur ſuffragium. Populus hanc legem ferri expetebat, ratus ſe liberius tabella quam voce laturum eſſe ſuffragium: & evitaturos eſſe ſingulos invidiam apud eos eorumque amicos & conſanguineos, quos ſinguli quique damnaſſent. Diſſentiebant principes civitatis, periculoſum eſſe rati optimatium ſalutem occulto plebis ſuffragio committere, quæ licentiam & impunitatem nacta facile damnaret innocentes. *Abram.*

11. *Niſi*

aut ferant, quæ illi velint audire, qui in concione ſunt: ſed pretio ac mercede perficiunt, ut, quidquid dicant, id illi velle audire videantur.

105 Num vos exiſtimatis, Gracchos, aut Saturninum, aut quemquam illorum veterum, qui populares habebantur, ullum umquam in concione habuiſſe conductum? nemo habuit. ipſa enim largitio & ſpes commodi propoſiti ſine mercede ulla multitudinem concitabat. Itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graves & honeſtos homines, ſed populi judiciis atque omni ſignificatione florebant. his in theatro plaudebatur: hi ſuffragiis, quod contenderant, conſequebantur. horum homines nomen, orationem, vultum, inceſſum amabant. Qui autem adverſabantur ei generi, graves & magni homines habebantur, ſed valebant in ſenatu multum, apud bonos viros plurimum: multitudini jucundi non erant: ſuffragiis offendebatur ſæpe eorum voluntas: plauſum verò etiam ſi quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccaſſet, pertimeſcebat. Attamen, ſi qua res erat major, idem ille populus horum auctoritate maximè commovebatur.

106 L. NUNC, [11] niſi me fallit, in eo ſtatu civitas eſt, ut, ſi operas conductorum [z] removeris, omnes idem de republica ſenſuri eſſe videantur. Etenim tribus locis ſignificari maximè populi Romani judicium ac voluntas poteſt, concione, comitiis, ludorum gladiatorumque [a] conſeſſu. Quæ concio fuit per hos annos, quæ quidem eſſet non conducta, ſed vera, in qua populi Romani conſenſus perſpici poſſet? Habitæ ſunt multæ de me à gladiatore ſceleratiſſimo, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer: nemo illum fœdum vultum aſpicere, nemo furialem vocem bonus audire poterat. Erant, erant illæ conciones perditorum hominum neceſſariò turbulentæ.

[z] removeritis *MS.*

[a] conſenſu *ed. pr.*

107 Habuit de eodem me P. Lentulus conſul concionem: concurſus eſt populi Romani factus: omnes ordines, tota in illa concione Italia conſtitit. egit cauſam ſumma cum gravitate copiaque dicendi, tanto ſilentio, tanta approbatione omnium, nihil ut umquam videretur tam populare ad populi Romani aures accidiſſe. [12] Productus eſt ab eo Cn.

11. *Niſi me fallit.*] Alibi ſic legiſſe non memini: ſemper ſic: *Niſi me animus fallit.* Hotom.

12. *Productus.*] Vat. *Auctoritatis exquirendæ cauſa ceteri Tribuni plebis*

'ompejus, qui ſe non ſolùm auctorem meæ ſalutis,
iam ſupplicem populo Romano exhibuit. hujus ora- P. B.
pergravis & grata concioni fuit. ſic contendo, num-
neque ſententiam ejus auctoritate, [13] neque elo-
iam, jucunditate fuiſſe majorem.
o ſilentio ſunt auditi de me ceteri principes civitatis? 108
idcircò non appello hoc loco, ne mea oratio, ſi mi-
e aliquo dixero, [b] ingrata; ſi ſatis de omnibus, inſi- b ingrata
ſſe videatur. Cedò nunc ejuſdem illius inimici mei ſit: ſi MS.
eodem ad verum populum [14] in campo Martio con-
m. [15] Quis non modò approbavit, ſed non indigniſ-
ı facinus putavit, illum non dicam loqui, ſed vive-
ſpirare? quis fuit, qui non ejus voce maculari rem-
am: ſeque, ſi eum audiret, ſcelere adſtringi arbi-
ır?

VENIO ad comitia, ſive magiſtratuum placet, ſive 109
.. [16] Leges videmus ſæpe ferri multas. omitto eas,
quæ

rincipes civitatis producere conſueverunt. Adverte, quicumque ratus eſſent agendi cum populo jus habuiſſe. Dionyſius Brutum ita loquentem inducit: *Tribunus Celerum ego ſum, fas eſt ſecundum leges populum in concionem, cum libuerit, con-* Privatis vero ad populum licebat nullo modo, antequam ; expulſis id Sp. Lucretio permiſſum eſt, ut idem teſtatur .ib. V. Secutis temporibus id licuit quidem, ſed ita tamen lucerentur ab aliquo magiſtratu, & interrogarentur quid nt, juberenturque ſententiam ſuam exponere. *Abram.*

Neque eloquentiam jucunditate fuiſſe majorem.] *Majore* corre-:. Auguſtinus, & ita ſcriptum inveni in vetere libro. Opti-em: ſemper enim Pompeji ſententiæ magna auctoritate & ntia, magna jucunditate, at nunquam majore, quam *Jrſin.*

In campo Martio.] In hoc campo haberi centuriata comitia ıt armatorum præſidio in arce poſito. Lex vero Clodii ne-S. C. neque comitiis centuriatis lata erat, ſed contra vo-m ſenatûs tributis comitiis in foro. ea vero, quam de re-o Cicerone P. Lentulus cos. tulit, ex S. C. comitiis cen-in campo Martio lata eſt. *Hotom.*

Quis non modo approbavit.] Ita olim Pantagathus emenda-ctionem hujusmodi comprobante antiquo etiam libro, in ra eſt, *reſpirare* pro *ſpirare.* Urſin.

Leges videmus.] Intricatior ſenſus quam ut facile poſſit ex-Sic extrico: *Leges videmus ſæpe ferri multas. contendo nullam uiſſe popularem ea lege qua ſum ejectus, nullam populo gratiorem um patria reſtitutus.* Dicit tamen ſe præterire eas leges, *intur ita vix ut quini & hi ex alia tribu, qui ſuffragium ferant, tur.* Quia fortaſſe Clodius cum leges alias ferret, ut de
Cyprio

eſt meos [22] ſuaviatus. qui, quaſi meâ culpâ bona p
rit, ita ob eam ipſam cauſam eſt mihi inimicus, qui
habet. Utrùm ego tibi patrimonium eripui, Gelli,
P.XXV.a. comediſti? quid? tu meo periculo, gurges ac v

huic loco poteſt, eundem tamen locum ita proferam, ut
preſſo quodam libro emendatus ex collatione veteris cod
peritur: *In quo tamen quid eſſet quamobrem inimicus ille eſſe
qui quaſi* &c. Urſin. *In quo tamen.*] Sua cuique tribuenda l
correxit hunc locum ex ingenio, quo excellit, multis abh
nis Octavius Pantagathus, homo eruditiſſimus, omnium
tegerrimus, quem ego noſtræ ætatis Varronem ſoleo non
ita multas multarum rerum ac diſciplinarum notitias ment
tiaque comprehendit. is igitur ita correxit, nulla litteraru
tatione, ſententia reſtituta: *In quo tamen eſt me ultus, cum
inimicos eſt meos ſuaviatus.* præclare. nam in gratulationib
viari mos eſt, & Gellius nefandam libidinem ore exercer
batur: de quo eſt apud Catullum hoc epigramma:

Quid dicam, Gelli, quare roſea iſta labella
Hiberna fiant candidiora nive;
Mane domo cum exis, & cum te octava quiete
E molli longo ſuſcitat hora die?
Neſcio quid certe eſt an vere fama ſuſurrat,
Grandia te medii tenta vorare viri:
Sic certe eſt clamant Virronis rupta miſelli
Ilia, demulſo labra notata ſero.

dicit igitur, *illo ore* impuriſſimo ac fœdiſſimo, quo v
obſcœna membra concipere ſolitus. *P. Manut.*

22. *Suaviatus.*] Oſculatus. Catullus:

Jucundum os oculosque ſuaviabor.

Frequens autem uſus oſculi fuit in gratulando, ut ſi Poët
tans ſecundis auribus auditus fuerat. Martialis lib. I. epig.

Audieris cum grande ſophos & baſia captas.

Et epig. 77:

. . . circum pulpita noſtra
Et ſteriles cathedras baſia ſola crepant.

Sic, ut Eunapius teſtatur, Proæreſio Sophiſtæ, cum de p
pta materia extemporalem orationem habens eam à notai
blicis juſſiſſet excipi, deinde ſeipſum revocans eandem ne
ta quidem vocula repetiſſet, gratulati ſunt auditores & eu
viati. *Etiam pectora ſophiſtæ circumlambentes, quemadmodum
cri cujuſdam divinitate pleni, omnes qui aderant, partim pedes
tim manus adorabant. Alii Deum vocabant, alii Mercurii ſ
præſidis ſimulacrum.* Arrianus lib. I. Diſſert. Epicteti cap. I
*liquis Tribunatum plebis adeptus eſt: omnes obvii gratulantur
oculos ſuaviatur, alius collum, ſervi manus.* Abram. De hc
Gellio Catullus:

Sed tamen hic pulcher vendat cum gente Catullum,
Sic tria notorum ſuavia reppererit.

Ubi vide Scaligeri obſervationem. *Verburg.*

patrimonii, helluabare: ut, ſi ego conſul rempublicam contra te & gregales tuos defendiſſem, in civitate eſſe me nolles? te nemo tuorum videre vult: omnes aditum, ſermonem, congreſſum tuum fugiunt: te ſororis filius Poſtumus, adoleſcens gravis, ſenili judicio, notavit, cùm in magno numero [23] tutorem liberis non inſtituit. Sed elatus odio, & meo, & reipublicæ nomine, quorum ille utri ſit inimicior neſcio. plura dixi, quàm dicendum fuit, in g furioſiſſimum atque egentiſſimum ganeonem. g furioſum MS.

Illuc revertor: contra me cùm ſit actum, capta urbe 112 atque oppreſſa, Gellium, Firmidium, Titium, ejuſdem modi furias, illis mercenariis gregibus duces & auctores fuiſſe, cùm ipſe lator nihil ab horum turpitudine, audacia, ſordibus abhorreret. At, cùm de dignitate mea ferebatur: nemo ſibi nec valitudinis excuſationem, nec ſenectutis, ſatis juſtam putavit. nemo fuit, qui ſe non rempublicam mecum ſimul revocare in ſuas ſedes arbitraretur.

LIII. VIDEAMUS nunc comitia magiſtratuum. Fuit 113 collegium nuper tribunicium, in quo tres minimè, vehementer duo populares exiſtimabantur. ex his, qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarum concionum conſiſtendi poteſtas non erat, duo à populo Romano prætores video eſſe factos: &, quantum ſermonibus vulgi & ſuffragiis intelligere potui, præ ſe populus Ro-

23. *Tutorem liberis non inſtituit.*] Ignominioſum fuit teſtamento conſanguineorum improbari, nec liberis tutorem inſtitui. Vide pro Cluentio 34. de Oppianico, quem Cn. Magius *Tutorem liberis ſuis non adſcripſit.* Pro Domo: *Denique etiam ille novitius Ligur venalis adſcriptor & ſubſcriptor tuus, cum M. Papirii ſui fratris eſſet teſtamento & judicio improbatus, mortem ejus ſe velle perſequi dixit.* Eoque fuit ignominioſius in conſanguineorum teſtamento præteriri, quod, ut dicitur libro I. Inſtitutionum Juris titulo 15. *Quibus teſtamento tutor datus non eſt, his ex lege* XII. *tabularum adgnati ſunt tutores, qui vocantur legitimi.* Et quamvis, ut ait Cajus D. de legitimis tutoribus, *Sunt agnati qui per virilis ſexus perſonas cognatione juncti ſunt.* ac proinde, ſi proprie loquamur, Gellius Poſthumo non fuit agnatus. ubi tamen agnati deſunt, legitimæ tutelæ videntur ad ceteros conſangu[illegible]s pertinere. Ulpianus eodem titulo lege 1. *Legitima tutela lege* XII. *tabularum agnatis delata ſunt & conſanguineis, item patronis.* Quo loco *conſanguineorum* nomine libenter cum Accurſio cognatos per muliebris ſexûs perſonas proximitate conjunctos interpretor. Etſi proprie *conſanguinei* dicuntur fratres ex eodem patre nati ὁμαιμοι. Vide Inſtitutiones Juris, de legitima agnat. ſucceſſ. *Abram*,

P. XXV. b. Romanus ferebat, ſibi illum in tribunatu Cn. Domitii animum conſtantem & egregium, & Q. Ancharii fidem ac fortitudinem, etiam ſi nihil agere potuiſſent, tamen voluntate ipſa gratum fuiſſe. Jam de C. Fannio quæ ſit exiſtimatio videmus: quod judicium populi Romani in honoribus ejus futurum ſit, nemini dubium eſſe debet.

114 Quid? populares illi duo quid egerunt? alter, qui tamen ſe continuerat, [24] tulerat nihil: ſenſerat tantùm de republica aliud, atque homines exſpectabant, vir & bonus, & innocens, & bonis viris ſemper probatus: quòd parùm videlicet intellexit in tribunatu, quid vero populo probaretur, & quòd illum eſſe populum Romanum, qui in concione erat, arbitrabatur, non tenuit eum locum, in quem, niſi popularis eſſe voluiſſet, facillimè perveniſſet. alter, qui ita ſe in populari ratione jactaret, ut auſpicia, legem Æliam, ſenatûs auctoritatem, conſulem, collegas, bonorum judicium, nihil putaret, ædilitatem petivit cum bonis viris & hominibus primis, ſed non præſtantiſſimis opibus & gratia: tribum ſuam non tulit: [25] Palatinam de-

24. *Tulerat nihil.*] Legem quidem promulgavit, ſed non tulit: quia ſervantibus de cælo tribus tribunis pl. Domitio, Anchario, Fannio, nemo ex toto collegio tribunicio, præter unum Vatinium, legem promulgatam ferre auſus eſt. quod in oratione in Vatinium plane conſtat. quis autem hic ſit, quem Cicero popularem tribunum pl. fuiſſe dicit, non ſatis liquet, certe, amicum fuiſſe Ciceronis inde conjicio, quòd, cum ejus in tribunatu ſententiam improbet, in eo tamen laudando & quaſi excuſando multus eſt. C. Coſconium putarem: de quo ſic in ea in Vatinium: *Omnes tribuni pl. collegæ tui, habuerunt leges promulgatas, in his multas meus neceſſarius, etiam de mea ſententia, C. Coſconius judex noſter: quem, tu dirumperis, cum ædilicium vides.* Sed rationes adverſantur duæ, una, quod, cum in Sextii cauſſa judex fuerit, quod proxima, quæ recitavi, verba declarant, non placet hæc de judice dici: non enim æquo animo audiſſet illa verba: *Non tenuit eum locum, in quem, niſi popularis eſſe voluiſſet, facillime perveniſſet.* altera vero ratio eſt, quod manifeſte ſignificat eum in honoris petitione repulſam tuliſſe, cum ait: *Non tenuit eum locum.* quod in Coſconium convenire non potuit: quem hoc anno ædilem fuiſſe ex oratione in Vatinium proxime demonſtratum eſt. *P. Manut.*

25. *Palatinam.*] Hujus tribus meminit, ut viliſſimæ, quippe quæ libertinis & egentibus affluebat: fuit enim una ex quatuor urbanis. Livius lib. X. ſub finem: *Fabius ſimul concordiæ cauſſâ, ſimul ne humiliorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam exactam in quatuor tribus conjecit urbanaſque appellavit.* Vide & ejus epitomen libro XX. *Quo tam ſalubri Reip. facto,* inquit Valerius de

denique, per quam omnes illæ peſtes vexare populum Romanum dicebantur, perdidit: nec quidquam illis comitiis, quod boni viri vellent, niſi repulſam tulit. Videtis igitur, populum ipſum, ut ita dicam, jam non eſſe popularem: qui ita vehementer eos, qui populares habentur, reſpuat: eos autem, qui ei generi adverſantur, honore digniſſimos judicet.

115 LIV. VENIAMUS ad ludos. Facit enim, judices, veſter [h] in me animorum [i] oculorumque [k] conjectus, ut mihi jam licere putem remiſſiore uti genere dicendi. Comitiorum & concionum ſignificationes interdum veræ ſunt, nonnumquam vitiatæ atque corruptæ: theatrales gladiatoriique conſeſſus dicuntur omnino ſolere, levitate nonnullorum, emptos plauſus, & exiles, & raros excitare. attamen facile eſt, cùm id fit, quemadmodum, & à quibus fiat, & quid integra multitudo faciat, videre. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi civium maximè applaudatur? neminem veſtrûm fallit. ſit hoc ſanè leve: quod non ita eſt, [26] quoniam optimo cuique impertitur: ſed, ſi eſt leve, homini gravi leve eſt: ei verò, qui pendet à rebus leviſſimis: qui rumore & (ut ipſi loquuntur) favore populi tenetur & ducitur; plauſum, immortalitatem; [27] ſibilum, mortem videri neceſſe eſt.

h iſte in *Vict.*
i ocul. *deeſt in aliis.*
k contectus *M.S.* contuitus *alii.*

116 Ex te igitur, Scaure, potiſſimùm quæro, qui ludos apparatiſſimos magnificentiſſimosque feciſti, ecquis iſtorum popularium tuos ludos adſpexerit: ecquis ſe theatro populoque

P. B.

de Inſtitutis, *vir alioqui bellicis operibus excellens, Maximus cognominatus eſt.* Abram.

26. *Quoniam optimo cuique impertitur.*] Quando *optimo cuique* alii legunt: & paullo poſt, *Ei qui pendet à rebus leviſſimis*, ad oram libri doctiſſimi viri ſcriptum eſt, *Ei qui pendet, qui rebus leviſſimis.* Urſin.

27. *Sibilum.*] Populus in theatro quos oderat frequenter ſibilis explodebat. Vide Piſonianam: *Da te populo, committe ludis, ſibilum metuis? ubi ſunt veſtra ſcholæ? Ne acclametur? ne id quidem eſt curare philoſophi.* Lib. II. ad Attic. epiſt. 19. *Populares iſti jam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt.* Item: *Populi ſenſus maxime in theatro & ſpectaculis perſpectus eſt.* Vide & Cœlium ad Ciceronem epiſtola quæ habetur 2. lib. VIII. ad Familiares, & Non. Marcell. in *ſibilare.* Ceterum nonnulli, ut clarius ſibilarent, videntur etiam paſtoritias fiſtulas attuliſſe lib. I. ad Att. 13. *Ludis & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας ſine ulla paſtoritia fiſtula auferebamus.* ſed viderint eruditi. *Abram.* Imo paſtoritia fiſtula nihil hic aliud eſt quam exſibilatio. *Grav.*

 28. *Acrea-*

loque Romano commiſerit. Ipſe ille maximè ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor & [28] acroama: qui omnia ſororis [29] embolia novit: qui in cœtum mulierum pro pſaltria

28. *Acroama.*] Recitator. Cicero in Verrem: *Ne tamquam*, inquit, *feſtivum acroama è convivio ſine corollario diſcederet:* accedit Macrobius: cujus hæc ſunt lib. II. Saturn. *Delectatus inter cœnam erat Auguſtus pueris ſymphoniacis Turonii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuiſſet liberalis nummis.* Et Suetonius in Veſpaſiano: *vetera acroamata revocavit.* Ut omittantur aliorum teſtimonia. Alibi, *acroama* etiam pro ipſa re, quæ recitatur, uſurpari videmus: ut in orat. pro Archia: quæ eſt jucunda narratio & cantilena, & quidquid eos, qui audiunt, oblectat. Et Ariſtoteles Ethicorum lib. X. quæ auditu & ſpectatu jucunda ſunt, ἀκρόαμα καὶ ὁράματα vocat. Tribuit hic Cicero omnes partes Clodio, quæ in fabulam conveniunt: ludius, inquit, eſt ſpectator, actor, recitator: novit omnia ſororis embolia: adducitur pro pſaltria in cætum mulierum: tamen ludos tuos adſpicere noluit. Sed quæritur, agebat ne Clodius, aut recitabat fabulas in ſcena? Non hoc vere ſentit Cicero, ſed jocatur in pſaltriæ veſtem, quam Clodius induerat, ut univerſam quaſi fabulam perageret, hoc eſt, Pompeja C. Cæſaris uxore potiretur. *P. Manut.*

29. *Embolia.*] Quid ſit embolium non facile dixerim. ſuſpicor eſſe introitus & januas, quibus ad proſcenium tranſeunt actores cum ſe volunt ſuis ſpectatoribus exhibere. ab ἐμβάλλειν, quod eſt *introire.* Vel dicamus Clodiam fuiſſe, ut ait pro Cœlio, poëtriam, quæ impudicis moribus occaſionem populo multarum dederit fabularum. quarum fabularum interludia perſpecta habuerit Clodius turpi libidinum commercio. Eſt enim embolium in poëmate digreſſio quædam interjecta. Vide ad Quintum Fratrem epiſtola I. libri III. Hinc apud Plinium, *mulier embolaria*, ἡ θυμελική, ut notat Scaliger. *Abram.* Recte Scaliger *emboliariam mulierem* θυμελικήν, ſeu ſcenicam. Sic dictæ ſunt ab ἐμβολίοις. ἐμβόλια autem in fabulis ſcenicis eadem ſunt, quæ aliter dicuntur ἐπεισόδια, ut recte docuit maximus Salmaſius ad Hiſt. Auguſtam. Scenicæ mulieres corpus proſtituebant. Clodii ſoror ſe quoque proſtituerat non modo aliis, ſed & fratri. Hinc acerbe dicitur frater ejus ἐμβόλια omnia noſſe, ſicut ii ſcenicarum mulierum ἐμβόλια fere norant, qui cum illis ſæpe conſuerant. Nicol. Alemannus ad Procop. Hiſt. Arc. legendum putat apud Plin. & *Empoliarias.* ſicque dictas putat ab ἐμβόλοις, hoc eſt porticibus, in quibus proſtabant, ſicut *fornicariæ* dictæ fuerint à fornicibus. Sed recte vir Cl. Harduinus ad Plinium obſervavit, ἔμβολοι in hac notione recentioris Græciæ eſt, quem vide ad lib. VII. 48. in notis & emend. num. 122. ubi tamen nollem Salmaſio exprobrari, quod ad Hiſtoriam Auguſtam maluerit legi apud Plin. *empolariam*, cum ſtatim in illo ipſo loco ſuam ipſe damnet ſententiam, retinendamque cenſeat *emboliariam*, quæ ſic appellata ſit ab ἐμβολίοις. Quin & per ἐμβόλια recte & ambigue hic intellexiſſe Tul-

lium

tria adducitur: nec tuos ludos adſpexit in illo ardenti tribunatu ſuo, nec ullos alios, niſi eos, à quibus vix vivus effugit. [30] Semel, inquam, ſe ludis homo popularis commiſit omnino, cùm in templo [l] Honoris-Virtutis honos habitus eſſet virtuti Cajique [31] Marii, conſervatoris hujus imperii, monumentum, municipi ejus & reipublicæ defenſori, ſedem ad ſalutem præbuiſſet.

l *ita MSS. alii aliter.*

LV. Quo quidem tempore, quid populus Romanus ſentire ſe oſtenderit, utroque in genere declaratum eſt: primò, cùm audito ſenatûs conſulto, ore ipſi atque abſenti ſenatui plauſus eſt ab univerſis datus: deinde, cùm ſenatoribus ſingulis ſpectatum è ſenatu redeuntibus. Cùm verò ipſe, qui ludos faciebat, conſul aſſedit: [32] ſtantes &, mani- 117

lium obſcæniores Clodiæ partes. ἴμβολος ſane apud Ariſtoph. in Theſmophor. dicitur τὸ αἰδοῖον ἀῤῥενικόν. Vide Heſych. Cur non muliebris natura potuit dici ἐμβόλιον? *Gravius.*

30. *Semel.*] Una tantum vice Clodius auſus eſt ad theatrum ludos ſpectaturus accedere: eo videlicet die, quo antequam ludi fierent, habitus eſt Senatus in æde Virtutis theatro vicina: ubi Senatusconſultum perhonorificum de Cicerone factum eſt, & honos habitus virtuti Ciceronis & Caji Marii monumentum, id eſt, ædes Virtutis ad futuram memoriam exſtructa à Mario ſedem præbuit ad faciendum Senatusconſultum de ſalute & reditu Ciceronis: quorum alter patriam à Cimbris & Teutonibus liberarat, alter eandem contra vim & furorem Catilinæ defenderat. Moris erat ut Senatus in locum aliquem theatro proximum conveniret. Appianus lib. I. Bellorum Civilium: *Spectacula erant in theatro Pompeji, & futurum erat ut in una è vicinis ædibus Senatus haberetur: ſic enim fieri ſolet cum ſpectacula exhibentur.* Abram.

31. *Marii monumentum.*] Quod exſtruxit de manubiis Cimbricis & Teutonicis. inſcriptio fuit hæc in ejus arcu: *De manubiis Cimbricis Teutonicis ædem Honori & Virtuti victor veſte triumphali calceis puniceis.* Alterum fuit Honoris & Virtutis templum, quod M. Marcellus, qui conſul quinquies fuit, non longe ab Appia via fecit. Pedianus & alii. *P. Manut.*

32. *Stantes.*] Ad majorem amoris ſignificationem plauſum in theatro daturi ſurgebant. Propertius elegia X. lib. III.

Stantiaque in plauſum tota theatra fremant.

Noſter epiſtola 19. lib. II. ad Atticum: *Inimici erant equitibus qui Curioni ſtantes plauſerant.* Huc etiam refero & illud auctoris dialogi de Oratoribus & cauſis corruptæ eloquentiæ. *Teſtis ipſe populus, qui auditis in theatro verſibus Virgilii ſurrexit univerſus, & forte præſentem ſpectantemque Virgilium veneratus eſt, ſic quaſi Auguſtum.* Idem Auguſtus auctore Tranquillo cap. 56. liberis ſuis *prætextatis adhuc adſurrectum ab univerſis in theatro, & à ſtantibus plauſum, graviſſime queſtus eſt.* Suggeſſit mihi eruditiſſimus Bullengerus Arnobium lib. IV. *Conclamant & aſſurgunt theatra, cavea omnes concrepant fra-*

manibus paſſis, gratias agentes, & lacrymantes gaudio, ſuam erga me benivolentiam ac miſericordiam declararunt. At, cùm ille furibundus, incitatâ illâ ſuâ vecordi mente, veniſſet, vix ſe populus Romanus tenuit: vix homines odium ſuum à corpore ejus impuro atque infando repreſſerunt. voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt.

118 Sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro, libertatem jam ex diuturna ſervitute reſpicientis in eo homine, cui tum petenti jam ædilitatem ne hiſtriones quidem coràm ſedenti pepercerunt? Nam cùm ageretur 33 Togata, Simulans, ut opinor, caterva tota, clariſſima m concentione in ore impuri hominis imminens concionata eſt. 34 *Huic vita tua* —— &, *Poſt-principia atque exitus vitioſa vita!* ſedebat exanimatus: & is, qui antea 35 cantorum convicio conciones celebrare ſuas ſolebat, cantorum ipſorum vocibus ejiciebatur. Et, quoniam facta mentio eſt ludorum, ne illud quidem prætermittam, in magna varietate ſententiarum numquam ullum

m contentione *alii.*

P. XXV. c.

fragoribus atque plauſu. Citat & Philoſtratum in Arrichione & Ariſtænetum lib. I. epiſt. 26. quos prætermitto. Adde Plinium Panegyrico Trajani: *Tanto majori conſenſu in venerationem tui theatra ipſa conſurgent, quanto magis ſcena de te ſilebunt.* Abram.

33. *Togata, ſimulans.*] *Togata Simulans* Pantagathus: ut ſit comœdiæ nomen. paullo ſupra legebat, *gratam*, pro *gratum*. & *conſuli ipſi*, pro *ore ipſi*. & infra, *Poſt principia ecqui exitus vitioſa vita*, pro *atque exitus*. Urſin.

34. *Huic vita tua &c. Poſt principia &c.*] Gembl. *Huic Tite, & tua poſtprincipia.* Pal. nonus *Huic tua, & tua poſtpr.* S. Victoris *Huic vita tua poſtprincipia.* Grut.

35. *Cantorum convicio.*] *Comitio* Pantagathus. *Urſin.* Rem geſtam narrat Plutarchus in Pompejo: *Pompejo ad judicium aliquod procedente, Clodius ſtipantibus eum petulantibus quibuſdam ipſe in locum eminentem adſcendit, & propoſuit interrogationes hujuſmodi. Quis eſt Imperator intemperans? Quis vir virum quærit? Quis caput uno digito ſcalpit? Illi vero inſtar chori alternis reſpondebant, eo togam concutiente, magnis clamoribus, Pompejus.* Atque diſtichon illud Licinii Calvi tum factum fuiſſe crediderim, ut ab illo petulanti choro caneretur.

Magnus, quem metuunt omnes, digito caput uno
Scalpit, quid credas hunc ſibi velle virum?

Legunt alii:

Faſciola qui crura ligat, digito, &c. Abram.

Cantores ſunt actores, hiſtriones præcipue tragœdi. Horat.

Donec cantor vos plaudite dicat.

Vide Salmaſ. ad Hiſt. Auguſtæ ſcriptores. *Grav.*

36. Quid

lum fuiſſe locum, in quo aliquid à poëta dictum cadere in tempus noſtrum videretur, quod aut populum univerſum fugeret, aut non exprimeret ipſe actor. Et, quæſo, 119
hoc loco, judices, ne qua me levitate ductum ad inſolitum genus dicendi labi putetis, ſi de poëtis, de hiſtrionibus, de ludis in judicio loquar.

LVI. NON SUM tam ignarus, judices, cauſarum, non tam inſolens in dicendo, ut n omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floſculos carpam atque delibem. ſcio, quid gravitas veſtra, quid hæc advocatio, [36] quid illi o conventus, quid dignitas p P. Sextii, quid periculi magnitudo, quid ætas, quid honos meus poſtulet. Sed mihi ſumpſi hoc loco doctrinam quandam juventuti, qui eſſent optimates. in ea explicanda demonſtrandum q eſt, non eſſe populares omnes eos, qui putentur. Id facillimè conſequar, ſi univerſi populi judicium verum & incorruptum, & ſi intimos ſenſus civitatis expreſſero.
Quid fuit illud, quòd, [37] recenti nuntio de illo ſenatusconſulto, quod factum eſt in templo Virtutis, ad ludos ſcenamque perlato, conſeſſu maximo, [38] ſummus artifex, & 120

n in omni gen. *MS.*

o ille *Grav.*

p P. Romani *MSS. & alii.*

q fuit *MSS. & edd. vett.*

36. *Quid illi conventus.*] *Ille conventus*, ſcriptum eſt in vetuſto codice, & infra, *optimatum*, pro *optimatium*. Urſin. *Ille conventus.*] Populus, qui ad judicium convenerat: quam in oratione pro Milone coronam vocat: quod populi circa ſtantis frequentia, quaſi corona quadam, judicum ſubſellia cingerentur. *Manut.*

37. *Recenti nuntio.*] Hæc verba & proxime ſequentia uſque ad *flens, & recenti* abſunt à Codd. MSS. & edd. veteribus, in quibus pro vulgatis legitur tantum: *Quid illud fuit, quod ſummus artifex flens, & recenti lætitia, &c.*

38. *Summus artifex.*] Æſopus egregius tragœdus, qui non ſolum in tragœdiis primas partes, puta regum & tyrannorum perſonas ſuſtinebat, ſed etiam in Repub. ſectabatur partes bonorum ſive optimatium. Artifex, ludius, hiſtrio. Pro Archia Poëta: *Quod ſcenicis artificibus largiri ſolebant, id huic ſummâ ingenii prædito gloriâ noluiſſe.* Gellius lib. XX. cap. 3. *Id genus autem artifices Græce appellantur οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Artifices autem dicti*, ut notat Feſtus, *quod ſcientiam ſuam per artus exercent.* Quantus porro fuerit artifex Æſopus, vel ex mercede conſtat, quam accipiebat. Macrobius lib. III. Saturn. cap. 14. *Roſcius tanta fuit gratia & gloria, ut mercedem diurnam de populo mille denarios ſine gregalibus ſolus acceperit. Æſopum vero ex pari arte ducenties ſeſtertiûm reliquiſſe filio conſtat.* Ducenties, inquit, id eſt, quingenta millia aureorum. Immanis ſumma, cum præſertim magnam ipſe bonorum ſuorum partem per luxum effuderit. Tertullianus de Pallio ſub finem: *Æſopus hiſtrio ex avibus ejuſdem pretioſitatis, ut canoris & loquacibus quibuſque ſexcentûm millium patinam confiſcavit: filius*

 ejus

& mehercule ſemper partium in republica, tamquam in ſcena optimatium, flens, & recenti lætitia, & miſto dolore ac deſiderio mei, egit apertè multo gravioribus verbis meam cauſam, quàm egomet de me agere potuiſſem? ſummi enim poëtæ ingenium non ſolùm arte ſua, ſed etiam [39] dolore exprimebat. [40] ,, *Quid enim? qui rempublicam certo animo adjuverit, ſtatuerit,* [41] *ſteterit cum Achivis.* Vobiſcum me ſtetiſſe dicebat, veſtros ordines demonſtrabat. revocabatur ab univerſis. ,, *Re dubia, nec dubitarit vitam offerre, nec capiti pepercerit.* Hæc quantis ab illo [42] clamoribus agebantur? cùm jam, omiſſo geſtu, ver-

P. B. 121

ejus poſt tale pulpamentum potuit ſumptuoſius eſurire: margarita namque vel ipſo nomine pretioſa dehauſit, credo ne mendicius patre cœnaſſet. De filio Horatius lib. II. Sat. 3.

Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ
Scilicet ut decies ſolidum exſorberet, aceto
Diluit inſignem baccam . . . Abram.

39. *Dolore exprimebat.*] Quantus eſſet in exprimendis in ſeque transferendis affectibus, oſtendit Plutarchus in Cicerone: *Æſopum hunc ajunt cum in theatro Atrei de Thyeſtæ ſupplicio deliberantis perſonam exhiberet, cuidam è ſervis qui repente intervenerat, vi gravioris motus è mentis ſtatu dejectum, ſceptrum impegiſſe & mortem attuliſſe.* Vide & quod de Polo Tragœdo prodit Gellius cap. 5. lib. VII. Noct. Atticarum. *Idem.*

40. *Quid enim? qui rempub. certo animo adjuverit, ſtatuerit, ſteterit cum Achivis.*] Non aliter Gembl. Erfurd. & S. Vict. & Pal. nonus. nolim tamen adfirmare locum jam perſanatum. *Grut.*

41. *Steterit cum Achivis.*] Cum hæc ab homine Græco dici facile conjiciam, qui poſt multa in Achivos collata beneficia vitam in exſulio miſerè ducat: fortaſſe, Telamonem hunc eſſe, Ajacis & Teucri patrem, non abſurde putabimus: de quo hæc Cicero libro III. Tuſculanarum: *Hujus me vitæ propoſitio & cogitatio aut Thyeſtem levare poterit, aut Æetam, aut Telamonem pulſum patriâ, exſulantem atque egentem?* in quo hæc admiratio fiebat: deinde ſubjunxit trochaicos quadratos catalecticos:

Hiccine eſt Telamon ille modo quem gloria ad cœlum extulit,
Quem adſpectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant ſua?

nec dubito, quin ii duo verſus ex eadem fabula ſint, ex qua hi, quos in oratione Cicero commemorat. etenim illud,

Exſulare ſinitis, ſiſtis pelli, pulſum patimini,

aptiſſime ad Telamonem referuntur. fabulam autem fuiſſe opinor Accii Andromacham. nam illa, quæ ſequuntur,

O pater,
Hæc omnia vidi inflammari;

quæ Cicero ex eadem fabula eſſe dicit; ex Accii Andromacha ſumpta eſſe, plane conſtat in III. Tuſculana. *P. Manut.*

42. *Clamoribus.*] Non ſolum plauſu, ſed etiam clamore populus excipiebat, ſi quid dictum fuerat ab hiſtrione, quod ipſe in primarios viros converteret. Lib. II. ad Attic. epiſt. 19. *Totius thea-*

verbis poëtæ, & ſtudio actoris, & exſpectationi noſtræ plauderetur? „*Summum amicum, ſummo in bello* —— (nam illud ipſe actor adjungebat amico animo: & fortaſſis homines propter aliquod deſiderium approbabant) „*ſummo ingenio præditum.*

LVII. TUM ILLA, quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paullo pòſt in eadem fabula ſunt acta? „*O pater!* —— Me, me ille abſentem, ut patrem, deplorandum putarat, quem C. Catulus, quem multi alii ſæpe in ſenatu patrem patriæ nominarant. Quanto cum fletu de illis noſtris incendiis ac ruinis, cùm patrem pulſum, patriam afflictam deploraret, domum incenſam everſamque? ſic egit, ut demonſtratâ priſtinâ fortunâ, cùm ſe convertiſſet, „*Hæc omnia vidi inflammari:* —— fletum etiam inimicis atque [r] invidis excitaret. Prô, dii 122
immortales! quid? illa quemadmodum dixit idem? quæ [r] in ludis MS.
mihi quidem ita & acta & ſcripta videntur eſſe, ut vel à Catulo, ſi revixiſſet, præclarè poſſe dici viderentur. is enim liberè reprehendere & accuſare populi nonnumquam temeritatem ſolebat, aut errorem ſenatûs: „*O ingratifici Argivi, inanes Graji, immemores beneficii!* Non erat illud quidem verum. non enim ingrati, ſed miſeri, quibus reddere ſalutem, à quo acceperant, non liceret: nec unus P. XXV. d.
in quemquam umquam gratior, quàm in me univerſi. ſed tamen illud ſcripſit diſertiſſimus poëta pro me: egit fortiſſimus actor, non ſolùm optimus, de me, cùm omnes ordines demonſtraret, ſenatum, equites Romanos, univerſum populum Romanum, accuſaret: „*Exſulare ſinitis,* [s] *ſiviſtis pelli, pulſum patimini.* Quæ tum ſignificatio fuerit [s] *ſiſtis* alii.
omnium, quæ declaratio voluntatis ab univerſo populo Romano in cauſa hominis nòn popularis, equidem audiebamus: 43 exiſtimare faciliùs poſſunt, qui adfuerunt.

LVIII. ET,

theatri clamore dixit. Item: *Magno cum fremitu & clamore ſunt dicta.* Tranquillus in Octavio 68. *Populus quondam univerſus ludorum die, & accepit in contumeliam ejus, & conſenſu maximo comprobavit verſum in ſcena pronunciatum de Gallo Matris Deûm tympanizante.*

Viden' ut cinædus orbem digito temperet?

Horatius epiſt. 1. lib. II.

. . nam quæ pervincere voces
Evaluere ſonum, referunt quem noſtra theatra.
Garganum mugire putes nemus, aut mare Thuſcum,
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes. Abram.

43. *Exiſtimare faciliùs poſſunt, qui audiverunt.*] *Æſtimare* vetus codex. *Urſin.*

123 LVIII. Et, quoniam me huc provexit oratio, hiſtri caſum meum toties collacrymavit, cùm ita dolenter ageret cauſam meam, ut vox ejus illa præclara lacrymis impediretur. neque poëtæ, quorum ego ſemper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt: eaque populus Romanu non ſolùm plauſu, ſed etiam gemitu ſuo comprobavit Utrùm igitur hæc Æſopum potiùs pro me, aut Acciun dicere oportuit, ſi populus Romanus liber eſſet, a principes civitatis? Nominatim ſum appellatus in Bruto „ 44 *Tullius, qui libertatem civibus ſtabiliverat.* millie 45 † revocatum eſt. Parumne videbatur populum Romanum judicare, id à me & à ſenatu eſſe conſtitutum quod perditi cives ſublatum per nos criminabantur?

† renovatum eſt hoc conſilium *ed.pr.*

124 Maximum verò populi Romani judicium univerſo conſeſſu gladiatorio declaratum eſt. erat enim munus Scipionis, dignum & eo ipſo, & illo Q. Metello, cui dabatu Id autem ſpectaculi genus erat, quod omni frequenti atque omni genere hominum celebratur: quo multitud ma

44. *Tullius.*] Cùm enim Brutum Æſopus nominare deberet Tullium nominavit: quod ut Brutus, Tarquinio rege pulſo, ſi Cicero, conjuratione oppreſſa, libertatem civibus ſtabiliveraт *P. Manut.*

45. *Revocatum eſt.*] Neſcio quid viros doctos moverit ut a marginem adſcriberent, *forte recitatum*, *vel repetitum*, quaſi di ctio *revocatum* hic locum non haberet. Revocatur actor vel ana gnoſtes cum eadem jubetur iterum dicere. Valerius Maximu lib. II. de More ludorum, agens de Livio Poëta: *Iſque ſui operi actor, cum ſæpius à populo revocatus vocem obtudiſſet, adhibito pueri & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit.* Idem lib. VI. cap. 2 *Diphilus Tragœdus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet, in quo hæc ſententia continetur,*

Miſeria noſtra Magnus es:

Directis in Pompejum Magnum manibus pronuntiavit: revocatusque ali quoties à populo ſine ulla cunctatione nimiæ illum & intolerabilis poten tiæ rerum geſtu perſeveranter egit. Cic. pro Archia: *Quoties ego hun vidi, cum litteram ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum ver ſuum, de his ipſis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? quo ties revocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque ſententiis.* Supra: *Revocabatur ab univerſis.* Horatius epiſt. ad Auguſtum:

Cum loca jam recitata revolvimus irrevocati.

Plinius epiſt. 5. lib. III. *Memini quendam ex amicis, cum lector per peram quædam pronuntiaſſet, revocaſſe & repeti coëgiſſe: huic avuncu lum dixiſſe: Intellexeras nempe? Cum ille annuiſſet, Cur ergo revoca bas? decem amplius verſus hac tua interpellatione perdidimus.* Livius *Revocatus præco cum unusquiſque non audire, ſed videre libertatis ſu nuntium averet, iterum pronuntiaret eadem*, &c. loquitur de liber tate Græcis à Tito Quintio reddita. *Abram.*

46. E

maximè delectatur. In hunc conſeſſum v P. Sextius tribu- v quod
nus plebis, cùm ageret nihil aliud in eo magiſtratu, niſi Sext. MS.
meam cauſam, x venit & ſe populo dedit, non plauſûs x egit. Ideo ſe MS.
cupiditate, ſed ut ipſi inimici noſtri voluntatem univerſi P. B.
populi viderent. venit (ut ſcitis) ad columnam y Meniam. y Mæniam
tantus eſt [46] ex omnibus ſpectaculis uſque à Capitolio, tan- alii.
tus ex fori cancellis plauſus excitatus, ut numquam major
conſenſio aut apertior populi Romani univerſi fuiſſe ulla
in cauſa diceretur. Ubi erant tum illi concionum modera- 125
tores, legum domini, civium expulſores? aliusne eſt ali-
quis improbis civibus peculiaris populus, [47] cui nos offenſi
inviſique fuerimus?

LIX. Equidem exiſtimo, nullum tempus eſſe frequentioris populi quàm illud gladiatorium: neque concionis ullius, neque verò ullorum comitiorum. Hæc igitur innumerabilis hominum multitudo, hæc populi Romani tanta ſignificatio, ſine ulla varietate univerſi, cùm illis ipſis diebus de me actum iri putaretur, quid declaravit, niſi optimorum civium ſalutem & dignitatem populo Romano caram eſſe univerſo?

At verò & ille tribunus plebis, qui de me, non patris, 126
avi, proavi, majorum denique ſuorum omnium, ſed
Græculorum inſtituto, concionem interrogare ſolebat,
Velletne me redire: &, cùm erat reclamatum ſemivivis
mercenariorum vocibus, populum Romanum negare di-
cebat: is, cùm quotidie gladiatores ſpectaret, z numquam z num-
eſt conſpectus. cùm veniret, [48] emergebat ſubitò, cùm ſub quam,
tabulas ſubrepſerat, [49] ut, „*Mater te appello* —— dictu- numq. MS.
rus

46. *Ex omnibus ſpectaculis.*] Hoc eſt ſpectatorum locis. Sic ſæpe *ſpectaculum*, pro loco in quo ſpectatur. *Græv.*

47. *Cui nos offenſi inviſique fuerimus.*] *Inſenſi* pro *offenſi* ſcriptum eſt in antiquo libro manuſcripto. *Urſin.*

48. *Emergebat ſubito.*] *Sed emergebat ſubito*, vetus liber. & paulo poſt, *de quibus ad ſenatum miſſus erat*, pro *à quibus*. Idem.

49. *Ut, mater te appello.*] Ut Memnoni Auroræ filio ſimilis videretur: cujus imago interfecti & inſepulti per quietem matri apparens ita fatur:

Mater te appello, quæ curam ſomno ſuſpenſam levas,
Neque te mei miſeret. ſurge, & ſepeli natum.

ſunt enim hi verſus Tuſculanarum Quæſtionum lib. I. quemadmodum igitur Memnonis umbra de terra ſubito exſiſtit & ad matrem illa pronunciat. ſic Atilius, cum ſub tabulas ſubrepſerat, emergebat ſubito, ut quaſi Memnon, *Mater te appello*, dicturus videretur. *P. Manut.* *Mater te appello.*] Verba Polydori ad Hecubam,

rus videretur. Itaque illa via latebroſa, quâ ſpectatum ille
veniebat, Appia jam vocabatur. qui tamen, quoquo tem-
pore conſpectus erat, non modò gladiatores, ſed equi ipſi
gladiatorum repentinis ſibilis extimeſcebant.
127 Videtisne igitur, quantum inter populum Romanum &
concionem interſit? dominos concionum omni odio po-
puli notari? quibus autem conſiſtere in operarum concioni-
bus non liceat, eos omni populi Romani [50] ſignificatione
P. XXVI. a. decorari? Tu mihi etiam M. Atilium Regulum comme-
moras, qui redire ipſe Carthaginem ſua voluntate ad ſup-
plicium, quam ſine iis captivis, à quibus ad ſenatum miſ-
ſus erat, Romæ manere maluerit? & mihi negas optan-
dum reditum fuiſſe per familias comparatas & homines
armatos.

LX. Vim ſcilicet ego deſideravi, qui, dum vis fuit,
nihil egi, & quem, ſi vis non fuiſſet, nulla res labefacta-
128 re potuiſſet. Hunc ego reditum repudiarem, qui ita flo-
rens fuit, ut verear, ne quis me ſtudio gloriæ putet idcir-
co exiſſe, ut ita redirem? Quem enim umquam ſenatus
civem, niſi me, nationibus exteris commendavit? cujus
um-

bam, ut colligere licet ex Euripide: aut ad Ilionem. Horatius Sat. 5. lib. II.

Non magis audierit quam fuſius ebrius olim
Cum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis
Mater te appello, clamantibus. . .

Et noſter Acad. quæſt. lib. IV.

Quid Iliona ſomno illo?
Mater te appello.

Cum tamen Ilione Polydori ſoror, non mater fuerit, placet Jacobi Nicolai Loënſis lib. III. Epiphyllidum conjectura, ea verba ad Ilionam non Polydoro, ſed Deiphilo tribuentis. de quo Hyginus: *Polymneſtor legatorum dicta non repudiavit: Deiphilumque filium ſuum imprudens occidit, arbitrans ſe Polydorum filium Priami interfeciſſe.* Ex quo, inquit, facile eſt colligere, Deiphili ſuppoſititii Polydori umbram in ea tragœdia, matri rei ignaræ omnem cladem ſuam in ſomnis aperuiſſe, & illis verbis, *Mater te appello*, ipſam Ilionam voluiſſe excitare. *Abram.*

50. *Significatione.*] Eodem ſenſu lib. I. ad Att. epiſt. 13. *Ludis & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας ſine ulla paſtoritia fiſtula auferebamus.* Lib. II. ad Fratrem epiſt. 14. *Quod quotidie domus, quod forum, quod theatri ſignificationes declarant.* Quia nimirum plauſu vel ſibilis theatralibus voluntas populi ſignificatur. Epiſt. 1. lib. IV. ad Attic. *Cum veniſſem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant, à qua plauſu maximo cum eſſet mihi gratulatio ſignificata, ſimilis & frequentia, & plauſus me uſque ad Capitolium celebravit.* Idem.

51. Qu

umquam propter ſalutem, niſi meam, ſenatus publicè ſociis populi Romani gratias egit? de me uno patres conſcripti decreverunt, ut, qui provincias cum imperio obtinerent, qui quæſtores legatique eſſent, ſalutem & vitam meam cuſtodirent. In una mea cauſa poſt Romam conditam factum eſt, ut litteris conſularibus ex ſenatusconſulto, cuncta ex Italia, omnes, [51] qui rempublicam ſalvam vellent, convocarentur. Quod numquam ſenatus in univerſæ reipublicæ periculo decrevit, id in unius mea ſalute conſervanda decernendum putavit. Quem curia magis requiſivit? quem forum luxit? quem æquè ipſa tribunalia deſideraverunt? Omnia diſceſſu meo deſerta, horrida, muta, plena luctûs & mæroris fuerunt. Quis eſt Italiæ locus, in quo non fixum ſit in publicis monumentis ſtudium ſalutis meæ, teſtimonium dignitatis?

LXI. NAM QUID ego illa de me divina ſenatuscon- 129
ſulta commemorem? vel quod in templo Jovis optimi
maximi factum eſt, cùm vir is, qui tripartitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adjunctas huic imperio notavit, [52] de ſcripto ſententia dicta, mihi uni teſti-

51. *Qui remp. ſalvam.*] Formula non niſi in cauſis majoris momenti periculisque gravioribus uſitata. Poſt Reditum in Senatu cap. 10. *Vos decreviſtis, ut cuncti ex omni Italia, qui Rempub. ſalvam vellent, ad me unum hominem fractum & prope diſſipatum reſtituendum & defendendum venirent: ut qua voce, à te Romule poſt Romam conditam Conſul uſus eſſet pro univerſa Rep. apud eos ſolum qui ejus vocem exaudire poſſent, eadem voce Senatus omnibus agris, vicis atque oppidis cives totamque Italiam ad unius ſalutem defendendam excitaret.* Emendat Lambinus tum è felici Briſſonii conjectura, tum ex quibusdam antiquæ ſcripturæ veſtigiis: *Ut qua voce ter omnino poſt Romam conditam.* adfert exemplum duorum Conſulum: alterum C. Calpurnii Piſonis, alterum C. Marii & Luc. Saturnini Flacci contra Saturninum. Adfert etiam exemplum Scipionis Naſicæ contra Tiberium Gracchum, item Sexti Tempani decurionis Equitum. Sed hi Conſules non erant, & tertium Conſulis exemplum ſibi non ſuppetere ingenue confitetur. Habes apud Halicarnaſſeum Appii Conſulis lib. IX. *Appius cenſuit eos, qui Remp. ſalvam eſſë vellent, ad arma vocandos, qui rem impediſſent, in hoſtium numero habendos.* Sed hoc cenſuit, non etiam edixit, repugnante collega. *Abram.*

52. *De ſcripto.*] Rarum fortaſſe, non tamen inſolens de ſcripto dicere ſententiam. Pro Plancio: *Nihil autem me novi, nihil temporis cauſa dicere, nonne etiam illa teſtis eſt oratio, quæ eſt à me prima habita in Senatu,* &c. *Recitetur oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de ſcripto eſt,* &c. lego *propter rei magnitudinem.* Ridiculum eſt enim putare Ciceronem propter orationis longitudinem

P. B. teſtimonium patriæ conſervatæ dedit? cujus ſententiam ita frequentiſſimus ſenatus ſecutus eſt, ut unus diſſentiret hoſtis: idque ipſum tabulis publicis mandaretur, ad memoriam poſteri temporis ſempiternam: vel quod eſt poſtridie decretum in curia, populi ipſius Romani & eorum, qui ex municipiis convenerant, admonitu, ne quis de cælo ſervaret? ne quis moram ullam afferret? ſi quis aliter feciſſet, eum planè everſorem reipublicæ fore, idque ſenatum graviſſimè laturum: & ut ſtatim de ejus facto 53 referretur? Qua gravitate ſua, cùm frequens ſenatus nonnullorum ſcelus audaciamque tardaſſet; [a] tamen illud addidit, ſi diebus [b] quinque, quibus agi de me potuiſſet, non eſſet actum, redirem in patriam, dignitate omni recuperata.

a *ita Vict. alii* tum.
b iis quibus *MS.*

LXII. DECREVIT eodem tempore ſenatus, ut iis, qui ex tota Italia ſalutis meæ cauſâ convenerant, agerentur gratiæ: atque ut iidem ad res redeuntes, ut venirent, rogarentur.
130 Hæc erat ſtudiorum in mea ſalute contentio: ut ii, qui à ſenatu de me rogabantur, iidem ſenatui pro me ſupplicarent. Atque ita in his rebus unus eſt ſolus inventus, qui ab hac tam impenſa voluntate bonorum palàm diſſideret, ut etiam Q. Metellus conſul, qui mihi vel maximè ex magnis contentionibus reipublicæ fuiſſet inimicus, de mea ſalute retulerit. 54 Qui excitatus ſumma cum auctoritate, P. Servilii quadam

nem de ſcripto dixiſſe, quaſi ex memoria vel ex tempore dicenti verba eſſent defutura lib. IV. ad Atticum epiſt. 2. *Propoſita Marcellini ſententia quam ille de ſcripto dixerat.* Non igitur primus id inſtituit Auguſtus, quantumvis Tranquillus in Octavio cap. 14. innuere videatur. *Abram.* Nihil ad hæc exemplum Suetonii. ſententiam de rebus gravioribus de ſcripto ſæpe dicebant. Tabulam, cui eam inſcripſerant, vocabatur *periculum.* Hinc in cod. *de ſententiis ex periculo recitandis*, hoc eſt, ut Cicero dixit, de ſcripto dicendis, de hoc multa Cl. Salmaſius de Modo Uſurarum p. 671. & ſeqq. *Grævius*

53. *Referretur.*] In ſenatu: ut, quid agendum in illum eſſet, decerneretur. de Serrani tribuni pl. interceſſione relatum eſſe, legimus in epiſtolis ad Atticum. ſic etiam de tribunorum pl. facto, qui ſenatûs conſulto de Galliis interceſſerant, relatum eſſe, Cæſar his verbis libro I. de Bello Civili ſcriptum reliquit: *Refertur confeſtim de interceſſione tribunorum, dicuntur ſententiæ graves, ut quiſque acerbiſſime crudeliſſiméque dixit, ita quam maxime ab inimicis Cæſaris collaudatur.* hac tota de re meminit Cicero & in ea poſt Reditum in Senatu. *P. Manut.*

54. *Qui excitatus ſumma cum auctoritate P. Servilii.*] In vetere libro, *ſumma cum auctoritate veſtra.* Urſin.

55. Et

dam gravitate dicendi, cùm ille omnes propè ab inferis evocaſſet Metellos, & ad illius generis, quod ſibi cum eo commune eſſet, dignitatem, propinqui ſui mentem à Clodianis latrociniis reflexiſſet: cúmque eum ad domeſtici exempli memoriam, [55] & ad unum dicto citius Metelli caſum vel glorioſum, vel gravem convertiſſet: collacrymavit, ut vir egregius ac verè Metellus, totumque ſe P. Servilio dicenti etiam tum tradidit: nec illam divinam gravitatem, plenam antiquitatis, diutius homo ejuſdem ſanguinis potuit ſuſtinere, & mecum abſens c beneficio rediit in gratiam. Quod certè, ſi eſt aliquis ſenſus in morte præclarorum virorum, cùm omnibus Metellis, tum verò uni viro fortiſſimo & præſtantiſſimo civi gratiſſimum, fratri ſuo, fecit, ſocio laborum, periculorum, conſiliorum meorum.

c beneficio meo *Man.* P. XXVI. b. 131

LXIII. Reditus verò meus qui fuerit, quis ignorat? quemadmodum mihi advenienti tamquam totius Italiæ atque ipſius patriæ dexteram porrexerint Brundiſini; [56] cùm ipſis

55. *Et ad unum dicto citius Metelli caſum.*] Faërnus, *& ad unum Numidici Metelli caſum.* quod cur ita mutandum eſſet, dicebat Pantagathus ſe non videre: tolluntur enim duo verba, quæ faciunt mire ad emphaſin, ut pro iis reponatur verbum ſupervacaneum & longe abſimile ab imagine priorum litterarum. Suffragatur autem antiquæ lectioni cùm illud *excitatus*, tum illa infrà, *dicenti etiam tum*, & poſtea, *diutius*. Urſin. *Ad unum dicto citius Metelli caſum.*] Optima eſt non modo interpretandi ratio, verum etiam corrigendi, cum ſimilia ſimilibus conferuntur. videbam in tribus illis dictionibus, *Unum dicto citius*, latere mendum: nec tamen aut ex ſcriptis libris, aut ex ingenio ſinceram lectionem aſſequebar. recurri ad ſimilem locum in oratione poſt Reditum in Senatu. legi: continuo veritas illuxit. intellexi enim, ubi nunc eſt in omnibus impreſſis libris, *Ad unum dicto citius Metelli caſum*, reponendum eſſe, *Ad Numidici illius Metelli caſum.* quod ut aliis quoque ita videatur, verba ſubſcribam, quæ ſunt in oratione poſt Reditum: *Ut haberet in conſilio & fratrem ab inferis ſocium rerum mearum, & omnes Metellos, præſtantiſſimos cives, ex Acheronte excitatos, in quibus Numidicum illum Metellum, cujus quondam de patria diſceſſus honeſtus ipſi, bonis omnibus luctuoſus viſus eſt.* Solet autem Cicero, cum de Numidico Metello mentionem facit, eum hoc prænomine, *ille*, inſignire, utpote Metellorum omnium præſtantiſſimum. ſic in oratione pro Archia: *Erat temporibus illis jucundus Q. Metello illi Numidico & ejus Pio filio.* P. Minut.

56. *Cum ipſis nonis Sext.*] Libenter ita legerim. *Cum ipſis nonis Sextilibus idem dies adventus mei fuiſſet natalis: idem cariſſimæ filiæ,* &c. *idem etiam ipſius coloniæ Brunduſinæ: idem & Salutis.* Ut quatuor nata-

ipſis nonis Sext. [57] idem dies adventûs mei fuiſſet reditûsque, natalis idem cariſſimæ filiæ (quam ex graviſſimo tum primùm deſiderio luctuque conſpexi) [58] idem etiam ipſius coloniæ Brundiſinæ idemque [d] Salutis. cúmque me domus eadem optimorum & doctiſſimorum virorum, Lenii Flacci & patris & fratris ejus, lætiſſima accepiſſet, quæ proximo anno mærens receperat, & ſuo præſidio periculoque defenderat? cúmque itinere toto urbes Italiæ feſtos dies agere adventûs mei videbantur? viæ multitudine legatorum undique miſſorum celebrabantur? ad urbem acceſſus incredibili hominum [e] multitudine & gratulatione florebat? iter à porta [59] in Capitolium adſcen-

d *ita Manut. alii aliter.*

e mult. & *deſunt in edd. vett.*

natales enumerari videantur. Primus, reditus Ciceronis, quo die Cicero, qui mortuus erat civiliter, ut loquuntur Juriſconſulti, renatus eſt civitati: ſecundus, natalis Tulliæ: tertius, coloniæ Brunduſinæ: quartus Salutis, id eſt, dedicatio ædis Salutis. Certe lib. III. ad Atticum epiſt. 20. diem quo ab exilio reverſus erat *natalem ſui reditus* appellat, *Ad quæ recuperanda per fortunas, ut facis, diemque natalem reditus mei cura, ut in tuis ædibus amœniſſimis agam tecum.* Quod fortaſſe verbum *reditus* à ſcholiaſte quopiam ex ea epiſtola prolatum & margini adſcriptum, deinde per oſcitantiam librariorum in textum irrepſerit. Renaſci ſiquidem dicebantur ab exilio redeuntes. Papinius III. Sylvarum Lacrymis Hetruſci:

Quas tibi devoti juvenes pro patre renato
Summe Ducum grates, aut quæ pia vota rependunt?

Claudianus de Bello Getico:

. . . . *tectisque ſuis redduntur & agris*
Damnati fato populi virtute renati.

Quod ante me Gevartius in primum Sylvarum annotavit. *Abram.*

57. *Idem dies adventus mei fuiſſet reditusque, natalis idem.*] Haud aliter S. Victoris liber, item editio P. Victorii; niſi quod ii, *reditus qui natalis, idem &c.* Paulus Manutius heic ſecutus eſt ingenium, ſuum etiam Lambinus, apud quem videatur item conjectura Petri Fabri. *Grut.*

58. *Idem etiam ipſius coloniæ Brunduſinæ, idem ut ſcitis.*] Ita eſt in vulgatis. Ant. Auguſtinus legit *Brunduſinæ deductionis:* verum quidem, ſed longe ab imagine veteris ſcripturæ & à dicendi modo, *natalis deductionis:* aptius eſſet, *natalis coloniæ.* Pantagathus ex prima libri IV. ad Atticum epiſtola ita hunc locum legebat: *Cum ipſis Nonis Sext. idem dies adventus mei fuiſſet, qui natalis idem cariſſimæ filiæ, quam ego graviſſimo tum primum deſiderio luctuque conſpexi: idem etiam ipſius coloniæ Brundiſinæ: idem & Salutis:* ut *reditus* ſit ſcholium *adventus:* & ſalutis Augurium in Quirinali vicinum Attico notetur. *Urſin.*

59. *In Capitolium.*] Primum enim ad agendas Jovi Optimo Maximo gratias ivit, quod ſe patriæ compotem feciſſet: deinde ad ſuos

adſcenſus, domum reditus erat ejuſmodi, ut ſumma in lætitia illud dolerem, civitatem tam gratam, tam miſeram atque oppreſſam fuiſſe?

Habes igitur, quod ex me quæſiſti, qui eſſent optimates. 132 non eſt natio, ut dixiſti: quod ego verbum agnovi: eſt enim illius, à quo uno maximè P. Sextius ſe oppugnari videt, hominis ejus, qui hanc nationem deleri & concidi cupivit: qui C. Cæſarem, mitem hominem & à cæde abhorrentem ſæpe increpuit, ſæpe accuſavit, cùm affirmaret, illum numquam, dum hæc natio viveret, ſine cura futurum. nihil profecit de univerſis: de me agere non deſtitit: me oppugnavit primùm [60] per indicem Vettium, quem in concione de me & de clariſſimis viris interrogavit. P. B. in quo tamen eos cives conjunxit eodem periculo & crimine, ut à me inierit gratiam, quòd me cum ampliſſimis & fortiſſimis viris congregavit.

LXIV. SED POSTEA mihi, nullo meo merito; niſi 133 quod bonis placere cupiebam, omnes eſt inſidias ſceleratiſſimè machinatus. Ille ad eos, à quibus audiebatur, quotidie [61] aliquid f defecti afferebat: ille hominem mihi amiciſſimum, Cn. Pompejum, monebat, ut meam domum metueret atque à me ipſo caveret: ille ſe ſic cum inimico meo copularat, ut illum [62] meæ proſcriptionis, quam adjuvabat Sex. Clodius, homo iis digniſſimus, quibuſcum vivit, tabulam eſſe, ſe ſcriptorem diceret: ille unus ordinis noſtri diſceſſu meo, luctu veſtro palàm exſultavit. de quo ego, cùm quotidie rueret, verbum feci, judices, numquam: neque putavi, cùm omnibus machinis ac tor-

f de me *Abram.*

ſuos penates à Capitolio revertit: ad Atticum lib. IV. *P. Manutius.*

60. *Per indicem Vettium.*] *Judicem* hîc & in Vatinium ſcribendum eſt ex auctoritate veterum nummorum, in quibus *T. Vettius Judex* notatus eſt. *Urſin.*

61. *Aliquid defecti.*] Non agnoſco Latinam vocem: & apparet mendum. tribus modis corrigi poteſt, *aliquid ficti*, *aliquid effecti*, *aliquid de me ficti*. ex his correctionibus, quia non differunt in ſententia, eam probari maxime velim, quam libri ſcripti comprobabunt, aut cum qua minimum diſſentient. *P. Manut.*

62. *Mea proſcriptionis.*] Odioſo verbo eſt uſus, & quo funeſta civilium proſcriptionum memoria renovatur, qua Marius primum, tum etiam Sulla uſus eſt, cum ſuâ potentiâ leges oppreſſiſſent. Fuit autem Sex. Clodius peritus pragmaticus & artifex legum ſcribendarum: isque legem de Ciceronis exſilio perſcripſit. *Idem.*

tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnarer, de uno
g illi diſp. alii. gittario me queri convenire. Acta mea g ſibi ait diſpli
re: quis neſcit? qui legem h eam contemnat, quæ d
h alii non habent eam. cidè vetat, gladiatores biennio, [63] quo quis petierit,
petiturus ſit, dare?

134 In quo ejus temeritatem ſatis mirari, judices, 1
queo. facit apertiſſimè contra legem: facit is, qui ne
elabi ex judicio jucunditate ſua, neque emitti gratiâ pot
neque opibus & potentiâ leges ac judicia perfring
Quæ res hominem impellit, ut ſit tam intemperans?
[64] nimiâ gloriæ cupiditate familiam gladiatoriam, cre
nactus eſt, ſpecioſam, nobilem, glorioſam. norat ſtu
populi: videbat clamores & concurſus futuros. Hac
ſpectatione elatus homo, flagrans cupiditate gloriæ,
nere ſe non potuit, quin hos gladiatores induceret, q
i & non habet Manut. rum eſſet ipſe pulcherrimus. Si ob eam cauſam peccat
i & pro recenti populi Romani in ſe beneficio, popu
P. XXVI. c. ſtudio elatus: tamen ignoſceret nemo. cùm verò ne
venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis e
ptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & ſortitò alios Sa
nites, [65] alios Provocatores fecerit, tanta licentia, ta
k ne non hab. ſ. e. non pert. alii. legum contemptio, k nonne quem habitura ſit exitu
pertimeſcit?

63. *Quo quis petierit.*] *Petat*, Pantagathus, & recte: nam in tinium dixit: *Cum mea lex dilucidè vetet, biennio quo quis petat titurusne ſit, gladiatores dare.* paullo infra, *Accipite aliud etiam tius*, pro *aliquid*. & dicit *ſe non gladiatores, ſed unam venati dare*, pro *unum gladiatorem dare*; idem Pantagathus emend *Urſin.*

64. *Nimia gloriæ cupiditate.*] Εἰρωνικῶς. Nam gloriæ cupi laudi vertebatur. *Hotom.* Hæc minime εἰρωνικῶς dicuntur. *gloria* ſæpe notat cupiditatem dignitatum & magiſtratuum, ut tim *flagrans cupiditate gloriæ.* Juſtin. VI. 8. de Epaminonda:

Gloriæ quoque non cupidior quàm pecuniæ.

Veræ gloriæ utique cupidus erat, ſed non affectabat imperi magiſtratus, qui omnes ei ſunt geſti. Juven. Sat. X. 187.

Has toties optata exegit gloria pœnas.

Ubi, cum ſequentia legeris, videbis quæ ſit illa gloria, dign tum ſcilicet ſitis. *Petron.*

Hos gloria reddit honores.

Eodem ſenſu eſt affectatio imperii. Vera autem gloria quæ ſi de apud Cic. X. ad Fam. 6. & 10. ad Plancum. Videtur hæc i vocis notio manaſſe à vulgo, qui in dignitate putabat glo verti, æquè ut divites appellarunt beatos. *Gravius.*

65. *Alios provocatores.*] Conſule Lipſium lib. II. Saturn. monum cap. 11. *Gruter.*

66.

habet defenſiones duas: primùm, Do, inquit, 135
ios: lex eſt ſcripta de gladiatoribus. Feſtivè. Acci-
.quid etiam acutius. dicit ſe [66] non gladiatores, ſed
gladiatorem dare & totam ædilitatem in munus
anſtuliſſe. Præclara ædilitas. unus leo: ducenti be-
Verùm utatur hac defenſione: cupio eum ſuæ cau-
ıfidere. Solet enim tribunos plebis appellare & vi
ım diſturbare, cum diffidit. quem non tam admi-
uòd meam legem contemnat, hominis inimici,
quòd ſe ſtatuit omnino conſularem legem nullam
. [67] l Aciliam, Didiam, Liciniam, Juniam con- l Anciliam
t. Etiamne ejus, quem ſua lege & ſuo beneficio *MS.*
ım, munitum, armatum ſolet gloriari, C. Cæſaris
de pecuniis repetundis non putat eſſe legem? Et
alios eſſe, qui acta Cæſaris reſcindant, cùm hæc
a lex, & ab illo [68] ſocero ejus m & ab hoc aſſecula, ne- m & hoc
ır? aſſecla *alii.*

LXV. Et

Non gladiatores.] Vox *gladiatores* ambigua eſt: modo enim es ipſos in arena pugnantes ſignificat, modo ipſum ludum, ·tius munus quod populo exhibetur. Cicero lib. II. ad Att. *Gladiatoribus qua dominus, qua advocati ſibilis conſciſſi.* Phi- I. 36. *Et populi quidem Romani judicia multa ambo habetis, vos non ſatis moveri permoleſtè fero. Quid enim gladiatoribus s innumerabilium civium? quid populi concurſus? quid Pompeji ·lauſus infiniti?* Hanc ille vocem ex uno ſenſu ad alterum :rebat, dicebatque lege Tullia tantummodo prohiberi, ne tores, id eſt, plura gladiatorum munera darentur; ac e ſe lege Tullia non teneri, quia non plura, ſed unicum, id eſt, ut inſulſe interpretabatur, unum gladiatorem de- In quo hallucinabatur, nunquam enim *gladiator* pro ludo, *diatores* numero multitudinis uſurpant. Pantagathus & ex vius Urſinus verba, *unum gladiatorem*, delent, & eorum *nam venationem* intrudunt. Tam pronum eſt auctores, quos .telligimus, corrumpere. *Abram.*

Aciliam, Didiam.] Emendant alii *Cæciliam, Didiam.* & be- dem. Nam præterquam quod eam Philipp. v. epiſt. 9. lib. II. icum, pro Domo *Cæciliam*, non *Aciliam* appellat, aucto- ım nomen id evincit: fuit enim lata à Q. Cæcilio Metel- Tit. Didio Conſulibus, quæ jubebat ut in ferendis legibus dinum ſervaretur, id eſt, per tres nundinas recognoſcen- ›lice proponerentur. *Idem.*

Socero.] L. Piſone, Macedoniam obtinente, cujus filiam rniam Cæſar in conſulatu duxit uxorem, ſuamque filiam ı Pompejo collocavit, ut ſuam potentiam novis affinitati- gerer. quod evenit. hac de lege à Piſone neglecta, quia ditis pecuniis jus in liberos populos dixit, mentio fit in

 ora-

n accuſator deeſt in MSS. & edd. vett.

LXV. ET COHORTARI auſus eſt [n] accuſator in hac cauſa vos, judices, ut aliquando eſſetis ſeveri, aliquando medicinam adhiberetis reipublicæ. Non eſt ea medicina, cùm ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur atque integræ: carnificina eſt iſta & crudelitas. hi medentur reipublicæ, qui exſecant peſtem aliquam, tamquam ſtrumam

136 civitatis. Sed, ut extremum habeat aliquid oratio mea, & ut ego antè dicendi finem faciam, quàm vos [o] me tam attentè audiendi; concludam illud de optimatibus eorumque principibus ac reipublicæ defenſoribus: voſque, adoleſcentes, &, qui nobiles eſtis, ad majorum veſtrûm imitationem excitabo, & qui ingenio & virtute nobilitatem poteſtis conſequi, ad eam rationem, in qua multi homines [p] novi & honore & gloriâ floruerunt, cohortabor.

o me attente *alii.*

p novi *deeſt in MSS.*

137 Hæc eſt una via, mihi credite, & laudis, & dignitatis, & honoris: à bonis viris, ſapientibus & bene naturâ conſtitutis, laudari & diligi: noſſe deſcriptionem civitatis, à majoribus noſtris ſapientiſſimè conſtitutam: qui, cùm regum poteſtatem non tuliſſent, ita magiſtratus annuos creaverunt, ut conſilium ſenatûs reipublicæ proponerent ſempiternum: deligerentur autem [q] in id conſilium [69] ab univerſo populo, aditusque in illum ſummum ordinem

P. B.

q in *deeſt in MSS.*

oratione de Provinciis, & in Piſonem, & pro Domo ſua. *P. Manutius.*

69. *Ab univerſo populo.*] De hoc inſtituto, ut populus univerſus Senatores deligeret, nihil equidem memini me legiſſe. Quare *ab* pro *ex* poſitum putarem: ut ſit; Deligerentur ex quovis ordine & genere civium: & idem bis aliis atque aliis verbis dictum eſſet, ut ſæpe alibi, & in Vatinia: *Adeone tibi ſordidum conſilium publicum viſum eſt, adeo adflictus ſenatus?* Porro notandum eſt, ante creatos Cenſores, Conſule uno nominante, creari à populo Senatores ſolitos. poſtea Cenſores cooptare in ſenatum inſtituerunt, qui ætate & rerum uſu prudentiâque idonei viderentur. *At poſterius*, inquit, deplorans Plinius, *laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit: poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, judex fieri cenſu, magiſtratum ducemque nihil magis exornaret*, &c. Hotom. *Deligerentur.*] Plebeii adſciti & allecti in Senatum, (vide Livium lib. II. Dionyſium lib. V. & alios paſſim) cum ante ad eum ordinem aditus ſolis Patriciis patuiſſet. Hinc, auctore Feſto, Senatûs illa compellatio ſolemnis. *Quique patres, quique conſcripti.* Patres Senatores fuerunt è Patriciis orti, Conſcripti, qui è plebe fuerant in ampliſſimum ordinem adlecti. *Abram.* Non puto antiquiſſima illa tempora, cum ſenatores legerentur à populo, reſpexiſſe Tullium, ſed cum loquatur de præſenti reip. Romanæ for-

ɪmnium civium induſtriæ ac virtuti pateret. ſena-
ːipublicæ cuſtodem, præſidem, propugnatorem
averunt: hujus ordinis auctoritate uti magiſtratus,
ſi miniſtros graviſſimi conſilii eſſe voluerunt: ſena-
item ipſum, proximorum [r] ordinum ſplendore con- r hominum
i: plebis libertatem & commoda tueri atque au- iid. MSS.
'oluerunt.

VI. Hæc qui pro virili parte defendunt, opti- 138
ſunt, cujuſcumque ſint ordinis: qui autem præci-
is cervicibus tanta [s] munia atque rempublicam ſu- ſ munera
:, ii ſemper habiti ſunt optimatium principes, au- MS.
& conſervatores civitatis. Huic hominum generi
, [t] ut antè dixi, multos adverſarios, inimicos, in- t ut antè
eſſe, [70] multa proponi pericula, multas inferri in- dixi deſunt
, magnos eſſe [v] experiundos & ſubeundos labores: in MS.
hi omnis oratio eſt cum virtute, non cum deſidia: v excipiendos MS.
.ignitate, non cum voluptate: cum iis, qui ſe pa-
ɪui ſuis civibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui ſomno,
viviis, & delectationi natos arbitrantur. Nam, ſiqui x dicantur edd. vett.
atibus [x] ducuntur, & ſe vitiorum illecebris & cu- y nec MS.
um lenociniis dediderunt: miſſos faciant honores: z laborum patientes
ɪingant rempublicam: patiantur viros fortes [71] [z] la- frui MSS.
ſe otio ſuo perfrui. & edd. vett.

.utem bonam famam bonorum, quæ ſola verè glo- 139
minari poteſt, expetunt, aliis otium quærere de-
k voluptates, non ſibi. ſudandum eſt his pro com-
ɪus commodis, adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ ſæ-
ɪ republica tempeſtates: cum multis audacibus, im-
, nonnumquam etiam potentibus, dimicandum.
Hæc

quam noſſe debebant omnes cives, procul dubio ſcripſit,
t Hotomannus vidit, *ex univerſo populo*, idque ſequentia
atis aperte oſtendunt, quibus horum quaſi ſententiam ex-
Grævius.

Multa proponi pericula, multas inferri injurias.] Ven. *multas inſidias.* Camerar.

Laborum patientes.] Certiſſimum eſt in quibuſdam antiquis
uſcriptis ita legi. In quibuſdam etiam ſic: *Labore, ſe otio
rui.* quod ſine dubio recipiendum eſt. nam ſenſus eſt, viris
s laborem relinquant, ſibi otium habeant. *Hotom.* MSS.
Ianutius inſpexit, *patiantur viros fortes laborum patientes fie-*
anc. MS. *patiantur viros fortes laborum patientes frui.* Unde
: Nic. Rubenius, gente Suecus, vir doctiſſimus, ſcripſiſſe
n, *patiantur viros fortes labore patienter frui*, eleganter ſane.

 72. Ac

a clarorum *MS.*

P. XXVII.

Hæc audivimus de [a] clariſſimorum virorum conſiliis & factis: hæc accepimus, hæc legimus. neque eos in laude poſitos videmus, qui incitarunt aliquando populi animos ad ſeditionem, aut qui largitione cæcarunt mentes imperitorum, aut qui fortes & claros viros & bene de republica meritos in invidiam aliquam vocaverunt. Leves hos ſemper noſtri homines, & audaces, & malos, & perniciosos cives putaverunt. At verò qui horum impetus & conatus repreſſerunt: qui auctoritate, qui fide, qui conſtantiâ, qui magnitudine animi, conſiliis audacium reſtiterunt: ii graves, ii principes, ii duces, ii auctores hujus [b] ordinis & dignitatis atque imperii ſemper habiti ſunt.

b ordinis & *deeſt in aliis.*

140 LXVII. Ac, ne quis ex noſtro aut aliquorum præterea caſu hanc vitæ viam pertimeſcat: unus in hac civitate, quem quidem ego poſſim dicere, præclarè vir de republica meritus, L. Opimius, indigniſſimè concidit: cujus monumentum celeberrimum in foro, ſepulchrum deſertiſſimum in littore Dyrrhachino relictum eſt. Atque hunc tamen flagrantem invidiâ propter interitum C. Gracchi ſemper ipſe populus Romanus periculo liberavit. alia quædam civem egregium iniqui judicii procella pervertit. ceteri verò aut repentina vi perculſi ac tempeſtate populari, per populum tamen ipſum recreati ſunt atque revocati: aut omnino invulnerati inviolatique vixerunt. At verò ii, qui ſenatûs conſilium, qui auctoritatem bonorum, qui inſtituta majorum neglexerunt, & imperitæ [c] aut concitatæ multitudini [d] jucundi eſſe voluerunt: omnes ferè reipublicæ pœnas aut præſenti morte, aut turpi exſilio dependerunt.

c atque *MS.*

d jucundi *deeſt in MS.*

141 Quòd ſi apud Athenienſes, homines Græcos, longè à noſtrorum hominum gravitate disjunctos, non deerant qui rempublicam contra populi temeritatem defenderent, cùm omnes, qui ita fecerant, è civitate ejicerentur: ſi Themiſtoclem illum, conſervatorem patriæ, non deterruit à republica defendenda nec Miltiadis calamitas, qui illam

72. *Ac ne quis ex noſtro &c.*] Uſque: *civem egregium* deſunt in Franc. Dreſd. & edd. vett. Pericope vero hæc in illis ſic legitur: *Ii principes, ii duces, ii auctores hujus ordinis & dignitatis atque imperii ſemper habiti ſunt, & ſi quos eorum aut iniqui judicii quædam procella evertit, aut aliqua vis tempeſtate perculit popularis.* In Franc. legitur: *aliqua repentina vis atque tempeſtas perculit popularis.* Græv.

73. Fu-

illam civitatem paullò antè ſervarat, nec Ariſtidis [73] fuga, qui unus omnium juſtiſſimus fuiſſe traditur: ſi poſtea ſummi ejuſdem civitatis viri, quos nominatim appellari non eſt neceſſe, propoſitis tot exemplis iracundiæ levitatisque popularis, tamen ſuam rempublicam illam defenderunt: quid nos tandem facere debemus, primùm in ea civitate nati, unde orta mihi gravitas & magnitudo animi videtur? tum in tanta gloria inſiſtentes, ut omnia humana leviora videri debeant? deinde, ad eam rempublicam tuendam aggreſſi, quæ tanta dignitate eſt, ut eam defendentem occidere non aliud ſit, quam oppugnantem rerum potiri? P. B.

LXVIII. Homines Græci, quos antea nominavi, 142 iniquè à ſuis civibus damnati atque expulſi, tamen, quia bene ſunt de ſuis civitatibus meriti, tantâ hodie gloriâ ſunt, non in Græcia ſolùm, ſed etiam apud nos atque in ceteris terris, ut eos, à quibus illi oppreſſi ſunt, nemo nominet: horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant. Quis Carthaginenſium pluris fuit Annibale, conſilio, virtute, rebus geſtis: qui [e] unus cum tot imperatoribus noſtris per tot annos de imperio & de gloria decertavit? hunc [f] ſui cives [g] è civitate ejecerunt: nos etiam hoſtem litteris noſtris & memoriâ videmus eſſe celebratum.

[e] vobiſcum tot annos de *MS.*
[f] ſi *alii malè.*
[g] de *edd. vett.*

143 Quare imitemur noſtros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, [74] Lentulos, Æmilios, innumerabiles alios, qui hanc rem-

73. *Fuga.*] Græcis φυγή. fuit tamen, ſi propriè loquamur, inter φυγὴν & ὀστρακισμὸν diſtinctio. Plato in Gorgia, loquens de Cimone: *Οὐκ ἐξωστράκισαν αὐτὸν οὗτοι οὓς ἐθεράπευεν, ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς, καὶ Θεμιστοκλέα ταῦτα ἐποίησαν, καὶ φυγῇ προσεζημίωσαν; Nonne cum iidem, quos ille colebat, ejecerunt teſtularum ſuffragio, ut ejus vocem toto decennio non audirent? Et eadem Themiſtocli fecerunt, eumque inſuper fugâ mulctaverunt.* Interpres Ariſtophanis in Equitibus, cujus verba Suidas exſcripſit: *Διαφέρει δὲ φυγῆς ὀστρακισμός. ὅτι τῶν μὲν φυγῆς ἁλόντων αἱ οὐσίαι δημεύονται. τῶν δὲ ὀστρακισμῷ ἀποστάντων οὐκ ἀφαιρεῖται τὰ χρήματα ὁ δῆμος. καὶ τοὺς μὲν χρόνος ἐνδείκνυται καὶ τόπος. οἱ δὲ φεύγοντες οὐδέτερον τούτων ἔχουσιν. Fuga differt ab oſtraciſmo: quod fugientium bona publicantur. At eorum qui oſtraciſmo diſcedunt, bona populus non eripit. Et his quidem tempus & locus inducitur: fugientes autem neutrum habent.* In Veſpis tamen Thucydides, quem oſtraciſmo ejectum fuiſſe conſtat, φεύγων dicitur. Vide Interpretem. *Abram.*

74. *Lentulos.*] Eum fortaſſe, qui ſenatûs princeps fuit: quem ſæpe

rempublicam ſtabiliverunt: quos equidem in deorum immortalium cœtu ac numero repono. amemus patriam, pareamus ſenatui, conſulamus bonis: præſentes fructus negligamus, [h] poſteritatis gloriæ ſerviamus: id eſſe optimum putemus, quod erit rectiſſimum: ſperemus [i] quæ [k] volumus, ſed quod acciderit feramus: cogitemus denique, corpus virorum fortium magnorumque hominum eſſe mortale: animi verò motus & virtutis gloriam ſempiternam: neque hanc opinionem ſi in illo ſanctiſſimo Hercule conſecratam videmus, cujus corpore [l] ambuſto, vitam ejus & virtutem [m] immortalitas excepiſſe dicitur, minùs exiſtimemus, eos, qui hanc tantam rempublicam ſuis conſiliis aut laboribus aut auxerint, aut defenderint, aut ſervarint, eſſe immortalem gloriam [n] conſecutos.

h poſteritati & *alii.* i quod *MS.* k voluerimus *alius MS.* l combuſto *MSS. & edd. vett.* m immortales *MS.* n *ita Vict. alii* conſecuturos.

144 LXIX. Sed me repentè, judices, de fortiſſimorum & clariſſimorum civium dignitate & gloria dicentem, & plura etiam dicere parantem, horum adſpectus in ipſo curſu orationis repreſſit. Video P. Sextium, meæ ſalutis, veſtræ auctoritatis, publicæ cauſæ [75] defenſorem, propugnatorem, auctorem, reum: video hunc prætextatum ejus filium oculis lacrymantibus me intuentem: video Milonem, vindicem veſtræ libertatis, cuſtodem ſalutis meæ, ſubſidium afflictæ reipublicæ, exſtinctorem domeſtici latrocinii, repreſſorem cædis quotidianæ, defenſorem templorum atque tectorum, præſidium curiæ, ſordidatum & reum: video P. Lentulum, cujus ego patrem, deum ac parentem ſtatuo fortunæ ac nominis mei & fratris rerumque noſtrarum, in hoc miſero ſqualore

P. XXVIII.

ſæpe Cicero commemorat. ſed hic ætate poſt Æmilium fuit. ut fortaſſe, *Catones*, verius fuerit, ſed litteræ nimium differunt. vide de Nat. Deor. lib. II. ubi non Lentulum nominat, ſed Catonem. *P. Manut.*

75. *Defenſorem, propugnatorem, auctorem.*] Nihil video aut iterari aut augeri: ſed ſingulis ſingula referenda & reddenda. Meæ ſalutis defenſorem, veſtræ auctoritatis propugnatorem, publicæ cauſſæ auctorem. *Hotom.* Auctor publicæ cauſæ eſt, qui eam quaſi reip. nomine ſuſcipit. Nam *Auctor* interdum eſt qui pro alio gerit ac agit, ut docet J. Fr. Gronovius IV. de Pec. Vet. c. 3. Hinc Feſtus ait: *Cognitor eſt, qui litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt: Procurator autem abſentis nomine auctor fit.* Hinc auctor civitatis ſuperius pro Flacco: *Nam ut ſignum publicum inſpexit præclarus ille auctor ſuæ civitatis, ſolere ſuos cives ceterosque Græcos, ex tempore quod opus ſit, obſignare ait.* GRÆV.

76. Rapta-

lore. & ſordibus: cui ſuperior annus idem & virilem, patris; & prætextam, populi judicio, togam dederit, hunc hoc anno in hac toga rogationis injuſtiſſimæ ſubitam acerbitatem pro patre fortiſſimo & clariſſimo cive deprecantem.

Atque hic tot & talium civium ſqualor, hic luctus, 145
hæ ſordes, ſuſceptæ ſunt propter unum me, quia me defenderunt, quia meum caſum luctumque doluerunt, quia me lugenti patriæ, flagitanti ſenatui, poſcenti Italiæ, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum eſt in me ſcelus? quid tantoperè deliqui illo, illo die, cùm ad vos indicia, litteras, confeſſiones communis exitii detuli? cùm parui vobis? At, ſi ſceleſtum eſt amare patriam, o periculi
o pertuli pœnarum ſatis: everſa domus eſt, fortunæ vexa- *Lamb.*
tæ, diſſipati liberi, [76] raptata conjux, frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito, maximo in ſqualore volutatus eſt ad pedes inimiciſſimorum: ego pulſus aris, focis, diis penatibus, diſtractus à meis, carui patriâ, quam (uti leviſſimè dicam) certè texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, ſcelus infidelium, fraudem invidorum. P. B.

Si hoc non eſt ſatis, quòd hæc omnia delata videntur 146
reditu meo: multo mihi, multo, inquam, judices, præſtat, in eandem illam recidere fortunam, quam tantam importare meis defenſoribus & conſervatoribus calamitatem. An ego in hac urbe eſſe poſſim, his pulſis, qui me hujus urbis compotem fecerunt? non ero. non potero eſſe, judices: neque hic umquam puer, qui hic lacrymis, quâ ſit pietate, declarat, amiſſo patre ſuo propter me, me ipſum incolumem videbit: nec, quotieſcumque me viderit, ingemiſcet, ac peſtem ſuam & patris ſui ſeſe dicet videre. Ego verò vos in omni fortuna, quæcumque erit oblata, complectar: nec me ab iis, quos meo nomine ſordidatos videtis, umquam ulla fortuna divellet: neque eæ nationes, quibus me ſenatus commendavit, quibus de me gratias egit, hunc exſulem propter me ſine me videbunt.

Sed hæc dii immortales, qui me ſuis templis advenien- 147
tem [77] receperunt, ſtipatum ab his viris & P. p Lentu- p Lentulus
lo conſul *alii.*

76. *Raptata conjunx.*] *Jactata* quidam: & infrà, *inſidorum* pro *infidelium*, legit Ant. Auguſtinus. *Urſin.*

77. *Receperunt.*] Non debetis cauſſam exeundi illi præbere, quem Dii venientem ſuis templis receperunt. Eodem pene modo An-

 doci-

lo conſule, atque ipſa reſpublica, quâ nihil eſt ſanctius, veſtræ poteſtati, judices, commiſerunt. vos hoc judicio omnium bonorum mentes confirmare, improborum reprimere poteſtis: vos his civibus uti optimis, vos me reſicere & renovare rempublicam. Quare vos obteſtor atque obſecro, ut, ſi me ſalvum eſſe voluiſtis, eos conſervetis, per quos me recuperaviſtis.

docides de Myſteriis: Εἴπερ δεῖ τὰ τῶν θεῶν ὑπονοεῖν, πολὺ ἂν αὐτοὺς οἶμαι ἐγὼ ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν σωζομένους ὑπ' ἄλλων ἀπολλυμένους ὁρῷεν. *Si jus faſque eſt quicquam de rebus divinis ſuſpicari, Deos arbitror multum iraſci & indignari, ſi eos videant aliorum ſententiis eſſe perculſos, quos ipſi ſervaverint.* Abram.

P. XXIX.

M. TULLII CICERONIS IN VATINIUM, ORATIO QUINTA ET TRICESIMA.

ARGUMENTUM.

Vatinius, in Sextii judicio teſtis productus ab accuſatore, acerbum in illum teſtimonium dixerat. Moris autem fuit, ut teſtis primum ab accuſatore, tum etiam à defenſore interrogaretur. idcirco hac oratio inſcribitur Interrogatio. ſed in interrogando licuit oratoribus extra rem multa dicere. Itaque perpetua oratione Cicero graviter & acerbè in Vatinium invehitur. Cic. Fam. IX. Tota vero interrogatio mea nihil habuit aliud niſi reprehenſionem illius tribunatus, in quo omnia dicta ſunt libertate animoque maximo de vi, de auſpiciis, de donatione regnorum. *Hotomannus.* [Habita eſt A. V. C. DCXCVII.]

I. I. SI a TUA tantummodò, 1 Vatini, b quid c indignitas poſtularet, ſpectare voluiſſem, feciſſem id, quod his vehementer placebat, ut te, cujus teſtimonium, pro-

a tua *deeſt in MS.*
b quæ *MSS.*
c dignitas *MSS.*

1. *Vatini.*] Vatiniorum familia fuit plebeja, ut conſtat ex noſtri Vatinii Tribunatu: ad quem aditus patriciis nondum

propter turpitudinem vitæ [2] ſordeſque domeſticas, nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem. nemo enim horum [d] aut ita te refutandum, ut gravem adverſarium, aut ita rogandum, ut religioſum teſtem arbitrabatur. [e] ſed fui paullo [f] in te intemperantior fortaſſe quàm debui. odio enim tui, in quo, etſi omnes propter tuum in me ſcelus, ſuperare debeo, tamen ab omnibus pænè vincor, ſic ſum incitatus, ut, cùm te non minùs contemnerem, quàm odiſſem, tamen [3] vexatum potiùs, quàm deſpectum, vellem dimittere.

d *aut deeſt in MSS.*
e *ſi fui MS.*
f *in te deeſt in MSS. ante alii MSS.*

Quare, ne tibi hunc honorem à me haberi fortè mirere, 2
quòd interrogem, quem nemo congreſſu, nemo aditu, nemo ſuffragio, nemo civitate, nemo luce dignum pu-

dum patebat: cui familiæ contigiſſe videtur, ut quamvis morum turpitudine, odio bonorum, corporis fœditate inſignes eſſent, tamen fœdis adulationibus in principum virorum familiaritatem obreperent. Hunc Vatinium, quaſi alterum Therſitem, Vellejus ita deſcribit: alterum, ejus opinor gentilem, ſi tamen gentem habuerunt, Cornelius Tacitus xv. Annalium: *Apud Beneventum interim conſedit* Nero, *ubi gladiatorum munus à Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdiſſima ejus aulæ oſtenta fuit, ſutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis ſcurrilibus primo in contumelias aſſumptus, deinde optimi cujuſque criminatione eo uſque valuit, ut gratiâ, pecuniâ, vi nocendi etiam malis præemineret.* uſque adeo *mali corvi malum ovum.* Poſterioris Vatinii mentionem frequenter facit Martialis: qui etiam figlinam exercuit, ut ex eo conſtat. unde & illud Juvenalis intelligas:

Tu Beneventani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quatuor. Abram.

2. *Sordes domeſticas.*] Propter nequitiam in re familiari. *Opulentos* (ut alibi ſcribit) *dignos quibus credatur, putant.* Unde locupletes teſtes dicti ſunt. *Hotom.* Quod ſpectat ad ſordes domeſticas. Manutius Vatinii egeſtatem intelligit, de quo in Bruto dixit: *Ex ſummis & fortunæ & vitæ ſordibus Conſul factus eſſet.* Sed hanc interpretationem vix in animum induxero. paulo poſt enim ſubjungit: *Et quoniam pecunias aliorum deſpicis, de tuis divitiis intolerantiſſime gloriaris,* &c. quo fit ut per ſordes domeſticas interpreter lutulenter lutulenta vitia quæ privatis parietibus tegerentur. *Abram.* *Sordes domeſticas* vocat labes & maculas vitæ privatæ, quas olim contraxerat. Inferius vocat *obſcuritatem & ſordes adoleſcentiæ*, quod vicinos compilarit, parietes perfoderit, patrem verberarit. vide cap. 5. *Paſſerat.*

3. *Vexatum.*] Probris jactatum. Gell. II. 6. grave docet eſſe verbum à vehendo deductum inclinatumque, in quo jam ineſt vis alieni arbitrii, neque enim ſuæ poteſtatis eſt, qui vehitur. Cic. V. Verr. *Provincia populata atque vexata.* Et in Catil. *Cum bello vaſtabatur Italia, vexabantur urbes.* Idem.

4. *Etenim.*]

putet: g nulla me ad id cauſa impuliſſet, niſi ut ferocitatem tuam iſtam comprimerem, & h audaciam frangerem, & loquacitatem pauciſſimis interrogationibus irretitam retardarem. 4 Etenim debuiſti, Vatini, etiam ſi falsò veniſſes in ſuſpicionem P. Sextio, tamen mihi ignoſcere, ſi in tanto hominis de me optimè meriti periculo, & tempori i ejus, & voluntati parere voluiſſem.

3 k Sed heſternò pro teſtimonio eſſe mentitum, 5 cùm affirmares nullum tibi omnino cum Albinovano ſermonem non modo de Sextio accuſando, ſed nulla umquam de re fuiſſe, paullò ante imprudens indicaſti, qui & T. Claudium tecum communicaſſe, & à te conſilium P. Sextii accuſandi petiſſe, & Albinovanum, quem antea vix tibi notum eſſe l dixiſſes, domum tuam veniſſe, multa tecum locutum dixeris: denique 6 conciones P. Sextii ſcriptas, quas neque m noſſet, neque reperire poſſet, te Albinovano dediſſe, easque in n hujus judicio eſſe recitatas. In quorum altero es confeſſus, à te accuſatores eſſe inſtructos & ſubornatos: in altero inconſtantiam tuam cùm levitate, tum etiam perjurio implicatam refelliſti: o cùm, quem alie-

g nulla mea cauſa *MSS.*
h audientiam *MS.* *fortè* audentiam.
i ejus *non eſt in MS.*
k Si *MS.* Sed te *Lamb.*
P. B.
l dediſſes *MS. & edd. vett.*
m noſcere *ed. pr.*
n hoc jud. *MSS.*
o cumque alien. *MS.*

4. *Etenim.*] Publ. Sextius, ut Vatinii tanquam inimici teſtimonium elevaret, ſuggeſſerat Ciceroni patrono ſuo Vatinium cum Albinovano & Tito Claudio accuſatoribus ſuis conſilium iniiſſe. Ergo magna eſt tua ferocitas, qui, quod te ſuperiore actione leviter perſtrinxi, tam vehementer exarſeris: neque cauſæ quicquam erat cur indignans ob heſternam orationem, qua Publium Sextium de vi reum defendens te mediocriter laceſſivi, tantas tragœdias excitares. debuiſti enim mihi ignoſcere in te gravius invehenti. Neque enim tam meæ iracundiæ quàm Publ. Sextii voluntati parere cupiebam: cui, etiam ſi falſo ſuſpicatus fuiſſet te odii potius quàm veritatis ſtudio ad teſtimonium dicendum accedere, tamen æquum fuit me obtemperare, præſertim cum de vi accuſatus lege Plautia in ſummo perdendæ civitatis periculo verſaretur is, qui Tribunus plebis ſummo ſuo merito me reſtituit civitati. *Abram.*

5. *Cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinovano ſermonem non modo de Seſtio accuſando, ſed ulla unquam de re.*] Ven. *Sed nulla unquam de re.* Ut ſit ſimile illi in primo de Oratore, ut in Venetis libris, quemadmodum diximus, legitur, *Negaretque, niſi Poſthumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniſſet, mortuus eſſet, heredem eum eſſe non poſſe.* Camer.

6. *Conciones P. Seſtii ſcriptas.*] Turbulentas orationes ad populum exceptas à librariis. *Paſſerat.* Seu à notariis, de quibus conſulatur erudita doctiſſimi Lipſii ad Leſſium epiſtola. Iſidorus: *Notarum uſus erat, ut quicquid pro concione aut in judiciis diceretur, librarii ſcriberent complures.* Abram.

7. *Præ-*

miſſimum à te eſſe dixiſſes, eum domi tuæ fuiſſe: quem
:ævaricatorem p ab initio judicaſſes, ei te, quos rogaſ- p eſſe ab *MS.*
, ad accuſandum libros dixeris dediſſe.

.I. NIMIÙM es vehemens feroxque naturâ: non pu- 4
ſas eſſe verbum ex ore exire cujuſquam, quod non ju-
ıdum & honorificum ad aures tuas q accidat. veniſti q accedat *MSS. & alii.*
:us omnibus: quod ego, ſimulac te adſpexi, priùs quàm
ui cœpiſti, cùm antè Gellius, [8] nutricula ſeditioſorum
omnium,

, *Prævaricator.*] Accuſator qui cum reo colludit. Qui vari- habent dilatatis tibiis modo huc modo illuc ambulando fe- tur. Sic prævaricatores modo in reum, modo pro reo faciunt. *varicator*, ait Cicero, *qui in contrariis cauſis quaſi variè poſitus videatur.* vide l. 1. D. ad Senat. Conſ. Turpill. l. IV. §. 1. D. ıis qui not. Infam. l. 1. D. de Prævaric. *Hotom.*

. *Nutricula.*] Gellius, qui ſeditioſos non ut pater aliquis aut :uus ſevere, ſed ut blanda nutricula mollius & delicatius fo- ıt & quaſi nutriebat. Juvenalis 8.

. . . . *accipiat te*
- *Gallia, vel potius nutricula cauſidicorum*
Africa . . . .

:ur verbo ſequioris ſexûs *nutricula*, non *nutritor*, etiam dimi- ıvo, ut ejus mollitiem & impudicitiam oſtendat, quam Ca- ıs hoc Epigrammate graviter inſectatur:

Quid dicam, Gelli, quare roſea iſta labella, &c.

Gabinium mollem & effœminatum, *ſaltatricem tonſam* in Pi- iana, & de Provinciis Conſularibus *Semiramidem* appellat, ib. I. ad Atticum epiſt. 14. *Duce*, inquit, *filiola Curionis*, id ſilio Curionis. Æmilius Lepidus apud Salluſtium concione tra Sullam: *Fufidius ancilla turpis, bonorum omnium dehoneſta- ım.* Feſtivum & illud II. de Oratore: *Cum Q. Opimius Conſu- , qui adoleſcentulus male audiſſet, feſtivo homini Ægilio, qui vi- r mollior, nec eſſet, dixiſſet.*

. . . . *quid tu, Ægilia mea?*
Quando ad me venis cum tua colu & lana?
. . . . *non pol (inquit) audeo,*
Nam me ad famoſas vetuit mater accedere.

Torquatus inſectatus eſt mollitiem Hortenſii, cum *non jam ionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam Dionyſiamque eum, no- ıa ſaltatricula nomine, appellaret.* ut refert Gellius lib. I. Noct. c. cap. 5. ſic Pomponius apud Chariſium lib. I. *Mimativa* , alludens ad vinolentiam vetularum. ſic & Philippus ille ımineus hiſtoriæ Gallicæ lumen Coneſtabilem à S. Paulo bel- ıuod inter Ludovicum undecimum & Carolum Burgundiæ em exarſit, *cauſam & nutriculam* appellat. *Il étoit cauſe & vraye rice de cette guerre.* Curculio Plautinus actu 2. ſc. 3.

Talos accipio; invoco almam meam nutricem Herculem. Abram.

icula ſeditioſorum omnium.] Non qui ſeditioſos omnes aleret, ſed

omnium, teſtimonium diceret, ſenſi atque provid pentè enim te, tamquam ſerpens è latibulis, oculis nentibus, inflato collo, tumidis cervicibus, intuliſt mihi renovatus ille tuus in te * *

Veterem meum amicum, ſed tamen tuum famili defenderim, cùm in hac civitate oppugnatio ſoleat, tu nunc uteris, nonnumquam, defenſio numquam perari. Sed quæro à te, cur C. Cornelium non def rem. num legem aliquam Cornelius contra auſpicia rit: num Æliam, num Fuſiam legem neglexerit: conſuli vim attulerit: num armatis hominibus tem tenuerit: num interceſſorem vi dejecerit: num relig polluerit: ærarium exhauſerit: rempublicam comp Tua ſunt, tua ſunt hæc omnia. Cornelio ejuſmodi objectum eſt. Codicem legiſſe dicebatur. defendeb teſtibus collegis ſuis, non recitandi cauſâ legiſſe, ſ
P. XXX. cognoſcendi. Conſtabat tamen, Cornelium concili lo die dimiſiſſe, interceſſioni paruiſſe. Tu verò, cu nelii defenſio diſplicet, quam cauſam ad patronos aut quod os afferes? quibus jam præſcribis, quant probro futurum ſit, ſi te defenderint, cùm tu mihi Co defenſionem in maledictis objiciendam putaris.

ſed qui plebem infimam improboſque omnes ad ſeditione pelleret. unde illa pro Sextio: *Ecqua ſeditio umquam fuit, non ille princeps?* P. Manut.

9. *Intuliſti: ut mihi renovatus ille tuus in te veterem meu* Locum hunc, in omnibus qui circumferuntur libris, m ſcriptum, ita olim Pantagathus emendarat: *Intuliſti: tu remoratus incuſaſti me, quod meum*, &c. ſed hac poſtea imp lectione aliter reſtituere conatus eſt, & multo, ut mihi vi melius, quòd & in tranſlatione permanſit, & meliorem tiam effecit, *Ut in me evomeres illud virus, cur veterem meu* paullo ſupra pro *accedat*, idem Pantagathus *accidat* primus davit: quam lectionem Adriano quoque Turnebo in ment niſſe ex ejus Adverſariis cognovi. *Urſin.* *Ut mihi renovat* mendo videre tamen mihi ſententiam videor: ſed, quæ tiæ reſpondeat, litterarum ſimilitudinem non invenio. hoc, ut opinor, iratus mihi, quia C. Cornelium, veterem amicum, defenderim. De C. Cornelio tribuno plebis à ne defenſo vide Pedianum. *P. Manut.* *Ille tuus in te * * amicum &c.*] Turnebus heic in mſ. vacantem vidit totam nam. ideoque meritò inſignitur locus aſteriſco. *Gruter.* I cii & Dreſdenſi omnia iſta verba: *Ut mihi renovatus ille in te veterem meum amicum. ſed tamen tuum familiarem* &c. ad *vituperari*, non leguntur. *Grav.*

6 Attamen [r] hoc, Vatini, memento, paullo poſt iſtam defenſionem meam, quam tu bonis viris diſplicuiſſe dicis, me cùm univerſi populi Romani ſumma voluntate, tum optimi cujuſque ſingulari ſtudio, magnificentiſſimè poſt hominum memoriam conſulem factum, omniaque ea me [s] pudenter vivendo conſecutum eſſe, quæ tu [10] [t] impudenter vaticinando ſperare te ſæpe dixiſti.

III. Nam quòd mihi diſceſſum objeciſti meum, & quòd horum, quibus ille dies acerbiſſimus fuit, qui idem tibi lætiſſimus, luctum & gemitum renovare voluiſti: tantum tibi [v] reſpondeo, [x] me, cùm tu ceteræque reipublicæ peſtes armorum cauſam quæreretis, [y] & cùm [11] per meum nomen fortunas locupletium diripere, ſanguinem principum civitatis exſorbere, crudelitatem veſtram odiumque diuturnum, quod in bonos jam inveteratum habebatis, ſaturare cuperetis: ſcelus & furorem veſtrum cedendo maluiſſe frangere quàm reſiſtendo.

r hic *MS.* hujus Vatinii *alius MS.*
s prudenter *MSS. & alii.*
t imprud. *iid.*
v reſpondebo *MSS.*
x mecum tu *MS.*
y & per *idem MS.*

7 Quare peto à te, ut mihi ignoſcas, Vatini, cùm patriæ pepercerim, quam ſervaram: &, ſi ego te [z] perditorem & vexatorem reipublicæ fero, tu me conſervatorem & cuſtodem feras. deinde ejus viri diſceſſum [a] increpas, quem vides, omnium civium deſiderio, ipſius denique reipublicæ luctu, eſſe revocatum? At enim dixiſti, non meâ, ſed reipublicæ cauſâ homines de meo reditu laboraſſe. Quaſi verò quiſquam vir excellenti animo in rempublicam ingreſſus optabilius quidquam arbitretur, quàm ſe à ſuis civibus reipublicæ cauſâ diligi.

z proditorem *MS.*
a increpans *MS.*

8 Scilicet aſpera mea natura: difficilis aditus: gravis vultus: ſuperba reſponſa: inſolens vita: nemo humanitatem meam, nemo conſuetudinem, nemo conſilium, nemo auxilium requirebat: cujus deſiderio (ut hæc [b] minima dicam)

P. R.
b inimica *MS.*

10. *Impudenter vaticinando.*] Adludit ad nomen Vatinii, qui de altero Conſulatu gerendo ſe dicebat cogitare. *Hotom.* Mentiendo in futurorum prædictione. Non fruſtra tamen vaticinatus eſt. Nam Conſulatum attigit in Appii locum ſuffectus bello civili. Dio lib XL. Cicero tamen *vaticinari* dixit pro inſanire & delirare. ut 11. Famil. epiſt. *ſed ego fortaſſe vaticinor, & hæc meliores habebunt exitus.* Pro Seſtio: *Eos vaticinari & inſanire dicebant.* Paſſerat.

11. *Per meum nomen.*] Nomen meum obtendendo. Infra verba Vatinii translationem illuſtrabunt: *Ut nemo per meum latus ſaucietur. Nomen* autem cauſſa & ſpecies. in Orat. pro Domo: *Si qui patriam à ſe ſervatam ſuo nomine perire noluiſſet.* Idem.

12. *Homo*

cam) forum mæſtum, [c] muta curia, omnia denique bonarum artium ſtudia ſiluerunt. Sed nihil [d] ſit factum meâ cauſâ: omnia illa ſenatusconſulta; populi juſſa; Italiæ totius, cunctarum ſocietatum, collegiorum omnium decreta de me reipublicæ cauſâ eſſe facta fateamur. Quid ergo, [12] homo imperitiſſime ſolidæ laudis ac veræ dignitatis, præſtantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ atque ad memoriam mei nominis ſempiternam, quàm omnes hoc cives meos judicare, civitatis ſalutem cum mea unius ſalute eſſe conjunctam?

c mutata *MS.*
d ſic *MS.*

9 Quod quidem ego tibi reddo tuum. nam, ut tu me carum eſſe dixiſti ſenatui populoque Romano non tam meâ cauſâ, quàm reipublicæ: ſic ego te, quamquam ſis omni diritate atque immanitate [e] tæterrimus, tamen dico eſſe odio civitati non tam tuo, quàm reipublicæ nomine.

e deterr. *MS.*

IV. Atque, ut aliquando ad te veniam, de me hoc ſit extremum. [13] Quid quiſque noſtrûm de ſe ipſe loquatur, non eſt ſanè, [f] non eſt requirendum: boni viri judi-
10 cent. id eſt maximi momenti & ponderis. Duo ſunt tempora; quibus noſtrorum civium ſpectentur judicia de nobis: unum honoris, alterum ſalutis. Honos talis populi Romani voluntate paucis eſt delatus ac mihi: ſalus tanto ſtudio civitatis nemini reddita. de te [g] autem homines quid ſentiant in honore experti ſumus: in ſalute exſpectamus. [14] Sed tamen ne me cum his principibus civitatis, qui

f *illud* non eſt *in aliis deeſt.*
g hujus hom. *MS.*

12. *Homo imperitiſſime ſolidæ laudis.*] *Impuriſſime* pro *imperitiſſime* vidi notatum in margine libri eruditiſſimi viri. *Urſin.*

13. *Quid quiſque noſtrûm de ſe ipſe loquatur, non eſt ſane requirendum: quod boni judicent, id eſt maximi momenti & ponderis.*] Ita hunc locum emendavit Pantagathus, cum in vulgatis deſit *quod*; & abundet *viri.* Idem.

14. *Sed tamen ne me cum his principibus civitatis, qui adſunt P. Sextio, ſed tecum homine, &c.*] Hæc omnia ſunt addita ex duobus codicibus manuſcr. altero Memmiano, altero Clericano: quæ deſunt in vulgatis. *Lamb.* In Erfurtenſi, quem cum maxime evolvo, ſic fere legitur, ut in duobus codicibus ſe reperiſſe teſtatur Lambinus. *Sed tamen de me cum his principibus civitatis qui adſunt pro Seſtio. Sed ut tecum homine.* Quæ ſane non ſunt omittenda. Nec mirum in aliis libris hæc non legi, cum periodi integræ in hac & præcedente oratione multis in codicibus non inveniantur, ut cognoſces ex variarum lectionum libello. Non *ſolum* expungendum cenſeo, & ſic legendum: *ſed ut tecum, homine uno impudentiſſimo atque infimo, conferam.* hoc eſt cum imprimis impudentiſſimo.

Cic.

qui adſunt P. Sextio, [15] ſed ut te cum homine uno, non ſolùm impudentiſſimo [16] atque infimo conferam: de te ipſo, homine & arrogantiſſimo & mihi inimiciſſimo, quæro, Vatini, h utrùm tandem putes, huic civitati, huic reipublicæ, huic urbi, his templis, ærario, curiæ, viris his, quos vides, horum bonis, [17] fortunis, liberis, civibus ceteris; denique deorum immortalium delubris, auſpiciis, religionibus, melius fuiſſe & præſtabilius, me civem in hac civitate naſci, an i te? cùm mihi k hæc reſponderis, aut ita impudenter, ut manus à te homines vix abſtinere poſſint; aut [18] ita dolenter, ut aliquando l iſta, quæ ſunt inflata, rumpantur: tum memoriter reſpondeto ad ea, quæ de te ipſo rogaro.

h eandem tand. *MS.*
P. XXXI.
i te *abeſt à MS.*
k hujus *MS.*
l iſta, illa *alii.*

V. m ATQUE ILLUD tenebricoſiſſimum temporis ineuntis ætatis tuæ patiar latere. licet impunè per me parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. habeat hoc præmium tua indignitas, ut adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur.

II
m *Lamb. Grut. alii* At.

Cic. 1. ad Fam. 9. *qui de uno acerrimo & fortiſſimo viro falſam opinionem acceperunt.* Et xv. ep. 16. *Quanquam cum loquor cum uno fortiſſimo viro.* Non intellexerunt hoc loquendi genus, qui *non ſolum* inculcarunt. *Infimo* vero opponit *principibus.* Græv.

15. *Et ut te cum homine uno &c.*] Expreſſi editionem vulgatam avorum ævo, cui accedit Pal. ſec. quart. quint. dec. nam primus, *Et ut tecum homine uno &c.* ſept. *Et ut me tecum homine uno,* quomodo Victoriana. at nonus: *ſed ut te cum homine uno &c.* Gulielmius heic ita confuſus eſt, ut neſciam bona fide repræſentare quid fuerit in S. Vict. & Erfurd. niſi quod non videantur ii omninò recedere à Lambinianis. *Gruter.*

16. *Atque infimo.*] Videtur legendum *verùm etiam infimo,* quomodo vidi emendatum à viro doctiſſimo ad oram libri. *Urſin.*

17. *Fortunis, liberis, civibus.*] *Conjugibus* pro *civibus* in quodam vetere exemplari ſcriptum eſt, & ita legendum eſſe exiſtimo. *Idem.*

18. *Ilia, &c. rumpantur.*] Vi doloris diſrumparis, videns te coactum præ mea dignitate tuas ſordes & turpitudinem confiteri. Rumpi dicuntur homines invidiâ, æmulatione, dolore, indignatione, mendacio. ut pro Domo ſua: *Diſrumpatur licet iſta furia atque audiat hæc ex me, quoniam laceſſivit.* alibi: *Dicam ut diſrumparis.* Notum Epigramma:

Rumpatur quiſquis rumpitur invidia.

Lucianus in Timone: Ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τῷ φθόνῳ. *Ut illi adulatores invidiâ rumpantur.* Abram. Sane *ilia* nec in Erfurt. nec in Franc. codice, nec in prima, nec Mediol. nec Aſcenſ. nec Cratand. edd. conſpicitur. Dixit hæc δεικτικῶς Cicero, digitos intendens in obeſi Vatinii ilia. *Græv.*

tur. Quæſturam petiſti cum P. Sextio, cùm hic nihil loqueretur, niſi quod agebat: tu dè altero conſulatu gerendo te diceres cogitare. Quæro abs te, teneasne memoriâ, cùm P. Sextius quæſtor ſit cunctis ſuffragiis factus, tunc te vix, invitis omnibus, non populi beneficio, ſed n conſulis, extremum adhæſiſſe?

n conſulum *MS.*

12 In eo magiſtratu, cùm tibi magno clamore [19] aquaria provincia ſorte obtigiſſet, miſſusne ſis à conſule Puteolos, ut inde aurum exportari argentumque prohiberes? in eo negotio, cùm te non cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad partiendas merces miſſum putares, cúmque omnium domos, [20] apothecas, naves, furaciſſimè ſcrutarere, [21] hominesque negotia gerentes judiciis iniquiſſimis irretires, mercatores è navi egredientes terreres, o conſcendentes morarere: teneasne memoriâ, tibi [22] in conventu Puteolis manus eſſe allatas? ad me conſulem Puteolanorum querelas eſſe delatas? poſt quæſturam exierisne legatus in ulteriorem Hiſpaniam, C. Coſconio proconſule? cùm illud iter Hiſpanienſe pedibus ferè confici ſoleat, aut, ſi quis navigare velit, certa ſit ratio navigandi: venerisne in Sardiniam atque inde in Africàm? fueriſne, quod ſine ſenatusconſulto tibi facere non licuit, [23] in regno Hiempſalis? fuerisne in regno Maſtaneſoſi? vene-

o conſc. mor. *non ſunt in MS.*

P. B.

19. *Aquaria provincia.*] De ea bella multa noſter Lipſius, libro I. Antiq. Lectionum cap. 12. *Grut.*

20. *Apothecas.*] Apothecæ loca ſecretiora, in quæ vinum, frumentum, merces reponebant. Horatius lib. II. Sat. 5.

Nudus inopsque domum redeam te vate, neque illuc
Aut apotheca procis intacta eſt, aut pecus.

Vide Interpretes. *Abram.*

21. *Hominesque negotia gerentes.*] Gembl. & S. Victoris iterùm heic habent *negotii*; probabatque impenſe Gifanius. neque aliter Orationis pro Quintio capite 19. f. *ſui negotii bene gerens:* quem locum item adnotarat Gulielmius. *Grut.*

22. *In conventu.*] Negotiatorum, qui ad merces diſtrahendas, lites inter ſe dijudicandas, pacta reſcindenda vel confirmanda de more Puteolos convenerant. vide VII. Verr. *Abram.* *In conventu* eſt cum Puteolis conventum ageres & jus diceres. *Conventus* enim ſignificat forum, ſeu concurſum hominum ad diſceptandum apud judices in provincia; hinc *conventum agere* dicitur proconſul aut præfectus in præfectura: ſignificat etiam locum, oppidum ſeu regionem, in quo conventus habentur. ut ex Gronovii obſervationibus dictum eſt ad 1. Verr. cap. 13. *Græv.*

23. *In regno Hiempſalis.*] In Mauritania, ubi Hiempſal pater Jubæ regnabat. de Maſtaneſeſio autem regno, quod ſciam, nullus Hiſto-

venerisne ad fretum per Mauritaniam ? quem ſcias umquam legatum Hiſpanienſem iſtis itineribus in illam provinciam perveniſſe ?

Factus es tribunus plebis (quid enim te de Hiſpanienſibus 13
flagitiis tuis ſordidiſſimisque furtis interrogem ?) [24] quæro abs te primùm univerſè, quod genus improbitatis & ſceleris in eo magiſtratu prætermiſeris ? Ac tibi jam inde præſcribo, ne tuas ſordes [25] cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas. Ego te, quæcumque rogabo, de te ipſo rogabo, neque te ex ampliſſimi viri dignitate, ſed ex tuis tenebris extraham: omniaque mea tela ſic in te conjicientur, ut nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur. In tuis pulmonibus ac viſceribus hærebunt.

VI. ET, QUONIAM omnium rerum magnarum p à 14
diis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi reſpon- p ab *MS.*
deas tu, qui te Pythagoricum ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus prætendere; quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut, [26] cùm inaudita ac nefaria ſacra ſuſceperis, cùm inferorum animas elicere, cùm [27] puerorum extis

deos

Hiſtoricus fecit mentionem. ejus tamen regnum Mauritaniæ fuiſſe vicinum licet ſuſpicari. *Abram.*

24. *Quæro abs te primum univerſè.*] Verbum *univerſè* reddidit auctori primùm Turnebus lib. XXI. Adverſ. cap. 11. comparetque in exemplari S. Victoris. *Grut.*

25. *Cum clariſſimorum virorum ſplendore.*) C. Cæſarem ſignificat: quo conſule tribunus pl. Vatinius fuit: &, ut ſua flagitia ſceleraque excuſaret, eo ſe auctore, quæcumque egerat, egiſſe dicebat. propterea cavet Cicero diligenter, & hic, & infra, ut ita Vatinium reprehendat, ne Cæſarem, Pompeji optime de ſe meriti ſocerum, præterea hoc tempore ſibi amiciſſimum oſtendat. *P. Manut.*

26. *Cum inaudita ac nefaria ſacra ſuſceperis.*] Quam nefaria eſſent ſacra pleraque, quibus gentiles initiari conſuerant, videre eſt apud Julium Firmicum, l. de Myſteriis & Erroribus Prophanarum religionum, Arnobium lib. IV. adverſus Gentes, Theodoretum oratione prima & tertia de Curatione Græcarum affectionum, Gregorium Nazianzenum adverſus Julianum, Tertullianum in Apologetico, Clementem Alexandrinum in Stromatis & Protreptico, Minutium Felicem & alios, ex quibus viſum erat pauca quædam excerpere, niſi propter indignitatem rei tacendum eſſe me locus Arnobii monuiſſet. *Abram.*

27. *Puerorum extis.*] Haruſpicina hæc erat, ut pecudum extis inſpectis conjectura de rebus futuris fieret: ſi jecur amplum erat, bonum ſignum; ſin minus, infauſtum. At Pythagoræi puerorum exta inſpiciebant. *Hotom.* A magis rite fuiſſe mactatos pueros,

 ut

deos manes mactare ſoleas; auſpicia, quibus hæc condita eſt, quibus omnis reſpublica atque imperiu[m] netur, contempſeris? initioque tribunatus tui ſenatu nuntiaris, tuis actionibus augurum reſponſa atque collegii arrogantiam impedimento non futuram? Secundùm ea quæro, ſervarisne in eo fidem? q quando tibi moram attulerit, quo minùs concilium a cares legemque ferres, quod eo die ſcires de cœlo ſervatum? Et, quoniam hic locus unus eſt, quen cum Cæſare communem eſſe dicas: ſejungam te ab non ſolùm reipublicæ cauſâ, verùm etiam Cæſaris, n ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati adſperſ deatur. Primùm quæro, num tu ſenatui cauſam tuam mittas, [28] quod [r] facit Cæſar? deinde, quæ ſit auc tas ejus, qui ſe alterius facto, non ſuo defendat? de (erumpet enim aliquando ex me vera vox, & dicam cunctatione quod ſentio) ſi jam violentior aliqua in Cæſar fuiſſet, ſi eum magnitudo contentionis, [29] ſtu gloriæ, præſtans animus, excellens nobilitas [s] aliquò puliſſet, quod in illo viro & tum ferendum eſſet, &

q nunc MS.
P. XXXII.
r fecit J.F. Grov.
s aliquando MS.

ut ex eorum extis magi futurorum cognitionem deducerent, gorius Nazianzenus & alii de Juliano Apoſtata prodiderun[t] venalis Sat. VI.

> . . . . *Armenius vel Commagenus aruſpex*
> *Pectora pullorum rimatur, & exta catelli*
> *Interdum & pueri.*

Hoc Vatinii ſacrilegium ex antiquiſſima ſuperſtitione fuit r tum. Macrobius I. Saturn. cap. 7. de Compitalibus loq quæ feſta in honorem Manium ſive Larium celebrabant: *aliquamdiu obſervatum, ut pro familiarum ſoſpitate pueri macta Mania Dea, matri Larium. Quod ſacrificii genus Junius Brutus Tarquinio pulſo aliter conſtituit celebrandum: nam capitibus allii paveris ſupplicari juſſit.* Abram.

28. *Quod facit Cæſar?*] Non recuſare ſe Cæſar dixit, qu nus ea, quæ geſſerat in conſulatu, quæ ſciret à nonnullis ir bari, à ſenatu judicarentur: cum & Pompeji generi, & L. nis ſoceri aliorumque præterea, quos liberalitate ſua ſib vinxerat, opibus confideret. Suetonius. *P. Manut.*

29. *Studium gloriæ.*] Notæ Cæſaris lacrymæ in Alexandr tuam intuentis è gloriæ ſtudio manantes. Notum illud Luc

> . . . . *nec ferre poteſt Cæſarve priorem*
> *Pompejusve parem.*

Imo nec ferre poteſt Pompejus priorem, Cæſar parem, ut teſtatur. Notum illud Cæſaris φιλόπρωτον, de quo Julia[nus] 12. Cæſaribus: quod videlicet primum locum in omnibus zet. *Abram.*

ximis rebus, quas poſteà geſſit, oblitterandum: id tu tibi, furcifer, ſumes, & Vatinii latronis ac ſacrilegi vox audietur, [t] hoc poſtulantis, ut idem ſibi concedatur, quod Cæſari?

t hujus *MS.*

16 VII. Sic enim ex te quæro. Tribunus plebis fuiſti: [v] ſejunge te à [x] conſule. collegas habuiſti viros fortes novem. ex his tres erant, quos tu quotidie ſciebas ſervare de cælo, quos irridebas, quos privatos eſſe dicebas: de quibus duos prætextatos ſedentes vides, te ædiliciam prætextam togam, [30] quam fruſtrà confeceras, vendidiſſe: tertium [y] ſcis ex illo obſeſſo atque afflicto tribunatu, conſularem auctoritatem hominem eſſe adoleſcentem conſecutum: reliqui ſex fuerunt: ex quibus partim planè tecum ſentiebant, partim medium quendam curſum tenebant. omnes habuerunt leges promulgatas: in his multas meus neceſſarius, etiam de mea ſententia, C. Coſconius, judex noſter: quem, tu diſrumperis, cùm ædilicium vides.

v ſejungere *MS.*
x conſulibus *MS.*
y ſcies *MS.*

17 Volo uti mihi reſpondeas, num quis ex toto collegio legem ſit auſus ferre, præter unum te? quæ tanta in te fuit audacia: quæ tanta vis: ut, cùm novem tui collegæ ſibi timendum eſſe duxerint, id unus tu, [31] emerſus è cœno, omnium facilè [z] omnibus rebus infimus, contemnendum, deſpiciendum, irridendum putares? num quem poſt urbem conditam ſcias tribunum plebis egiſſe cum plebe, cùm conſtaret ſervatum eſſe de cœlo?

P. B.
z omn. reb. *deſunt in MS.*

18 Simul etiam illud volo uti reſpondeas, cùm, te tribuno plebis, eſſet etiam tum in republica lex Ælia & Fufia: quæ leges ſæpenumero tribunicios furores debilitarunt & repreſſerunt, quas contra, præter te, nemo umquam eſt facere conatus, quæ quidem leges anno pòſt, [a] ſedentibus in templo duobus non conſulibus, ſed proditoribus hujus

a præſid. *MS.*

30. *Quam fruſtra confeceras.*] Vatinius candidatus, ædilitatem petens, cum confideret ſe creatum iri, prætextam purpurâ togam parat. Simile illud ad Att. *δίβαφον cogitat: ſed tinctor eum moratur.* Hotom.

31. *Emerſus cœno.*] *Ex ſummis & fortuna & vita ſordibus* factus tribunus plebis, quod in Bruto Tullius ait de ipſius Vatinii conſulatu, quaſi diceret, quod pro Sextio de ejuſdem Vatinii temeritate dicit: *In quo ejus temeritatem ſatis mirari, judices, non queo, facit apertiſſime contra legem: facit is, qui neque elabi ex judicio jucunditate ſua, neque emitti gratiâ poteſt, neque opibus & potentia leges ac judicia perfringere.* Abram.

 32. *Au-*

jus civitatis ac poſtibus, unà cum auſpiciis, cum interceſſionibus, cum omni jure publico conflagraverunt: ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere & concilium convocare? num quem ex tribunis plebis, quicumque ſeditioſi fuerint, tam audacem audieris fuiſſe, ut umquam contra legem Æliam aut Fuſiam concilium advocaret?

19 VIII. Quæro illud etiam ex te, conatusne ſis, volueriſne, denique cogitaris, (eſt enim res ejuſmodi, ut, ſi tibi modò in mentem venit, nemo ſit, qui te ullo cruciatu eſſe [b] indignum putet) cogitariſne, in illo tuo intolerabili, non regno (nam cupis id audire) ſed latrocinio, [32] augur fieri in Q. Metelli locum? ut, quicumque te adſpexiſſet, duplicem dolorem gemitumque ſuſciperet, & ex deſiderio clariſſimi & fortiſſimi civis, & ex honore turpiſſimi atque improbiſſimi? Adeone non labefactam rempublicam te tribuno, neque conquaſſatam civitatem, ſed captam hanc urbem atque everſam putares, ut augurem Vatinium ferre poſſemus?

b dignum *alii.*

20 [c] Hoc loco quæro, ſi, id quod concupieras, augur factus eſſes: in qua tua cogitatione nos, qui te oderamus, vix dolorem ferebamus: illi autem, quibus eras in deliciis, vix riſum tenebant: ſed quæro, ſi ad cetera vulnera, quibus putaſti rempublicam deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſes auguratus tui, utrùm decreturus fueris id, quod augures omnes uſque à Romulo decreverunt, Jove fulgente, cum populo agi nefas eſſe, an, quia tu ſemper ſic egiſſes, auſpicia fueris augur diſſoluturus?

c Hujus *MS.*

P. XXXIII.

21 Ac, ne diutiùs loquar de auguratu tuo, quòd invitus facio, ut recorder ruinas reipublicæ. neque enim tu umquam, ſtante non modò majeſtate horum, ſed etiam urbe, te augurem fore putaſti.

IX. Verùm tamen, ut ſomnia tua relinquam, ad ſcelera veniam, volo uti mihi reſpondeas: cùm M. Bibulum conſulem, non dicam bene de republica ſentientem, [33] ne tu mihi homo potens iraſcare, qui ab eo [d] diſſenſiſti:

d quidem ſenſiſti *MS.*

32. *Augur fieri.*] Augur à duobus ex collegis, non pluribus, nominabatur. Cic. 11. Philip. Nemo cooptari poterat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus. At Vatinius adeo contemſerat auſpicia, ut omnes inimicos cepiſſet augures. *Paſſerat.* Fuerunt primo tres augures, poſtea novem. vid. Liv. *Grav.*

33. *Ne tu mihi homo potens iraſcare.*] Ne tu mihi, qui tuis divitiis

ſti: ſed hominem certè nuſquam progredientem, nihil in republica molientem, tantùm animo ab actionibus tuis diſſentientem: cùm eum tu conſulem in vincla duceres, & à 34 tabula Valeria collegæ tui mitti juberent: feceriſne ante Roſtra pontem, continuatis tribunalibus, per quem conſul populi Romani moderatiſſimus & conſtantiſſimus, ſublato auxilio, excluſis amicis, e vi perditorum hominum incitata, turpiſſimo miſerrimoque ſpectaculo non in carcerem, ſed ad ſupplicium & ad necem duceretur? e ut perd. hom. incitatu MS.

22 Quæro, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? ut ſciamus, utrùm veterum facinorum ſis imitator an inventor novorum. Idemque tu cùm his atque hu-

tiis maxime nocere potes, ſoleſque nos potentiâ tuâ terrere, ſuccenſeas. Eſt autem hic oratoria diſſimulatio. non enim orator tam metuit Vatinium quàm Cæſarem & Pompejum irritare, qui à M. Bibulo diſſenſerant. *Abram.*

34. *Tabula Valeria.*] Valerii argentarii. ut nos in ea pro Cæcina expoſuimus. *Hotom.* *Et à tabula Valeria.*] Cum ceteri tribuni plebis ex illo loco fori ſic nominato juberent te Bibulum dimittere. Tabulam Valeriam fuiſſe locum in foro, ſic nominatum, Goveanus ceterique interpretes dixerunt. id ex Epiſtola 2. lib. IV. ad Familiares videtur eſſe compertum: *Nam ad me Pub. Valerius homo officioſus ſcripſit id, quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes.* Turnebus lib. XXI. Quæ eſt tabula Valeria? Valerius interpres erat, ſeque hominum negotiis pactiſque & conventis interponebat, idem Græcis qui Romam publice veniebant, operam interpres dabat, cum eis niſi Latine loqui in Senatum non liceret, is ut argentarii tabulam in foro habebat. *Sic tabula Sextia Sextii argentarii nominatur* pro Quintio. Vix tamen illis aſſentior, qui id moris fuiſſe dicunt, ut, quos non vinculis coërcere, ſed ignominiâ tantum carceris afficere magiſtratus volebat, ad tabulam uſque Valeriam duci juberet. nam primum niſi collegæ mitti juſſiſſent, Vatinius Bibulum in carcerem ducere decreverat. Deinde nemo dixerit collegas, præſertim nonnullos cum Bibulo ſentientes, eum ignominiæ cauſâ ad tabulam uſque Valeriam duci permiſiſſe. Sic igitur exiſtimo Valerii Publicolæ leges in æs inciſas certo in loco fori Romani fuiſſe poſitas, eamque fuiſſe rationem, cur eo maximo loco eos mitti juberent tribuni plebis, qui in carcerem ducerentur. ſolitos autem fuiſſe tribunos plebis eos, qui in vincula raperentur, mitti jubere, ſexcentis exemplis compertum eſt. Sit ſatis iſtud ex Plutarcho in Cæſare: *Catonem contra dicere conantem in vincula Cæſar abduxit, ratus eum tribunos plebis imploraturum, cumque ille ſilentio ſequeretur, clam ipſe rogavit tribunorum plebis aliquem, ut Catonem mitti juberet.* De Tiberio Graccho patre, qui Scipionem in vincula duci prohibuit, vide orationem de Provinciis Conſularibus. *Abram.* Erfurt. *ad tabula Valeria.* forte *ad tabulam Valeriam.* Grævius.

 35. *M. Bi-*

hujuſmodi conſiliis ac facinoribus, nomine C. Cæſaris; clementiſſimi atque optimi viri, ſcelere verò atque audacia tua, [35] M. Bibulum foro, curiâ, templis, locis publicis omnibus expuliſſes, incluſum domi contineres, cúmque non majeſtate imperii, non jure legum, ſed januæ præſidio & parietum cuſtodiis, conſulis vita tege-
V. B. tur: miſerisne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret, ut, quod in privatis ſemper eſt ſervatum, id, to
f conſulis MS. tribuno plebis, [f] conſuli [36] domus exſilium eſſe non poſſet?

23 Simulque mihi reſpondeto tu, qui nos, qui de communi ſalute conſentimus, tyrannos vocas, fueriſne non tri-
g quo alii. bunus plebis, ſed intolerandus ex cœno neſcio [g] qui at-
h primam MS. que ex tenebris tyrannus? qui [h] primùm eam rempublicam, quæ auſpiciis inventis conſtituta eſt, iiſdem auſpi-
i evertere MS. ciis ſublatis conarere [i] pervertere: deinde ſanctiſſimas leges, Æliam & Fuſiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluvione Druſi, & in contentione Sulpicii, & in cruore Cinnano, etiam inter Sullana arma vixerunt, ſolus conculcaris ac pro nihilo putaris: qui conſulem morti objeceris, incluſum obſederis, extrahere ex ſuis tectis conatus ſis: qui in eo magiſtratu non modò emerſeris ex mendicitate, ſed etiam divitiis nos jam tuis terreas: fueriſne tanta crudelitate, ut delectos viros & principes civitatis tollere & delere tua rogatione conareris?

24 X. Cùm L. Vettium, qui in ſenatu confeſſus eſſet ſe cum

35. *M. Bibulum.*] Cæſar collegam in conſulatu habuit Bibulum, ſed ipſe unus omnia ad ſuum arbitrium geſſit. unde jocus, ut non adſcriberetur, Cæſare & Bibulo Coss. ſed, Julio & Cæſare Coss. *Non Bibulo quidquam nuper, ſed Cæſare factum eſt. Nam Bibulo fieri conſule nil memini.* Hotom.

36. *Domus exſilium.*] An jam tum Romani illud domeſtici, ſi dicere fas eſt, exſilii genus uſurparent, ut cives damnatos pedem vel ex urbe vel ex privatis ædibus efferre prohiberent, equidem dicere non poſſum. Appianus quarto Civilium id primo omnium Settio cuidam à triumviris proſcripto dicit obtigiſſe, pro quo Caleni triumviris ſupplicantes, ut ei vitam concederent: *Obtinuerunt ut Settius, aliis Italiæ partibus excluſus, in patria remaneret. Et Settius quidem aut primus, aut ſolus omnium mortalium, ſic ab externis locis in patria exulavit.* Poſt Claudius Auguſtus, teſte Suetonio in ejus vita, cap. 23. *Quoſdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe.* Ante hos Salomon, ut habetur III. Regum, cap. 2. *Abram.*

37. Mar

o fuiſſe, Cn. Pompejo, ſummo & clariſſimo ci- manibus necem [k] afferre voluiſſe, in concionem eris; indicem in Roſtris, in illo, inquam, augu- mplo ac loco collocaris, quò auctoritatis exqui- auſa ceteri tribuni plebis principes civitatis produ- onſueverunt, ibi tu indicem Vettium, linguam m ſuam ſceleri & [m] menti tuæ præbere voluiſti, et L. Vettius in concione tua, rogatus à te, [n] ſe s, & impulſores, & ſocios habuiſſe ſceleris illius s, quibus è civitate ſublatis, quod tu eo tempore re, civitas ſtare non poſſet? M. Bibulum, cujus in- contentus non eras, interficere volueras, ſpolia- onſulatu, patriâ privare cupiebas: L. Lucullum, P. XXXIV. rebus geſtis, quòd ipſe ad imperatorias laudes à idelicet ſpectaras, vehementiùs invidebas: C. Cu- perpetuum hoſtem improborum omnium, aucto- lici conſilii, libertate communi tuenda [37] maximè , cum filio principe juventutis, cum [o] republica tiore etiam quàm ab illa ætate poſtulandum fuit, oluiſti:

25 omitium, cujus dignitas & ſplendor [p] præſtrin- credo, oculos Vatinii, quem tu propter commu- m in bonos oderas: in poſterum autem propter n ſpem, quæ de illo eſt atque erat, antè aliquanto : L. Lentulum hunc judicem noſtrum, flaminem m, quòd erat eo tempore Gabinii tui competitor, Vettii indicio opprimere voluiſti. Qui ſi tum illam eſtemque viciſſet, [38] quod ei tuo ſcelere non li- ſpublica victa non eſſet. Hujus etiam filium eo- dem

k offerre *MS. & ed. pr.*

l conſueverunt *MS.*

m neci tuæ *MS.* dementiæ tuæ *Gul.*

n ſeſe *MS.*

o reip. *alii.*

p *ita MSS.* perſtringebat *alii.*

aximè liberum.] Quanta ſive libertate C. Curio, ſive ver- erbitate cives turbulentos perſtrinxerit, declarat illud in Julium Cæſarem dicterium. Suetonius in Julio cap. *o pater quadam eum oratione omnium mulierum virum, & irorum mulierem eum appellat.* Id videlicet ex Bionis phi- licto fuerat mutuatus, qui apud Laërtium: Τὸν Ἀλκι- μεὸμένον ἔλεγεν ὡς νέον μὲν ὢν τοὺς ἄνδρας ἀπάγοι τῶν γυ- ναικῶν, νεανίσκος δὲ γενόμενος, τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν. *Abram.* *uod ei tuo ſcelere non licuit.*] Duobus modis potuit id ſce- nii Lentulo non licere. vel enim ſequeſter fuerat Vati- orrumpenda populi Romani ſuffragia, ut Lentulo Ga- æferretur in petitione conſulatûs: vel, quod magis cre- tulus illo Vettii indicio, Vatinii ſceleribus ſubornato, in vocatus, paſſus eſt repulſam. *Idem.*

dem indicio & crimine ad patris interitum aggregan
voluiſti. L. Paullum, qui tum quæſtor Macedoniam obti
nebat, quem civem? quem virum? qui duos nefario
patriæ proditores, domeſticos hoſtes, legibus extermina
rat, hominem ad conſervandam rempublicam natum, ii
idem Vettii indicium atque in eundem hunc numerun
26 congregaſti. Quid ego de me querar? qui etiam gratias ti
bi agere debeo, quòd me ex fortiſſimorum civium nume
ro ſejungendum non putaris.

XI. SED QUI fuit ille tuus tantus furor, ut, cùm jan
Vettius ad arbitrium tuum peroraſſet, & civitatis lumin
notaſſet deſcendiſſetque de Roſtris, eum repentè revo
cares, colloquerere, populo Romano vidente? deind
interrogares, ecquosnam alios poſſet nominare? inculca
risne, ut C. Piſonem, generum meum, nominaret: qu
in ſumma copia optimorum adoleſcentium, pari conti
P. B. nentia, virtute, pietate reliquit neminem? itemque M
Lateren ſem, hominem dies atque noctes de laude & d
republica cogitantem? promulgarisne, impuriſſime & pe
ditiſſime hoſtis, quæſtionem de tot ampliſſimis & talibu
q indici alii. viris; q indicium Vettio, [39] præmia ampliſſima? quibu
rebus

39. *Præmia.*] Ex more. proponebant enim iis præmia qui oc
cultas conjurationes detexerant. Sic Vindicio, qui filiorum Brut
& aliorum conſpirationem indicarat, *præmium indici, pecunia e*
ærario, libertas & civitas data. ille primùm dicitur vindictâ liberatu
quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant. Livius, Dio
nyſius, Plutarchus, alii. aliquanto poſt, cum nonnulli conſili
de reducendis regibus agitarent, Senatusconſultum factum eſt
ut refert Halicarnaſſeus libro quinto: *Conjurationis indices civita*
donari, & ſingulos eorum decem drachmarum millibus, & terra publi
ca jugeribus viginti. Aliquot poſt annis ab U. C. 335. ſervorum
conjuratione diſcuſſa: *Indicibus dena millia gravis æris, quæ tum*
divitiæ habebantur, ex ærario numerata, & libertas præmium fuit
Livius lib. IV. Item, ut refert lib. XXII. 1. Bello Punico 2. *Spe*
culator Carthaginienſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehenſu
præciſisque manibus dimiſſus: & ſervi quinque & viginti in crucem
acti, quòd in campo Martio conjuraſſent. indici data libertas & æri
gravis viginti millia. id eſt, 200. coronati. eodem bello cum ma
gna pars fori incendio deflagraſſet lib. XXVI. *Conſul ex auctorita*
te Senatûs pro concione edixit, qui quorum opera id conflatum incendium
profiteretur, præmium fore libero pecuniam, ſervo libertatem, &c. In
dici libertas data & viginti millia æris. & libro XXVII, Campa
norum conjuratione detecta, *indicibus libertas & æris dena milli*
data. Vide libro XXXIX, Sp. Poſthumio referente, de P. Ebut
& Hiſpalæ Feceniæ præmio, *Abram.*

40. I

ebus, omnium mortalium non voluntate ſed convicio repudiatis, fregeriſne in carcere cervices ipſi illi Vettio, nequod indicium corrupti indicii extaret, ejusque ſceleris in te ipſum quæſtio flagitaretur?

Et, quoniam crebrò uſurpas, legem [r] te [40] de alternis 27
conſiliis rejiciendis tuliſſe, ut omnes intelligant, te ne rectè quidem facere ſine ſcelere potuiſſe, quæro, cùm lex eſſet æqua promulgata initio magiſtratûs, multas etiam alias tuliſſes, [41] exſpectariſne, [s] dum C. Antonius [42] reus fieret [43] apud Cn. Lentulum Clodianum? & poſteaquàm ille eſt reus factus, ſtatim tuleris [t] in eum, qui tuam poſt legem reus factus eſſet: ut homo conſularis excluſus, miſer, puncto temporis ſpoliaretur beneficio & æquitate legis tuæ?

r cede de alterius *MS.*

ſ cum *MS.*

t *novem ſeqq. voces inſititia videntur Paſſer.*

Dices, familiaritatem tibi fuiſſe cum Q. Maximo. Præ- 28
clara defenſio facinoris tui. nam Maximi quidem ſumma laus eſt, ſumptis inimicitiis, ſuſceptâ cauſâ, quæſitore conſilioque delecto, commodiorem inimico ſuo [44] conditionem rejectionis dare noluiſſe: nihilque Maximus fecit

40. *De alternis conſiliis rejiciendis.*] Non, ut ſinguli quinos judices reus & accuſator rejiceret: quod fieri ſolitum docet Pedianus: ſed ut vel totum conſilium, id eſt, omnes judices uterque ſemel poſſet rejicere. quam legem ut æquam probat Cicero; quia ſubjungit: *Ut omnes intelligant, te ne recte quidem facere ſine ſcelere potuiſſe.* P. Manut.

41. *Exſpectariſne dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum & Q. Claudium.*] In vetuſto codice manuſcripto, qui apud me eſt, legitur *Cn. Lentulum Claudianum*, & ita omnino ſcribendum opinor. Agellius lib. XVIII. c. 4. facit *Cn. Lentuli* hujus, *Clodiani* ex adoptione appellati mentionem, adducto ex hiſtoriis Salluſtii teſtimonio: *At Cn. Lentulus Patricia gentis, collega ejus, cui cognomen Clodiano fuit, per incertum, ſtolidior, an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emptoribus bonorum remiſerat, exigenda promulgavit.* Urſin.

42. *Reus fieret.*] Quid eſt *reum fieri?* apud Prætorem legibus interrogari. cum enim in jus ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo, ajo te illud feciſſe, ſi tacuiſſet, lis ei conſtituebatur ut victo: ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio. *Hotom.*

43. *Apud Cn. Lentulum Clodianum.*] Vulgata *Cn. Lentulum & Q. Claudium*, ſed præter mſſ. noſtros aliorumque. imo & editio vetuſtior *Cn. Lentulum Q. Claudianum.* videatur Turnebus lib. XXI. cap. 11. *Grut.*

44. *Contentionem rejectionis dare.*] *Rejectione* legebat Pantagathus commodiore ſententia: in manuſcripto tamen eſt *conditionem*, pro *contentionem*, Urſin.

cit alienum aut ſua virtute, aut illis viris clariſſimis, 45 Paullis, Maximis, Africanis: quorum gloriam hujus virtute renovatam non modò ſperamus, verùm etiam jam videmus. tua fraus, tuum maleficium, tuum ſcelus illud eſt, te id, quod promulgaſſes miſericordiæ nomine, ad crudelitatis tempus diſtuliſſe. Ac nunc quidem C. Antonius hac una re miſeriam ſuam conſolatur, quòd 46 imagines patris & fratris ſui fratriſque filiam, non in familia, ſed in carcere collocatas audire maluit quàm videre.

V. XXXV. XII. Et quoniam pecunias aliorum deſpicis, de tuis
29 divitiis intolerantiſſimè gloriaris, volo uti mihi reſpondeas, feceriſne fœdera tribunus plebis cum civitatibus, cum regibus, 47 cum tetrarchis? erogariſque pecunias ex ærario tuis legibus? eripueriſne v partes illo tempore cariſſimas partim à Cæſare, partim à publicanis? Quæ cùm ita ſint, quæro ex te, ſiſne ex pauperrimo dives factus illo ipſo anno, quo lex lata eſt de pecuniis repetundis acerrima: ut omnes intelligere poſſent, à te non modò noſtra acta, quos tyrannos vocas, ſed etiam amiciſſimi tui legem eſſe contemptam. apud quem tu etiam nos criminari ſoles, qui illi ſumus amiciſſimi, cùm tu ei contumelioſiſſimè toties maledicas, quoties illi affinem te eſſe dicis.

v Parthis i. t. cariſſimus *edd. vett.*

30 Atque illud etiam ſcire ex te cupio, quo conſilio aut qua

45. *Paullis, Maximis, Africanis.*] A quibus originem ducit: à L. Æmilio Paullo, qui de Macedonia devicta Perſeque rege capto triumphavit; quia filium Q. Fabio Maximo, Verucoſi filio, adoptandum dedit: à quo Paulli filio prognatus eſt hic Antonii accuſator. A Q. Fabio Maximo, qui & patris, & avi, & ſua virtute inſignis, adoptavit, ut dixi, Paulli filium. Ab Africano minore, quia filius & ipſe naturalis Paulli fuit, & ab Africani minoris filio eſt adoptatus. *P. Manut.*

46. *Imagines.*] Nollem hic tricari viros doctos, expedita erunt omnia, ſi veteres codices ſequamur. In editione prima *collocatum.* Sed in Erfurt. MS. & ed. Mediolan. legitur *collocatam.* optime: refertur enim ad puellam. Notum eſt loquendi genus *locare, elocare, collocare filiam.* Cum autem dicit *collocatam* non in familia ſed in carcere, dicit elocatam homini flagitioſo, ad quem quoque iſtas ſuorum imagines tranſtulit. Nam in homines ſceleratos eſt hoc vulgi convitium, *carcer.* Lucill.

Carcer vix carcere dignus. Græv.

47. *Cum Tetrarchis,*] Tetrarchæ dicti, cum quatuor in una eademque gente ſimul quartam partem regni tenerent. Talis fuit Galatarum gens, in tres populos diviſa, quorum ſinguli in quatuor diſtincti, unaquæque pars ſuum habebat Tetrarcham. Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 406. quem vide. *Idem.*

48. Ut

[q]ua mente feceris, [48] ut in epulo Q. Arrii, familiaris mei, [c]um toga pulla accumberes? quem umquam videris? quem [a]udieris? quo exemplo, quo more feceris? Dices, ſupplicationes te illas non probaſſe. optime. nullæ fuerint ſupplicationes. videſne, me nihil de anni illius cauſa, nihil de eo, quod tibi cum ſummis viris commune eſſe videatur, ſed de tuis propriis ſceleribus ex te quærere? Nulla ſupplicatio fuerit. cedo, quis umquam cenarit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, ut munus ſit funeris: epulæ quidem ipſæ dignitatis.

XIII. Sed omitto epulum populi Romani, [49] feſtum diem, argento, veſte, omni apparatu ornatuque viſendo. quis umquam in luctu domeſtico, quis [50] in funere familiari x cenavit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla umquam data eſt? cùm tot hominum millia accumberent, cùm ipſe epuli dominus, Q. Arrius, albatus eſſet, ut [51] in templum Caſtoris te cum C. y Fidulo atrato ceteriſque tuis furiis funeſtum intuliſti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reipublicæ caſum? quis ſermo alius in illo epulo fuit, niſi, hanc tantam & tam gravem civitatem ſubjectam eſſe non modò furori, verùm etiam irriſioni tuæ? 31

x *cenarit* *Grut.*

y *alii* *Figulo.* *Gul. Fidulio.* P.B.

Hunc tu morem ignorabas? numquam epulum videras? [52] numquam puer aut adoleſcens inter z coquos fueras? 32

z *coævos* *alii.*

48. *Ut in epulo Q. Arrii.*] *Q. Arrii* duplici *rr.* ſcribendum eſt, auctoribus antiquis numiſmatibus, in quibus M. ARRIUS SECUNDUS notatus eſt. *Urſin.*

49. *Feſtum.*] Jure feſtivitatis meminit & ſupplicationis, ut pullam Vatinii veſtem reprehendat. ſiquidem & in ſupplicationibus & diebus feſtis maxime candidis veſtibus uti conſuerant. Horatius lib. II. Sat. II, 61.

> . . . . . *diesque*
> *Feſtos albatus celebrat.*

Perſius Sat. II.

> . . . . . *negato*
> *Juppiter hac illi quamvis te albata negarit.* Abram.

50. *In funere familiari.*] Vide de privatis epulis funebribus Kirchm. de Funeribus IV. 5. *Grav.*

51. *In templum Caſtoris.*] Opinor magiſtratus & ſenatores, aut etiam equites Romanos in templo, reliquam plebem in foro cœnaſſe. *P. Manut.*

52. *Numquam inter coævos fueras.*] Quidam legunt, *numquam interfueras?* ut Manutius, qui ex quinque libris antiquis vocem *coævos* delendam eſſe contendit. Turnebus *inter coquos* legendum exiſtimavit. Singulas lectiones probabiles exiſtimo, hanc tamen reli-

ras? Fauſti, adoleſcentis nobiliſſimi, paullo ante ex epulo magnificentiſſimo famem illam veterem tuam non expleras? quem accumbere atratum videras, dominum cum toga pulla & ejus amicos ante convivium? quæ te tanta tenuit amentia, ut tu, niſi id feciſſes, quod fas non fuit, niſi violaſſes templum Caſtoris, nomen epuli, oculos civium, morem veterem, ejus, qui te invitarat, auctoritatem, parum putares teſtificatum eſſe, ſupplicationes te illas non putare?

33 XIV. QUÆRO illud etiam ex te, quod privatus admiſiſti: in quo certè jam tibi dicere non licebit, cum clariſſimis viris cauſam tuam eſſe conjunctam: poſtulatusne ſis lege [53] Licinia & Junia? edixeritne [54] C. Memmius prætor

tor

reliquis duabus antepono, tum quod veterem illam famem, de qua paulo poſt loquetur, magis exprimat, ſi eum tanta oppreſſum fuiſſe mendicitate dicat, ut ab ipſis coquis cœnam parantibus non diſcederet, ab ipſis etiam rogis eſcam rapturus inſtar illius famelicæ, de qua Catullus:

Uxorne Mani ſæpe quam in ſepulcretis
Vidiſtis ipſo rapere de rogo cœnam,
Cum devolutum ex igne proſequens panem
A ſemiraſo tunderetur uſtore.

Terentius Eunucho, actu 3. ſc. 2.

Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror.

Tibullus:

Ipſa fame ſtimulante furens, eſcasque ſepulchris
Quærat, & à ſævis oſſa relicta lupis.

Tum quod ſi *coquos* legas, magis veterem loquendi conſuetudinem ſervaſſe videatur. nam coquorum in funeribus frequens mentio. Plautus Aulularia:

Cocus ille nundinalis eſt, in novum diem
Solet ire coctum.

Idem in Pſeudolo:

Quin ob eam rem orcus recipere hunc ad ſe noluit,
Ut eſſet hic qui mortuis cœnam coquat,
Nam hic ſolus illis coquere, quod placeat, poteſt.

Nam *culina* (ut ait Feſtus, quam Nonnius *coquinam* dictam fuiſſe tradit à coquendo) *vocatur locus in quo epulæ in funeribus comburuntur.* Abram. *Coævos* merito deleverunt viri docti. Nam hæc vox non reperitur apud Ciceronem & hujus ætatis ullum ſcriptorem. Præterea *cocos* clare Erfurtenſis exhibet cum aliis. *Græv.*

53. *Licinia & Junia.*] Haud aliter quoque Palatini, niſi quod quidam inclinare videntur in *Viniam.* ſed ita omnino quoque Erfurd. ac S. Victoris. recepta lectio, *Julia.* adeatur d. cap. 11. Turnebus. *Grut.*

54. *C. Memmius prætor.*] Cæſaris inimicus, de cujus etiam actis retulit ad ſenatum. is poſtea, cum peteret conſulatum, de ambitu

tu

tor ex ea lege, ut adeſſes die triceſimo? cùm is dies veniſſet, feceriſne, quod in hac republica non modò factum ante numquam eſt, ſed in omni memoria ſit omnino inauditum? appellariſne tribunos plebis, ne cauſam diceres? levius dixi: quamquam idipſum eſſet & novum, & non ferendum: ſed appellariſne nominatim peſtem illius anni, furiam patriæ, tempeſtatem reipublicæ, Clodium? qui tamen cùm jure, cùm more, cùm poteſtate judicium impedire non poſſet, rediit ad illam vim & furorem ſuum, ducemque ſe militibus tuis præbuit. In quo, ne quid à me dictum in te potiùs putes, quàm abs te eſſe quæſitum; nullum onus imponam mihi teſtimonii: [55] quæ mihi brevi tempore ex eodem iſto loco video eſſe dicenda, ſervabo, teque non arguam, ſed, ut in ceteris rebus feci, rogabo.

P. XXXVI. 34

Quæro ex te, Vatini, num quis in hac civitate poſt urbem conditam tribunos plebis appellarit, ne cauſam diceret? num quis [56] reus in tribunal ſui quæſitoris adſcenderit,

tu damnatus, Athenas exſulatum abiit. exſtant ad eum ſcriptæ epiſtolæ duæ primæ lib. XIII. Famil. Alter fuit C. Memmius, qui Gabinium de repetundis, eoque damnato, C. Rabirium Poſtumum accuſavit: de quo diximus in ea, quæ exſtat pro Poſtumo, Ciceronis oratione. *P. Manut.*

55. *Quæ mihi brevi.*] Vel nomen ſe Vatinii delaturum, vel potius, quod mihi magis arridet, teſtem ſe contra Vatinium brevi à Paulo & Licinio Marco productum iri comminatur. nam illi duo Vatinium accuſare jam ante decreverant. Cicero ad Q. Fr. epiſt. 4. lib. I. *Vatinium, à quo palam oppugnabatur, arbitratu noſtro concidimus Diis hominibusque plaudentibus. quinetiam Paulus noſter, cum teſtis productus eſſet in Sextium, confirmavit ſe nomen Vatinii delaturum, ſi Macer Licinius cunctaretur. & Macer à Sextii ſubſelliis ſurrexit, ac ſe illi non defuturum affirmavit.* Abram.

56. *Reus in tribunal.*] De tribunalibus & ſubſelliis Aſconium ad illa verba divinationis in Q. Cæcilium: *Alienum hunc tamen à ſubſelliis*, vide, ubi ſcribit: *Sunt ſubſellia Tribunorum, Triumvirorum, Quæſtorum, & hujuſcemodi minora judicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant.* Nihilo tamen ſecius ſubſellia non Judicum, ſed accuſatoris & rei videntur ſedes fuiſſe, & ex eo nomen habuiſſe, quod ſub Quæſtoris tribunali ſive ſella ponerentur. quorum in altero accuſator cum ſuis ſubſcriptoribus & teſtibus, in altero reus cum patronis, advocatis, procuratoribus teſtibus conſidebant. Fabius lib. V. cap. 7. *Illa vero peſſima artes teſtem ſubornatum in ſubſellia adverſarii mittere, ut inde excitatus plus noceat.* Noſter pro Flacco: *Una ſedent: ex accuſatorum ſubſelliis ſurgunt, non diſſimulant, non verentur. De ſubſelliis queror! una ex domo prodeunt, qui ſi verbo titubarint,*

rit eumque vi deturbarit? ſubſellia diſſiparit? 57
delegerit? eas denique omnes res in judicio diſturb
commiſerit, quarum rerum cauſâ judicia ſunt conſti
ſciasne tum fugiſſe Memmium? accuſatores eſſe tu
tuis tuorumque manibus ereptos? judices quæſti
de proximis tribunalibus eſſe depulſos? in foro, luce
ſpectante populo Romano, quæſtionem, magiſtr
morem majorum, leges, judices, [a] ſcelerum pœnar
ſublatam? hæc omnia ſciasne diligentiâ C. Memmii
cis tabulis eſſe notata atque teſtata? Atque illud
quæro, quòd, poſteà quàm es poſtulatus, ex lega
redieris, ne quis te judicia defugere arbitraretur: t
cùm tibi, utrum velles, liceret, dictitaris cauſam
maluiſſe: quî conſentaneum fuerit, cùm legationi
fugio uti noluiſſes, appellatione improbiſſima te ad
lium nefarium confugiſſe?

a reum MSS. pro reorum.

35 XV. [58] Et quoniam legationis tuæ facta n

rint, quò revertantur non habebunt. Sidonius Apollinaris libr
mo epiſt. 7. *Citati intromittuntur: partes, ut moris eſt, è regio
ſiſtunt, &c. Ferreolus, circumſiſtentibus latera collegis, verec
leniter in imo ſubſelliorum capite conſedit.* Erant autem ſubſel
bunalibus humiliora, ac proinde dicitur hic Vatinium in tr
ſui quæſitoris adſcendere. *Abram.*

57. *Urnas delegerit.*] Reduxi in fundum ſuum lectionem
editionum, firmatam à Pall. & S. Victoris. poſitumque pr
cerit, ut nonnullis videtur. nam alii nihil putant muta
Sic Plauti Caſina: *Hinc med. amantem ex ædibus delegit hujus*
Gruter. *Urnas deleverit.*] In judiciis duo fuerunt urnarum
ſive ſitularum. In alteram ſitulam reorum nomina conjicie
& deinde extrahebant, ut ejus cauſſam diſceptarent, cujus n
primo fuerat eductum. ad quod paſſim alludunt Poëtæ.
Æneïdos:

Quæſitor Minos urnam movet.

Et Statius, tum in Silvis, tum IV. Thebaidos, Seneca Herc
rente, Horatius lib. II. ode 3. & lib. III. ode 1. In alter
ditis partibus conjiciebant tabellas, abſolutionis, condem
nis, ampliationis, de quibus in Piſonem & pro Milone diſſe
Juvenalis:

. . . . . improba quamvis
Gratia fallaci prætoris vicerit urnâ.

Abram. Erfurt. clariſſime *delegerit*. Pro Cæcina c. 27. *Si
ſum modo delegeris.* Sic & ibi Erfurt. codex, ubi vulgati *de*
Eſt enim *deligere*, ut viri docti obſervarunt ex Nonio, e
eliminare. Propert. II. el. 21.

Altaque mortali deligere aſtra manu. Græv.

58. *Et quoniam legationis.*] Legationis quam Imperatore

, volo etiam audire de te, quo tandem ſenatus con-
o legatus ſis? de geſtu intelligo quid reſpondeas; tua
: dicis. Eſne igitur patriæ certiſſimus parricida? [b] ſpe-
ısne id, ut patres conſcripti ex republica funditus tol-
ntur? ne hoc quidem ſenatui relinquebas, quod ne-
umquam ademit, ut legati [59] ex ejus ordinis auctori-
: legarentur? adeone tibi ſordidum conſilium publicum
ım eſt? adeo afflictus ſenatus, adeo miſera & proſtra-
reſpublica, ut non [60] nuntios pacis ac belli, non [c] cu-
ores, non interpretes, non bellici conſilii auctores, non
ıiniſtros muneris provincialis ſenatus [61] more majorum
igere poſſet?
Eripueras ſenatui provinciæ [e] decernendæ poteſtatem, 36
peratoris deligendi judicium, ærarii diſpenſationem:
æ numquam ſibi populus Romanus appetivit, [62] qui
num-

b ſpectariſne *alii.*

c accuſatores *MS.* oratores *Gul.*

d miniſtri *MS.*

e decernendi *edd. vett.*

n Galliis obiiſti. duas autem legationes obiit Vatinius: aliam
e Tribunatum, in ulteriore Hiſpania, C. Coſconio Proconſule.
ıra: *Poſt quæſturam exieriſne legatus in ulteriorem Hiſpaniam, C.*
:onio Proconſule. alia legatio ejuſdem Vatinii Tribunatum ex-
it, de qua hoc loco facit mentionem & epiſtola 2. libri II.
Atticum. Hanc Vatinii legationem intelligit, quam cum Cæ-
: in Galliis obeundam ſuſceperat; redierat tamen in urbem,
jure legationis judicium defugiſſe videretur. *Abram.*
59. *Ex ejus ordinis auctoritate legarentur.*] Pal. nonus *relegarentur*;
od eſſet, *rurſus legarentur.* Grut.
60. *Nuntios pacis & belli.*] Legatos pacem & bellum nuntiaſſe
ıltis exemplis compertum eſt. Vide Livium libro XXII. 18. Ve-
n exiſtimo aliquid majus legatis tributum fuiſſe, ut ſcilicet jus
ialium & ſacerdotum obtinerent. Id tradit Halicarnaſſeus
.II, initio de Valerio ſive Galerio loquens, qui prætextu le-
tionis à Decemviris in exercitum miſſus eſt, ut per inſidias de
:dio tolleretur. *Perſuaſerunt ut ad exercitum, qui Cruſtrumeriam*
ıdebat, legatus exiret: eſt autem omnium res honoratiſſima & ſacerri-
apud Romanos legatus. vim quidem ac poteſtatem Imperatoris ha-
s, ſanctitatem vero ac venerationem Sacerdotis. quo loco nomine
cerdotis, aliud nihil quam Fecialem intelligo. *Abram.*
61. *More majorum deligere poſſet.*] Libri veteres habent, *diligere*
ſet: unde ſuſpicari poſſit aliquis legendum, *dilegere poſſet.* iidem
ıri paullo poſt habent, *imperatoris dilegendi judicium:* & paullo
ſt, *partim dilegeret imperatorem.* Lamb. Si optimi libri ſcribunt
'igere, non eſt iſta vox interpolanda & mutanda in *dilegere*. Eſt
im *diligere* id ipſum, quod *deligere*, unde *dilectus* & *diligenter*
re in II. de Offic. cum dilectu, & *diligenter ſcribere* noſtro eſt
ctis uti verbis in ſcribendo, de quibus alias. *Græv.*
62. *Qui numquam hæc à ſummi conſilii gubernatione auferre conatus*
:] Pall. omnes, ut & olim cuſi, *qui numquam aut ſummi conſ.*
gubern-

numquam hæc à ſummi conſilii gubernatione auferre conatus eſt. Age: factum eſt horum aliquid in aliis: rarò: ſed tamen factum eſt, [63] ut populus deligeret imperatorem. Quis legatos umquam audivit ſine ſenatusconſulto? P. B. ante te nemo. pòſt continuò fecit idem in [64] duobus prodigiis reipublicæ Clodius: [65] quo etiam majore es malo mactandus, quòd non ſolùm facto tuo, ſed etiam exemplo rempublicam vulneraſti: neque tantùm es improbus ipſe, ſed etiam alios docere voluiſti.

37 [66] Atque illud etiam audire à te cupio: quare, cùm ego legem de ambitu ex ſenatusconſulto tulerim, ſine vi tulerim, ſalvis auſpiciis tulerim, ſalva lege Ælia & Fuſia, tu eam eſſe legem non putes; præſertim cùm ego legibus tuis, quoquo modo latæ ſint, paream. Cùm mea lex dilucidè vetet, BIENNIO, QUO QUIS PETAT, PETITURUSVE SIT, GLADIATORES DARE, NISI EX

gubernationem auferre con. unde fecit Lambinus, *ante ſummo conſilio.* non ineptè. *Gruter.*

63. *Ut populus deligeret imperatorem.*] Delegit populus Gabinia lege Pompejum imperatorem bello piratico, diſſuadentibus optimatibus, ut ait Vellejus: cum Trebellius quoque tribunus plebis intercedere conaretur: nam ſenatui promiſerat, ut in Pediano legimus, moriturum ſe ante, quam lex illa perferretur. eundem bello Mithridatico, Manilia lege, contra voluntatem optimatum populus delegit. Plutarchus, Appianus, Dio. *P. Manut.*

64. *Duobus prodigiis.*] Videtur dicere de legatis à Clodio lege ſine S. C. lata miſſis: de quibus nihil jam memini. Si poſſet ad illud prius referri, nemo neſcit Gabinio & Piſoni imperium lege lata ampliſſimum adtributum. *Hotom.*

65. *Quo etiam majore es malo mactandus.*] *Mulctandus* emendavit olim Pantagathus conjecturâ ductus: & ita ſcriptum reperitur in veteribus etiam libris. *Urſin.* *Malo mactandus.*] Plautus Aularia:

Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri
Dotatæ mactant & malo & damno viros.

Pompilius præc. poſteriore:

At te Dii omnes cum conſilio, Calve, mactaſſint malo.

Ennius Telepho:

Quin illum Dii Deæque magno mactaſſint malo.

Afranius Privigno:

A Fulica pene periſti, Dii te mactaſſint malo.

Apud Nonnium. *Abram.*

66. *Atque illud etiam audire.*] Lambinus è mſſ. præmiſit his illud quod paulo poſt ſequitur, *ob haſce &c. perdidiſſe.* & ita quoque viſebatur in exemplari S. Victoris, item Pal. noni: neque abſurdum fuerit. abſunt enim ceteris Pall. item editionibus priſcis. *Grut.*

67. Cir

EX TESTAMENTO PRÆSTITUTA DIE: quæ tanta in te ſit amentia, ut in ipſa petitione gladiatores audeas dare? num quem putes illius tui [67] certiſſimi gladiatoris ſimilem tribunum plebis [f] poſſe reperiri, qui ſe interponat, quo minùs reus mea lege [g] fias? [68] Ob haſce omnes res, ſciasne te [69] ſeveriſſimorum hominum, Sabinorum, fortiſſimorum virorum, Marſorum & Pelignorum, [70] tribulium tuorum judicio notatum, nec poſt Romam conditam,

f eſſe *MS. non malè.*
g fiat *MS.*

67. *Certiſſimi gladiatoris.*] Qui multos jam annos in ſeditionibus & civium cæde verſatus eſt, & ad cædes expeditus gladiatoris inſtar, qui cum diu artem exercuerit, ictu certiſſimo locum ferit vulneri deſtinatum. *Abram.* *Certiſſimi* eſt veriſſimi. 1. ad Att. *Quem tu illo certiorem nebulonem.* Paſſerat.

68. *Ob haſce omnes res, ſciasne te &c.*] Ita legit è mſſ. Turnebus, reperitque in S. Victoris Gulielmius. neque aliter Pal. nonus. particula *ne* exſulat ab aliis edd. *Grut.*

69. *Severiſſimorum hominum Sabinorum.*] Morum ſeveritatem in Sabinis apud antiquos invenio prædicari. Horatius ode 6. libri tertii Carminum:

Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas, & ſeveræ
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſtes.

Virgilius libro VIII. Æn.

Romulidis, Tatioque ſeni, Curibusque ſeveris.

Vide & Propertium lib. II. eleg. 32. de Romanorum moribus loquentem, qui à prima Sabinorum ſeveritate deflexerant. Ovidium III. Amorum eleg. 7.

At nunc exæquet tetricas licet illa Sabinas.

Martialem lib. I. epiſt. 63. à qua morum ſeveritate *priſci* dicuntur, ut dicemus pro Cœlio. *Abram.*

70. *Tribulium tuorum.*] Dubitari poſſit quo pacto & Marſos & Pelignos tribules haberet Vatinius, & illi in tribu Sergia cenſerentur. nam tribum Sergiam inter veteres tribus ab ipſo Romæ naſcentis exordio floruiſſe conſtat. Maro V. Æn.

Sergeſtusque, domus tenet à quo Sergia nomen.

At negat Appianus 1. Civilium ſocios fuiſſe in veteres tribus allectos, & rationem hanc reddit: *Ne veteribus immixti eos in ferendis ſuffragiis ut numero ſic auctoritate ſuperarent.* Quomodo igitur Sabini, Marſi, Peligni, novi cives in veteri tribu Sergia ſuffragii jus obtinere potuerunt? Appianus: *Quod cum aut tum temporis non animadverſum fuiſſet, aut ſociis eo tum ſuffragii jure contentis animadverſum poſtea novas turbas excitavit.* nam aliquanto poſt C. Marius: *Novos ex Italia cives, cum in ferendis ſuffragiis minorem auctoritatem obtinerent, in ſpem adduxit fore, ut eos in veteres tribus diſtribueret, &c.* Quod etſi in præſentia Conſulum opera diſcuſſum eſt, paulo poſt tamen, ut notat epitome Liviana lib. LXXXIV.

 Car-

h tribulemque trib. *MS.*

ditam, præter te, [h] tribulem quemquam, tribum Sergiam perdidiſſe?

38 XVI. Ac si hæc omnia contemnis ac deſpicis, quòd ita tibi perſuaſeris, ut palàm dictitas, te, diis hominibuſque invitis, amore in te incredibili quodam C. Cæſaris, omnia, quæ velis, conſecuturum: ecquid audieris, ecquisnam tibi dixerit, C. Cæſarem nuper Aquilejæ, cùm de quibuſdam eſſet mentio facta, dixiſſe, C. Alfium præteritum permoleſtè tuliſſe, quòd in homine ſummam fidem probitatemque cognoſſet: graviterque etiam ſe ferre, prætorem aliquem eſſe factum, qui [71] à ſuis rationibus diſſenſiſſet? tum quæſiſſe quendam, de Vatinio quemadmodum ferret, ipſum reſpondiſſe, Vatinium in tribunatu gratis nihil feciſſe? qui omnia in pecunia poſuiſſet, honore animo æquo carere debere?

i *ita MSS. alii non habent* ſi affines.
k qui non *MS.*
l viderint *MS.*

39 Quòd ſi ipſe, qui te ſuæ dignitatis augendæ cauſâ periculo tuo, nullo ſuo delicto, ferri præcipitem eſt facilè paſſus, tamen te omni honore indigniſſimum judicat: ſi te vicini, [i] ſi affines, ſi tribules ita oderunt, ut repulſam tuam, [72] triumphum ſuum duxerint: ſi nemo adſpicit, [k] quin ingemiſcat; nemo mentionem facit, [k] quin execretur: ſi vitant, fugiunt, audire de te nolunt: cùm [l] viderunt, tamquam auſpicium malum deteſtantur: ſi cognati reſpuunt, tribules exſecrantur, vicini metuunt, affines erubeſcunt; [73] ſtrumæ denique ab ore improbo demigrarunt,

Carbone & Octavio Coſs. ut opinor, *novis civibus S. C. ſuffragium datum eſt.* id eſt, in veteres tribus ſunt diſtributi. nam, ut jam dictum eſt, jam ante novi cives ſuffragii in novis tribubus ferendi jus obtinebant. *Abram.*

71. *A ſuis rationibus diſſenſiſſet.*] A ſuis commodis & dignitate fuiſſet alienus. Suſpicor autem ſignificari L. Domitium ex Sueton. Jul. 27. & C. Memmium, qui una cum Domitio retulit in ſenatum in prætura de actis ſuperioris anni. *Paſſerat.*

72. *Triumphum ſuum duxerint.*] Summam lætitiam. Pro Cluent. *Præclara mater exultare lætitia, & triumphare gaudio cæpit.* In Verr. *Lætaris in omnium gemitu & triumphas.* Terent. Eunuch. *Id vero ſerio triumphat.* Horat. IV. 4. *Quos opimus fallere & effugere eſt triumphus.* Idem. In MS. Erfurt. legitur, *triumphum ſuum dixerint.*

73. *Si Roma denique ab ore impr.*] Veneti emendate ſic, *Struma denique ab ore impr.* nam Vatinii ſtrumam & alibi Cicero irridet, *denique Vatinii ſtrumam ſacerdotii dibapho veſtiant.* Camer. *Struma.*] Quibus Vatinius laborare ſolitus erat. in quas etiam Cicero jocatur in Sextiana: *Exſecant tanquam aliquam ſtrumam civitatis.* Abram. Hæc ſunt ambigue dicta. Proprie eſt à conſpectu hominis impudentiſſimi abierunt ſtrumæ, ejus os & improbitatem ferre

non

runt, [m] & aliis jam ſe locis collocarunt: ſi es odium publi- m & deeſt
cùm populi, ſenatûs, [74] univerſorum hominum ruſtica- in MS.
norum; quid eſt, quam ob rem præturam potius exoptes P. xxxvii.
quàm mortem? præſertim cùm popularem te velis eſſe,
neque ulla in re populo gratius facere poſſis? Sed, ut ali- 40
quando audiamus, quàm [n] copioſè mihi ad rogata reſpon- n cop. ad
deas, concludam jam interrogationem meam, teque in interrogata
extremo pauca [75] de ipſa cauſa rogabo. alii.

XVII. Quæro, quæ tanta in te vanitas, tanta levitas
fuerit, ut in [o] hoc judicio T. Annium iiſdem verbis lau- o hujus
dares, quibus [p] eum laudare & boni viri, & boni cives MS.
[q] conſueverunt, cùm in eundem nuper ab eadem illa tæ- p verbis eum MS.
terrima furia productus ad populum, cupidiſſimè falſum p conſue-
teſtimonium dixeris? An erit hæc optio & poteſtas tua, runt MS.
ut, cùm Clodianas operas & facinoroſorum hominum
& perditorum manum videris, Milonem dicas, id quod
in concione dixiſti, gladiatoribus & beſtiariis obſediſſe
rempublicam. cùm [r] autem ad tales viros veneris, non au- r hujus MS.
deas civem ſingulari virtute, fide, conſtantiâ vituperare?

Sed, cùm T. Annium tantopere laudes, & clariſſimo 41
viro nonnullam laudatione tua labeculam adſpergas (in il-
lorum

non potuerunt. Nam ſtruma gutturis vitium eſt, quo laborabat Vatinius. Supra: *inflato collo, tumidis cervicibus.* Sed ſtruma quoque cognomen eſt Nonii, familiaris Vatinii. Catullus: *Sella in curuli Struma Nonius ſedet.* Plinius xxxvi. 6. *Exſtat hodieque hujus generis gemma, propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius ſenator eſt, filius Strumæ Nonii ejus, quem Catullus poëta in ſella curuli viſum indignè tulit.* Hinc poſſunt hæc intelligi, & de vitio corporis Vatinii, & de Nonio Struma, qui, quamvis ſit Vatinio ſimillimus & impudentia & audacia aliiſque vitiis, Vatinium tamen ferre diutius non potuerit, ſed ad alios amicos ſe applicuerit. *Gravius.*

74. *Univerſorum hominum ruſticanorum.*] Illud *ruſticanorum* recepit in contextum Lambinus, reperiturque in S. Victoris & Pal. nono, item Erfurd. aliis libris deeſt. *Gruter.*

75. *De ipſa cauſſa.*] P. Sextii, in qua teſtimonium Vatinius dixerat. nam etſi de Milone, non de Sextio, ſtatim ſubjungitur: tamen id pertinet ad Sextium: ut eo Vatinii levitas & inconſtantia pateat, qui Milonem laudet, Sextium oppugnet: cum in rep. adminiſtranda Miloni cum Sextio conſiliorum omnium ſocietas fuerit. huc ſpectat illa concluſio: *Quæro, qui poſſis eos, quos crimine conjunxis, teſtimonio disjungere?* Quod autem Vatinius in teſtimonio, idem faciebat in accuſatione Sextii Albinovanus. cui Cicero in oratione pro Sextio reſpondens, *Quo modo*, inquit, *in hoc genere præſidii comparati accuſas Sextium, cum idem laudes Milonem?* P. Manut.

lorum enim numero mavult T. Annius eſſe, qui à te vituperantur) verum etiam quæro, cùm in republica adminiſtranda T. Annio cum P. Sextio conſiliorum omnium ſocietas fuerit (id quod non ſolùm bonorum, verùm etiam improborum judicio declaratum eſt: eſt enim reus uterque ob eandem cauſam & eodem crimine: alter die dicta ab eo, quem tu unum improbiorem eſſe, quàm te, numquam ſoles confiteri: alter tuis conſiliis, illo tamen adjuvante) quæro, quî poſſis eos, quos crimine conjungis, teſtimonio disjungere. Extremum illud eſt, quod mihi abs te reſponderi velim: [76] cùm multa in Albinovanum de prævaricatione diceres, dixerisne, nec tibi placuiſſe, nec oportuiſſe Sextium de vi reum fieri? quavis lege, quovis crimine accuſandum potiùs fuiſſe? etiam illud dixeris, cauſam Milonis, fortiſſimi viri, conjunctam cum hoc exiſtimari? quæ pro me à Sextio facta ſint, bonis eſſe grata? Non coarguo inconſtantiam orationis ac teſtimonii tui. Quas enim hujus actiones probatas bonis eſſe dicis, in eas pluribus verbis teſtimonium dixiſti: quicum autem ejus cauſam periculumque conjungis, eum ſummis laudibus extuliſti. Sed hoc quæro, num P. Sextium, qua lege accuſandum omnino fuiſſe negas, ea lege condemnari putes oportere? aut, ſi te in teſtimonio conſuli nolis, ne quid tibi auctoritatis à me tributum eſſe videatur, dixerisne in eum teſtimonium de vi, quem negaris reum omnino de vi fieri debuiſſe?

76. *Cum multa,*] Cum argueres Albinovanum prævaricationis, eumque prævaricari diceres, & cum P. Sextio colludere, quaſi Albinovanus, accuſatoris partes ſuſtinens, Sextium de vi accuſaret, quo crimine damnari non poterat. *Abram.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS PRO M. COELIO, ORATIO SEXTA ET TRICESIMA.

P. B.

ARGUMENTUM.

M. Cœlius Rufus, equitis Romani filius, cui exſtat epiſtolarum liber ad Ciceronem, accuſatus de vi à Sempronio Atratino, à Cicerone defenditur apud Cn. Domitium Calvinum Prætorem, Marcellino & Philippo Coſſ. Ipſe quoque Cœlius egit cauſſam ſuam, auctore Quinctiliano lib. II. cap. 1. & Suetonio de claris Rhetoribus. P. Manut. [Habita A. V. C. DCXCVII.]

I. SI QUIS, judices, fortè nunc adſit, ignarus legum, judiciorum, [1] conſuetudinis noſtræ: miretur profectò, quæ ſit tanta atrocitas hujuſce cauſæ, quòd diebus feſtis ludisque publicis, omnibus negotiis forenſibus intermiſſis, unum hoc judicium exerceatur; nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut, eo neglecto, civitas ſtare non poſſit. Idem, cùm audiat eſſe legem, quæ de ſeditioſis conſceleratisque civibus, qui armati ſenatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, rempublicam oppugnarint, [2] quotidie quæri jubeat: legem non improbet; crimen, quod verſetur in judicio, requirat. cùm

1. *COnſuetudinis noſtræ.*] In ſeditionibus primo quoque tempore vindicandis. nam alioqui contra conſuetudinem judicia ludorum diebus exerceri. *Hotom.*

2. *Quotidie quæri.*] Non modo quotidie, nulla feſtorum dierum ludorumve publicorum ratione habita, ſed etiam extra ordinem. id eſt, ante alias cauſſas. Itaque Cœlium accuſavit Atratinus, ut patrem ſuum, qui à Cœlio in judicium vocabatur, periculo liberaret. ſic accuſaſſe M. Tuccium de vi Sempronius Rufus dicitur in epiſt. Cœlii lib. IIX. eo conſilio, quòd videbat, ſi extraordinarius nemo reus acceſſiſſet, ſibi eo anno cauſſam eſſe dicendam. *P. Manut.*

cùm audiat, nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in judicium vocari: ſed [a] adoleſcentem illuſtri ingenio, induſtriâ, gratiâ, accuſari ab ejus filio, quem ipſe in judicium & vocet, & vocarit: oppugnari [b] autem [c] opibus meretriciis: [3] Atratini illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet; vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem [d] otio liceat eſſe.

a adol. nobilem, illuſtri *MS.*
b autem *non eſt in MS.*
c *alii* hoc op. *Grut.* hunc opib.
d otio *deeſt in MS.*

2 Etenim, ſi [4] attendere diligenter exiſtimareve de omni hac cauſa volueritis, ſic conſtituetis, judices, nec deſcenſurum quemquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui, utrum vellet, liceret: [5] nec, cùm deſcendiſſet, quidquam habiturum ſpei fuiſſe, niſi alicujus intolerabili libidine & nimis acerbo odio niteretur. ſed ego Atratino, humaniſſimo atque optimo adoleſcenti, meo neceſſario, ignoſco, qui habet excuſationem vel pietatis, vel neceſſitatis, vel ætatis. Si voluit accuſare: pietati tribuo. ſi juſſus eſt: neceſſitati. ſi ſperavit aliquid: pueritiæ. ceteris non modò nihil ignoſcendum, ſed etiam acriter eſt reſiſtendum.

P. XXXVIII.

3 II. Ac mihi quidem videtur, judices, hic introitus defenſionis, adoleſcentiæ M. Cœlii maximè convenire, ut ad ea, quæ accuſatores, [e] deformandi hujus cauſâ, detrahendæ,

e adformandi *MS.*

3. *Atratini illius.*] Sic omnes quidem libri. ſed Muretus ad 1. Catilin. delet illud *Atratini*, tanquam irreptitium. *Grut.*

4. *Attendere diligenter, exiſtimareve de omni &c.*] Recepi ſcripturam Pal. ſec. cui omnino accedunt ceteri, in quibus, *exiſtimare verè*, quomodo & S. Victoris exemplar & vetuſtius cuſi. recentiores finxere, *exiſtimare verè de.* quod quàm non agnoverint veteres, inde liqueat, quod ad marginem S. Vict. videatur, *att. dilig. atque exiſtimare.* Idem. Equidem *vere*, quod eſt etiam in Erfurt. Franc. ed. prima & Mediol. aliiſque vetuſtioribus, non erat repudiandum. *exiſtimare vere*, eſt recte & ſecundum fas & æquum judicare. Puto autem deſiderari copulam, quam abſorpſit præcedentis voculæ *diligenter* ultima ſyllaba, ſcripſiſſeque Tullium; *Si attendere diligenter & exiſtimare vere de omni hac cauſſa volueritis.* Eò ſpectat margo libri S. Victoris. *Græv.*

5. *Nec cum deſcendiſſet.*] Nec cum ad accuſandum veniſſet ſperaturum fuiſſe innocentis Cœlii damnationem, niſi auxilio niteretur Clodiæ, quæ & acerbo odio Cœlium proſequitur, & intolerabili invidioſiſſimaque arrogantia judicia ſe ad libidinem ſuam moderari poſſe exiſtimat. *Abram.* *Libidine* malè exponitur. ſed intelligit libidinem, quâ flagrabat Clodia Cœlium appetens, & cum illam contemnere cœpiſſet, impotentia libidinis incenſa tanto illum odio perſequeretur, ut concitaſſet, qui eum accuſaret. *Græv.*

6. Parum

hendæ ſpoliandæque dignitatis gratiâ dixerunt, primùm reſpondeam. Objectus eſt pater variè, quòd aut [6] parum ſplendidus ipſe, aut parum piè tractatus à filio diceretur. [7] De dignitate Cœlius notis ac majoribus natu, etiam [f] ſine mea oratione, tacitus, facilè ipſe reſpondet. quibus autem, propter ſenectutem, quòd jam diu minùs in foro nobiscum verſatur, [g] non æquè eſt cognitus; hi ſic habeant: quæcumque in equite Romano dignitas eſſe poſſit, quæ certè poteſt eſſe maxima, eam ſemper in M. Cœlio habitam eſſe ſummam, hodieque haberi, non ſolùm à ſuis, ſed etiam ab omnibus, quibus potuerit aliqua de cauſa eſſe notus.

f ſi nemo orat. & tac. *MS.*
g non eſt *MS.*

4 Equitis autem Romani eſſe filium, [h] criminis loco poni ab accuſatoribus, neque his judicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. [8] Nam, quod de pietate dixiſtis, eſt

h criminoſis *MS.*

6. *Parum ſplendidus.*] Proprie *ſplendor* eſt equeſtris ordinis, *dignitas* ſenatorii. ad equites tamen interdum dignitas transfertur. ideo ſequitur hic, *De dignitate Cœlius ipſe reſpondeat.* & paullo poſt, *Quæcumque in equite Romano dignitas eſſe poſſit.* P. Manut.

7. *De dignitate Cœlius notis ac majoribus natu, etiam ſine mea oratione tacitus facile ipſe reſpondeat.*] Plautus ſimili modo locutus eſt, *notis prædicas*, hoc eſt, qui ipſum norunt. *Urſin.* *Notis.*] Notus hoc loco idem eſt atque gnarus, ſive qui novit, non qui cognitus eſt, ad imitationem Plauti: ut,

. . . . . *notis prædicas.*

Horatius Sat. 1. lib. I.

Non uxor ſalvum te vult, non filius, omnes
Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ.

Cic. III. in Verrem: *Putabam non ſolum notis, ſed etiam ignotis probatam meam fidem eſſe.* Sicut contra *gnarus* & *ignarus* cum noto & ignoto confunditur. Nonnius Marcellus: *Ignarum, &c. incognitum.* Virgilius X. Æneidos:

. . . . . *ignarum Laurens habet ora Mimanta.*

Salluſtius Jugurthino Bello: *Amore humanæ cupiditatis ignara viſendi.* Ovidius:

. . . . . *proles ignara parenti.* Abram.

8. *Nam quod de pietate.*] Nota uſum hujus particulæ in tranſitionibus frequentem. Proxime: *Nam quod eſt objectum municipibus eſſe adoleſcentem non probatum ſuis:* Et: *Nam quod objectum eſt de pudicitia.* In Vatinium: *Nam quod mihi diſceſſum objeciſti meum.* & ne te morer, paſſim. Pietas in parentes tanti eſt Platoni, ut non minoris eam ducat, quam cultum Deorum. XI. de Leg. *Cui pater aut mater eſt, aut eorum parentes, tanquam ſacra depoſita domi ſervata, jam ſenio confecti, nemo ſe exiſtimet ſignum ullum aut ſtatuam Deorum domi ſuæ habere potiorem.* Subdit alia pulcherrima, probans parentes tanquam vivas ſpirantesque Deorum imagines eſſe. Quæ ſi vera ſunt, nemo mirabitur quod ait ſive Demoſthenes,

eſt quidem iſta noſtra exiſtimatio, ſed judicium certè parentis. quid nos opinemur audietis ex juratis. quid parentes ſentiant, lacrymæ matris incredibiliſque mæror, ſqualor patris & hæc præſens mæſtitia, quam cernitis, luctuſque declarat.

5 Nam, quod eſt objectum, municipibus eſſe adoleſcentem non probatum ſuis: [9] nemini umquam præſenti Puteolani majores honores habuerunt, quàm abſenti M. Cœlio: quem & abſentem in ampliſſimum ordinem cooptarunt, & ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt: iidemque nunc lectiſſimos viros, & noſtri ordinis, & equites Romanos cum legatione ad hoc judicium, & cum graviſſima atque ornatiſſima laudatione miſerunt. Videor mihi [i] jeciſſe fundamenta defenſionis meæ: quæ firmiſſima ſunt, ſi [k] nituntur judicio ſuorum. neque enim vobis ſatis commendata hujus ætas eſſe poſſet, ſi non modò parenti, tali viro, verùm etiam municipio tam illuſtri ac tam gravi diſpliceret.

P. B.
i legiſſe *MS.*
k nitantur *MS.*

6 III. Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus [l] profluxi ad hominum famam: [10] & meus hic forenſis labor vitæque ratio [m] dimanavit ad exiſtimationem hominum paullo latiùs commendatione ac judicio meorum. Nam, quod objectum eſt de pudicitia, quodque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictiſque celebratum eſt, id numquam tam acerbè feret M. Cœlius, ut

l perfluxi *MS.*
m deman. *MS.*

ſive Dinarchus in Ariſtogitonem : *Ego vero infidelem & Diis, non ſolum hominibus inimicum arbitror eum qui parentes neglexerit.* Et ut verbis Xenophontis utar : *Neque ſacra pie fieri poſſunt ab eo*, (qui parentes neglexerit) *neque aliud honeſtè & juſtè fieri poteſt.* Nec magis mirabitur, ſi Deus eos à filiis negligi ſæpe permittat, qui parentem Dei vivam & ſpirantem imaginem neglexerint. quales illi fuerunt, de quibus vide Ariſtotelem VII. Ethic. cap. 7. *Abram.*

9. *Nemini umquam præſenti Puteolani.*] Vox *Puteolani* non eſt Tullii noſtri; certè editiones tres ævi priſci præferunt *Prætoriani*, neque aliter plerique ſcripti noſtri; inter quos tert. quintus & octavus habent, *præſenti Prætori*, quod mihi non omnino abſurdum. ſed cum S. Vict. habeat ad oram aliàs *Pirieſtutiani*; videtur fuiſſe *Prætutiani*. *Prætutianam* ſanè regionem claram inter Italicas notum cuilibet, vel ex Plinii libro III. Nat. Hiſt. cap. 13. & 14. *Grut.* Sed num Prætutianus ager, ſic enim appellatur à Plinio, eſt municipium? Cave recedas ab edita lectione. *Grav.*

10. *Et meus hic forenſis labor.*] Pal. nonus & Turingicus liber, *& omnis hic*, vix eſt ut non ſit melius vulgato. *Grut.*

11. Pe-

ut eum [11] pœniteat non deformem eſſe natum. ſunt etenim iſta maledicta pervulgata in omnes, quorum in adoleſcentia forma & ſpecies fuit liberalis. Sed aliud eſt maledicere, aliud accuſare. accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, [12] hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet. maledictio autem nihil habet propoſiti, præter contumeliam: quæ [13] ſi petulantiùs jactatur, convicium; ſi facetiùs, urbanitas nominatur.

Quam quidem partem accuſationis admiratus ſum, & 7
moleſtè tuli potiſſimum eſſe Atratino datam. neque enim decebat, neque ætas illa poſtulabat, neque, id quod animadvertere poteratis, pudor patiebatur optimi adoleſcentis, in tali illum oratione verſari. Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet. aliquanto liberiùs, & fortiùs, & magis more noſtro refutaremus iſtam male-

11. *Pœniteat.*] Hunc locum reprehenderunt quidam, ut Agell. lib. XVII. quod *pœnitere* verbum niſi in voluntariis rebus non probè dicatur: non fuiſſe autem in arbitrio Cœlii quâ formâ naſceretur. Mirum eſt autem tam frigide Agellium reſpondiſſe, cum dicere potuerat, Pœnitet pro dolet, tædet, piget, ægre eſt, diſplicet, frequenter uſurpari: ut apud Terent. *Noſtri nosmet pœnitet. Me quantum hic operis fiat pœnitet.* Noſter in Offic. *Quo ad te quantum proficias num pœniteat.* Infamiam autem Cœlio ex ætate objectam ſignificat. *Hotom.* Cœlium Atratinus Jaſonem Pulchellum vocarat, citat Jacobus Nicolaus Loënſis lib. IX. Epiphyllidum cap. 21. Chirium Fortunatianum Rhetorem in hæc verba: *Etiam illa inter translationes ponimus, quæ non verbis ſed nominib. translatis immutantur, ut cum Atratinus Cœlium Pulchellum Jaſonem appellat, & Cicero Clodiam Palatinam Medeam.* Vide fuſe Loënſem loco citato, ubi & Atratinum Sempronium appellat, tum eundem Cœlium in epiſtolis, tum Dionem ſecutus. *Abram.* Verum eſt non optime Gellium tueri Ciceronem contra Aſinium & Licinium. Nam *pœnitere* ſæpe eſt non conqueri, contentum eſſe. Plaut. Pœn. I. 2. 7. *Convivii me nihil pœnitet.* non queror me parum lautè eſſe acceptam. Cic. 1. ad Att. 5. *A ſenatu quanti fiam minime me pœnitet.* hoc eſt, facilè contentus ſum, facilè acquieſco. Pro Cœl. 29. *Itaque ut eum pœniteat non deformem eſſe natum.* hoc eſt, ut ſibi diſpliceat formoſitas, ut queratur ſe formoſum eſſe. *Grav.*

12. *Hominem ut notet &c.*] Hotomanus Diſputationum juris civilis tomo 1. emendat, *nomen ut notet:* meo judicio, parum venuſtè, & tamen P. Manutius publicavit, *nomine ut notet*; præter libros profectò. *Grut.*

13. *Si petulantius jactatur.*] Muretus lib. IIX. Var. Lect. cap. 19. conjicit, *jaciatur.* quaſi altera ferri æquè nequeat. *Idem.* Eandem Mureti refutationem obire quoque voluit Dionyſius Salvagnius Bœſſius ad verſum Ovidii in Ibin, *Jactat & in toto verba canina foro.* Gron.

14. *Pri-*

maledicendi licentiam. Tecum, Atratine, agam leviùs; quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ; & meum erga te parentemque tuum beneficium tueri debeo.

8 Illud tamen te eſſe admonitum volo: [14] primùm qualis
P. XXXIX. es, talem te eſſe exiſtimes; ut, quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate ſejungas: deinde, ut ea in alterum ne dicas, quæ cùm tibi falſò reſponſa ſint erubeſcas. Quis eſt enim, cui via iſta non pateat? qui [15] iſti ætati atque etiam dignitati non poſſit quàm velit petulanter, etiam ſi ſine ulla ſuſpicione, at non ſine argumento, maledicere? Sed iſtarum partium culpa eſt eorum, qui te agere voluerunt: laus pudoris tui, quòd ea te invitum dicere videbamus: ingenii, quòd ornatè politéque dixiſti.

9 IV. Verùm ad iſtam omnem orationem brevis eſt defenſio. nam quoad ætas M. Cœlii dare potuit iſti ſuſpicioni locum, fuit primùm ipſius pudore, deinde etiam patris diligentiâ diſciplinâque munita: qui ut huic virilem togam dedit, nihil hoc loco de me (tantum ſit, quantum vos

14. *Primum, qualis es, talem te eſſe exiſtimes.*] Lambinus locum iſtum fœdè collutulavit, prætextu mſſ. ſuorum. at vulgata hæc disertè reſtat in Pal. octavo & Gruteriano, neque abeunt pr. quart. quint. ut nec omnis editio vetuſtate rancidior, niſi quod omittant illud *eſſe*. in nullo autem noſtrorum exſtat illud Lambinianum *ut* poſt *primum*, niſi in S. Victoris, ſed à manu ſecunda. *hi* verò ejus, omnes ad unum reſpuunt. *Grut.*

15. *Huic ætati atque dignitati.*] Sic lego impulſus auctoritate Agrætii, his verbis: *Pulchritudo forma in viris dignitas. Unde Cicero pro Cœlio: Quis non poſſit huic ætati atque dignitati, etiamſi ſine ſuſpicione, at non ſine argumento, maledicere? In fœminis autem honeſtas dicitur: unde Terentius de horrido & ſene Eunucho:*

Illumne obſecro inhoneſtum hominem ſenem mulierem?

Lib. IV. ad Herennium: *Defloreſcit forma dignitas aut morbo, aut vetuſtate.* Laberius Mimus apud Macrobium ſecundo Saturnal. cap. 7.

Nunc me quo dejicis? quid ad ſcenam affero?
Decorem formæ an dignitatem corporis?

Cicero primo de Officiis: *Cum autem pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas: venuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem.* Et paucis interjectis ſubdit eadem ſectione: *Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda eſt, calorque exercitationibus corporis.* Hunc etiam Græci dicendi modum uſurpant. Halicarnaſſeus lib. II. Numam Regem electum fuiſſe dicit. Ἡλικίας τε τῆς φρονιμωτάτης ὄντα, καὶ ἀξιώσει μορφῆς βασιλικόν. *Cum & prudentiſſimæ ætatis & formæ dignitate regalis eſſet.* Abram.

16. A-

vos exiſtimatis) hoc dicam, hunc à patre continuò ad me eſſe deductum. nemo hunc M. Cœlium in illo ætatis flore vidit, niſi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Craſſi caſtiſſima domo, cùm artibus honeſtiſſimis erudiretur.

10 Nam quòd Catilinæ familiaritas objecta Cœlio eſt, longe ab iſta ſuſpicione abhorrere debet. Hoc enim adoleſcente ſcitis conſulatum mecum petiſſe Catilinam. ad quem ſi acceſſit, aut ſi à me diſceſſit umquam, (quamquam multi boni adoleſcentes illi homini nequam atque improbo ſtuduerunt:) tum exiſtimetur Cœlius Catilinæ nimiùm familiaris fuiſſe. At enim poſtea ſcimus & vidimus eſſe hunc in illius amicis. Quis negat? ſed ego illud tempus ætatis, quod ipſum ſua ſponte infirmum, aliorum libidine infeſtum eſt, id hoc loco defendo. Fuit aſſiduus mecum, prætore me: non noverat Catilinam. [16] Africam tum prætor ille obtinebat. ſecutus eſt annus. cauſam de pecuniis repetundis Catilina dixit. mecum erat hic: illi ne advocatus quidem venit umquam. deinceps fuit annus, quo ego conſulatum petivi. petebat Catilina mecum. numquam ad illum acceſſit: à me numquam receſſit. P. B.

11 V. Tot igitur annos verſatus in foro ſine ſuſpicione, ſine infamia, ſtuduit Catilinæ iterum petenti. Quem ergo ad finem putas cuſtodiendam illam ætatem fuiſſe? Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium togâ conſtitutus: & ut exercitatione ludoque campeſtri [n] tunicati uteremur. eademque erat, ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus, caſtrenſis ratio ac militaris. qua in ætate, niſi qui ſe ipſe ſua gravitate & caſtimonia, & cùm diſciplina domeſtica, tum etiam naturali quodam bono defenderat, quoquo modo à ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa [o] imperia ætatis integra atque inviolata præſtitiſſet: de ejus fama ac pudicitia, cùm is jam ſe corroboraviſſet, ac vir inter viros eſſet, nemo loquebatur.

n tunicati *ed. pr.* cauti *MS.*

o initia æt. *edd. vett.* impietatis *MSS.*

12 Studuit Catilinæ, cùm jam aliquot annos eſſet in foro, Cœ-

16. *Africam prætor obtinebat.*] Pedianus in Orat. in tog. candid. *Catilina ex prætura Africam obtinuit, quam cum graviter vexaſſet, legati Afri in ſenatu jam tum abſente illo queſti ſunt, multaque graves ſententiæ in ſenatu de eo dicta ſunt.* Item in ead. *Ante annum quam hæc dicerentur, Catilina cum rediſſet ex Africa Torquato & Cotta Coſſ. accuſatus eſt repetundarum à P. Clodio adoleſcente, qui poſtea inimicus fuit Ciceronis.* Defenſus eſt Catilina, ut Feneſtella tradit, à M. Cicerone. *Hotom.*

17. Sce-

Cœlius. & multi hoc idem ex omni ordine atque ex omni ætate fecerunt. habuit enim ille, ſicuti meminiſſe vos arbitror, permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. utebatur hominibus improbis multis: & quidem optimis ſe viris deditum eſſe ſimulabat. erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli ac laboris. flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam ſtudia rei militaris. neque ego umquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diverſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibuſque conflatum.

13 VI. Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior? quis turpioribus conjunctior? quis civis meliorum
P. XL. partium aliquando? quis tætrior hoſtis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effuſior? Illa verò, judices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitiâ, tueri obſequio, cum omnibus communicare quod habebat, ſervire temporibus ſuorum omnium pecuniâ, gratiâ, labore corporis, [17] ſcelere etiam, ſi opus eſſet, & audaciâ: [18] verſare ſuam naturam & re-
p *alii* fleɑ. & torq. gere ad tempus, atque huc & illuc p torquere p & flectere: cum triſtibus ſeverè, cum remiſſis jucundè, cum ſenibus graviter, cum juventute comiter, cum facinoroſis audaciter, cum libidinoſis luxurioſè vivere.

14 Hac ille tam varia multiplicique natura, cùm omnes omnibus ex terris homines improbos audaceſque collegerat:

17. *Scelere etiam, ſi opus eſſet, & audaciâ.*] Copulam non agnoſcit Erfurt. & rectius abeſt. Sic enim ſcribendum: *Scelere etiam, ſi opus eſſet audaciâ*, ſcilicet ad ſcelus illud patrandum. Hinc ſtatim *cum facinoroſis audaciter vivere.* Græv.

18. *Verſare ſuam naturam & regere ad tempus.*] Non impugno codicum omnium ſcripturam. Videtur enim *regere naturam ad tempus* eſſe pro ratione temporis ſuum ingenium ſic moderari, ut ſe ad illius temporis conditionem & hominum ſenſum ac voluntatem accommodet, ut ſolebat facere Alcibiades. *Ad tempus* enim eſt pro ratione. Plancus in epiſtola ad Ciceronem ad Fam. 9. lib. X. *Si itineri meo ſe oppoſuerit, ad tempus conſilium capiam.* Vide & cap. 30. Orat. pro Planc. Non poſſum tamen, quin tibi ſuſpicionem meam indicem. Ciceronem nimirum ſcripſiſſe, *Verſare ſuam naturam & tegere ad tempus.* Tegebat ſuam naturam, cùm cum triſtibus ſeverè, cum ſenibus graviter viveret, cum ſimularet ſe optimarum partium civem eſſe, cum clarorum virorum amicitiam appeteret. *Idem.*

19. In

rat: tum etiam multos fortes viros & bonos ſpecie quadam virtutis aſſimulatæ tenebat. neque umquam ex illo delendi hujus imperii tam q conſceleratus impetus exſtitiſſet niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur. Quare iſta conditio, judices, reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. eſt enim commune cum multis, & cum quibuſdam etiam bonis. Me ipſum, me, inquam, quondam pænè ille decepit, cùm & civis mihi bonus, & optimi cujuſque cupidus, & firmus amicus ac fidelis videretur. cujus ego facinora oculis prius, quàm opinione, manibus antè, quàm ſuſpicione, deprehendi. cujus in magnis catervis amicorum, ſi fuit etiam Cœlius, magis eſt, ut ipſe moleſtè ferat erraſſe ſe, ſicuti nonnumquam in eodem homine me quoque erroris mei pœnitet, quàm ut iſtius amicitiæ crimen reformidet.

q ſceleratus *alii.*

VII. ITAQUE à maledictis pudicitiæ ad conjurationis 15 invidiam oratio eſt veſtra delapſa. poſuiſtis enim, atque id tamen titubanter & ſtrictim, conjurationis hunc, propter P. B. amicitiam Catilinæ, participem fuiſſe: [19] in quo non modò crimen non hærebat, ſed vix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. Qui enim tantus furor in Cœlio? quod tantum aut in moribus naturaque vulnus, aut in re atque fortuna? ubi denique eſt in iſta ſuſpicione Cœlii nomen auditum? Nimiùm multa de re minimè dubia loquor: hoc tamen dico, non modò ſi ſocius conjurationis, ſed niſi inimiciſſimus iſtius ſceleris fuiſſet, numquam conjurationis accuſatione adoleſcentiam ſuam potiſſimùm commendare voluiſſet.

16 Quod, haud ſcio, an de ambitu & de criminibus iſtis [20] ſodalium ac ſequeſtrium (quoniam huc incidi) ſimiliter reſpon-

19. *In quo non modò crimen non hærebat.*] Aſſeverat Lambinus libros veteres omnes habere *non inhærebat.* at ego contra teſtor nullum è Palatinis illud firmare præterquam tertium. & tantum abeſt ut ita legi debeat, ut palam ſtet pro altera ſcriptura Tullius pro Comœdo cap. 6. *Poteſt hoc, hoc homini huic hærere peccatum?* item heic infra cap. 23. *Num petivit? ne crimen håreret?* Gruter.

20. *Sodalium.*] Eorum, qui ſocietatem cum ipſo inierant, ut ſuffragia corrumperent. Operæ pretium eſt nonnulla ex poſterioribus magni Budæi annotationibus in Pandectas ad hujus loci explanationem excerpere: *Sodales*, inquit, *ſunt, qui ejuſdem collegii ſunt, quos Græci carpiam (legit Budæus ἑταιρείαν) vocant.* Subdit: *Fuit & olim Romæ alioquin hoc nomen criminoſum, nam & lex Licinia lata eſt*

reſpondendum putem. numqnam enim tam Cœlius a
fuiſſet, ut, ſi ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet,
bitûs alterum accuſaret: neque ejus facti in altero ſ
cionem quæreret, cujus ipſe ſibi perpetuam licentiam
taret: nec, ſi ſibi ſemel periculum ambitûs ſubeun
putaret, ipſe alterum iterum ambitûs crimine arceſſ
quod quamquam nec ſapienter & me invito facit,
men eſt ejuſmodi cupidinis, ut magis inſectari alteri
nocentiam, quàm de ſe timidè cogitare videatur.

17 Nam quòd æs alienum objectum eſt, ſumptus re
henſi, tabulæ flagitatæ: videte, quàm pauca reſpond
Tabulas, qui in patris poteſtate eſt, nullas conficit.
ſuram numquam omnino fecit ullam. Sumptus uniu

eſt contra ſodalitia, id eſt, coitiones quæ fiebant ad corrumpenda ſ gia popularia. Cicero pro Plancio: *Sed aliquando veniamus a ſam, in qua tu nomine legis Liciniæ quæ eſt de ſodalitiis, omnes a bitu leges complexus es.* Item: *Ego Plancium & ipſum gratioſu dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui gratioſos, quos ſo dales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas crimino ſo.* S eſt igitur. Quemadmodum Cœlius ex eo, quòd conjurationi mine accuſavit Antonium, oſtendit ſe non fuiſſe conjura participem, ita accuſans Pollam patrem Atratini de ambitu, dit ſe cum peteret ædilitatem aliosque magiſtratus non corr largitionibus populi Romani ſuffragia. de quo accuſatus eſt, cum ſodalibus ſocietatem ad corrumpenda populi ſuffragia ſet. *Abram.*

21. *Tamen eſt ejuſmodi cupidus.*] In Franc. primo eſt, *tam ejus omnino cupidus.* Cenſeo Tullium ſcripſiſſe, *tamen eſt ejus no cupiditatis.* ut eſt in Memmiano. Omnino tanta in illo c piditas, hoc eſt ſtudium inſectandi adverſarium. *Cupiditas,* perperam ex uno codice mutavit Gruterus, eſt ſtudium pa ardor perſequendi & perdendi illum, quem accuſare conſtitu quis, quamvis is ſit inſons, ut C. Julius Cæſar, de quo S nius in ejus vita cap. 13. *Sorte judex in reum ductus tam cupid demnavit, ut ad populum provocanti nihil æque ac judicis acerbit fuerit.* vide quæ ibi notavi. Inferius cap. 9. *Hoc ex genere ſi in hoc judicium forte projecerint, excluditote eorum cupiditatem ſapientiâ veſtrâ.* Græv.

22. *Verſuram fecit.*] Credo *verſuram facere* non modo pro torem mutare uſurpari, verum etiam pro mutuam pecunia cipere; nam qui mutuum facit, verſuram facit, & aliud p rependit. Sic autem neceſſario illud intelligendum eſt infra orat. *Quid ſigni? nulli ſumptus, nulla jactura, nulla verſura.* pro Font. *A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe* Vide vocem *verſura*, in comment. noſtro de Verb. Jur. Confundunt vulgo *verſura ſolvere*, & *verſuram facere.* hoc cuniam ſub uſuris mutuam ſumere, illud eſt pecunia mutu

is objectus eſt, habitationis: triginta millibus dixiſtis
n habitare. Nunc demum intelligo, P. Clodii [23] inſu-
ı eſſe venalem, cujus hic [24] in ædiculis habitet, de-
n, ut opinor, millibus. vos autem, dum illi placere
tis, ad tempus ei mendacium veſtrum accommodaviſtis.
ɔrehendiſtis, à patre quòd ſemigrârit. [25] quod quidem 18
ı in hac ætate minimè reprehendendum eſt. qui cùm P. XLI.
&

nomen aliq[illegible] expungere. de quo aliàs pluribus egimus.
rv.

3. *Inſulam eſſe venalem.*] Nam ſi ædicularum Clodii locatio ti æſtimatur; in quo mendacium eſt; quia Cœlius in iis ha- ıt non triginta millibus, ſed decem millibus: quanti æſtima- ır inſula ejuſdem Clodii? mendacium igitur hoc accommoda- n eſt Clodio, inſulam ſuam vendere cupienti. Inſula duplex , major & minor; major, ædes aliquot junctæ, viis undi- : terminatæ; qui & vicus dicitur: unde Suetonius in Julio: *ſum vicatim per dominos inſularum egit.* Minor, una domus eſt, rum ambitu finita. Eam domum, quod ex Plin. libro XXXVI. ɔ. 15. licet intelligere, Clodius emit H-S centies quadragies ties millibus, quæ ſunt ſcutatorum millia quadringenta eo- e amplius. *P. Manut.*

4. *In ædiculis habitet.*] Inſulæ, cum eſſent perquam amplæ & ıtioſæ, continebant plures ædes, quas elocabant aliis, quæ & æ *inſulæ* dicebantur, hinc longe plures erant inſulæ Romæ ım domus. ut dudum Caſaubonus obſervavit ad Suetonium. que non mirum eſt per inſulæ dominum potuiſſe recenſum in- ıtium agi apud Suetonium. Qui totam inſulam poſſidebat, ut : Clodius dicebatur dominus inſulæ, ut apud Suet. Jul. 41. alibi. qui vero habitabant in conductis ædibus, appellabantur *ılares*, & *inſularii*. Petron. *Jam faxo ſciatis non vidua hanc in- um eſſe, ſed M. Manicii.* Et ſtatim: *Interim coctores inſulariique lcant excluſum.* ubi male Gonſales *inſularios* interpretatur inſu- um cuſtodes è Pomponio JC. lege 16. ff. de Uſu & habitatione: *minus proprietatis etiam invito uſu fructuario, vel ſuario, fundum ædes per ſaltuarium, vel inſularium cuſtodire poteſt.* Juſtin. XXXII. *Qua re prodita concurſu inſularium cum omni militia interficitur*, . recte ὁ πάνυ Iſaacus Voſſius *inſulares* exponit templi cuſtodes accolas. *Grav.*

25. *Quod quidem jam in hac ætate minime reprehendendum eſt.*] Ro- e tum cùm luxu ita mos invaluerat, ut filiifamilias adultiores, amvis ſplendide pater habitaret, & in laxis ædibus ſemigra- ıt, acſi paterna quantumvis ampla domus capere non poſſet ːrem & filium. Plutarchus in vitæ Sullæ initio: Σύλλας ἐν οὐκ θόνοις ἐτεθράφη τοῖς πατρῴοις. γενόμενος δὲ μειράκιον, ᾤκει παρ' ερας, ἐνοίκιον οὐ πολὺ τελῶν. *Sulla non magnis opibus fuit innutri- . Cum adoleviſſet in conducto habitavit non magna mercede, quam habitatione pendebat.* Hinc in epiſtolis ad Atticum commemo- ıtur ædes in urbe conductæ filio M. Tullii, & item filio ejus

 fratris

& ex reipublicæ cauſa eſſet mihi quidem moleſtam, tamen glorioſam, victoriam conſecutus, & per ætat magiſtratus petere poſſet, non modò permittente pat ſed etiam ſuadente, ab eo ſemigravit: &, cùm domus tris à foro longè abeſſet, quo faciliùs & noſtras dom obire, & ipſe à ſuis coli poſſet, conduxit in Palatio n magno domum.

VIII. Quo loco poſſum dicere id, quod vir cla ſimus, M. Craſſus, [26] cùm de adventu regis Ptolem quereretur, paulo antè dixit. „*Utinam ne in* [illegible]*ore Pelio* — ac longius quidem mihi contexere hoc carmen lice „ *Nam numquam hera errans* hanc moleſtiam nobis ex beret, „ *Medea animo ægra, amore ſævo ſaucia.* —— enim, judices, reperietis, quòd, cùm ad id loci vene oſtendam, hanc Palatinam Medeam migrationemq huic adoleſcenti cauſam ſive malorum omnium, ſive tius ſermonum fuiſſe.

Qua

fratris Q. Tullii, cum uterque factus eſſet adultior, quamvis n dum duxiſſent uxores. *Grav.*

26. *Cum de adventu regis Ptolemæi quereretur.*] Pulſus à ſuis c bus Ptolemæus, rex Alexandrinus, Romam ſe contulit, ut à natu populoque Romano reſtitueretur. eodem tempore le Alexandrini contra eum venerunt: quorum Ptolemæus magn partem per inſidias ſuſtulit, in iis principem legationis Dion Academicum. Objecerat autem accuſator, pulſatos eſſe à Cœ Puteolis Alexandrinos legatos. quam partem Craſſus cum re leret, queſtus eſt de adventu Ptolemæi. niſi enim veniſſet mam, legati non veniſſent. ita pulſatio Puteolana non nomi retur, in quo uſurpavit illud Ennii: *Utinam ne in nemore Pel* ita repetens longinquam cauſſam, unde argumentum ſumpſer accuſatores de pulſatione Puteolana, ut repetierat poëta cauſſ ejus amoris, qui Medeam perdidit. Hos verſus ex Medea, En tragœdia, recitat ſcriptor Rhet. ad Herennium:

Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes:
Neve inde navis inchoandæ exordium
Cœpiſſet, quæ nunc nominatur nomine
Argo: qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ, per dolum.
Nam numquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo ægro, amore ſævo ſaucia.

Primos duos verſus effert Cic. lib. I. de Invent. & in Topicis, de Nat. Deor. lib. III. & Priſcianus lib. VII. ex quo etiam ill intelligitur, legendum, *Cæſa cecidiſſet abiegna* non, ut lib. I. Invent. *Cæſæ cecidiſſent abiegnæ.* Initium ab Euripide ſumpſit nius. Græce enim ſic: Εἴθ' ὤφελ' ἀργοῦς. &c. *P. Manut.*

Quamobrem illa, quæ ex accuſatorum oratione præ- 19
muniri jam & fingi intelligebam, fretus veſtra prudentia, judices, non pertimeſco. Ajebant enim fore teſtem ſenatorem, [27] qui ſe pontificiis comitiis [28] pulſatum à Cœlio diceret. à quo quæram, ſi prodierit: primùm cur ſtatim nihil egerit: deinde, ſi id queri quàm agere maluerit, cur productus à vobis potiùs, quàm ipſe per ſe: cur tanto pòſt potiùs, quàm continuò, queri maluerit. Si mihi ad [r] hæc acutè argutéque [ſ] reſponderit, tum quæram denique, ex quo iſte fonte ſenator emanet. nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, fortaſſe, ut ſoleo, commovebor. [29] ſin autem, ut rivulus, arceſſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lætabor, cùm [30] tanta gratia tantiſque

[r] hoc *MS.*
[ſ] reſpondit *id. MS.*

27. *Qui ſe pontificiis comitiis pulſatum.*] Qui pro teſtimonio diceret ſe iis comitiis, *quæ pro collegio Pontificum habentur, aut Regis ſacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa,* à M. Cœlio fuiſſe verberatum. Vide A. Gell. XV. 27. ex quibus ſatis quænam pontificia comitia eſſent intelligis. Tantum hic illud addam, quod ad lictorem & cornicinem ſpectat, aliam videri Dionyſii Halicarnaſſei libro II. Antiquit. ſententiam. *Patricios quidem, ſi quando Regibus viſum fuiſſet eos convocare, præcones proprio & paterno nomine invitabant. Plebejos vero ſervi quidam publici confertim cornibus bubulis ad conciones convocabant.* Quem convocandi morem à Judæis equidem manaſſe exiſtimo, Numerorum 16. *Viri proceres Synagogæ, & qui tempore Concilii per nomina vocarentur.* Plebejos autem cornibus ſolitos eſſe convocari, teſtis eſt Joſephus libro V. Ἀρχαιολ. cap. 4. *Et per omnem circa regionem dimiſerunt cornicines. mos enim patrius obtinuerat, ut cornibus multitudinem convocarent.* Abram.

28. *Pulſatum.*] Verberibus exceptum, verberatum. VI. Æneidos:

Pulſatusque parens, aut fraus innexa clienti.

Livius lib. X. Decad. 4. *Qui ſpeculatoris à ſe pulſati præſentem ultionem metuebant.* Item: *Nam ab iis pulſatum convivam ſuum audierat.* Seneca controverſia vigeſima ſeptima: *Qui patrem pulſaverit, manus ei præcidantur.* Statius lacrym. Hetruſci:

——— procul hinc procul eſte nocentes,
Si cui corde nefas tacitum, feſſique ſenectus
Longa patris, ſi quis pulſata conſcius unquam
Matris, & inferna rigidum timet Æacon urna. Abram.

29. *Sin autem eſt rivulus, arceſſitus &c.*] Ita Pall. noſtri & S. Victoris, non ut hodie cuſi, *ut rivulus.* nam antiquior editio, *ex rivalis.* Ceterùm indicavit Turnebus lib. XXVII. Adverſ. cap. 23. Donatum in Terentii Eunucho iſthæc laudare actu V. ſcena 8. hac forma: *ſin erit ex illo fonte rivalis.* acutè: ut ludat in ambiguo. poterit enim intelligi rivalis Cœlii in Clodiam. *Grut.*

30. *Tanta gratia, tantiſque opibus.*] Ejuſdem Clodiæ & propinquorum ejus: ut infra. ſed verbum, *gratia*, proprie pertinet ad Clodiam, cum ſummo ejus probro: ut *gratioſus* quoque Verris filius puer cum vituperatione dicitur act. I. in Verrem. *P. Manut.*

 31. At-

tiſque opibus accuſatio veſtra nitatur, unum ſenatorem
P.B. ſolum eſſe, qui vobis gratificari vellet, inventum:
20 Nec tamen illud genus alterum nocturnorum teſtium
pertimeſco. eſt enim dictum ab illis, fore qui dicerent,
uxores ſuas, à cæna redeuntes, [31] attrectatas eſſe à Cœlio.
Graves erunt homines, qui hoc jurati dicere [t] audebunt:
cùm ſit his confitendum, numquam ſe, ne congreſſu
quidem & conſtitutò cœpiſſe de tantis injuriis [32] experiri.

t *ita Lamb.* *alii* audeant.

IX. SED TOTUM genus oppugnationis hujus, judices, & jam proſpicitis animis, &, cùm inferetur, propulſare debebitis. non enim ab iiſdem accuſatur M. Cœlius, à quibus oppugnatur. palàm in eum tela jaciuntur,
21 clàm ſubminiſtrantur. Neque id ego dico, ut invidioſum
ſit in eos, quibus glorioſum hoc etiam eſſe debet. funguntur officio: defendunt ſuos: faciunt quod viri fortiſſimi ſolent. læſi dolent, irati efferuntur, pugnant laceſſiti. ſed veſtræ ſapientiæ tamen eſt, judices, non, ſi cauſa juſta eſt viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo [v] vobis quoque vos cauſam putare eſſe juſtam alieno dolori potiùs quàm veſtræ fidei conſulendi. Quæ ſit multitudo in foro, quæ genera, quæ ſtudia, quæ [x] varietas hominum, videtis. ex hac copia quàm multos eſſe arbitramini, qui hominibus potentibus, gratioſis, diſertis, cùm aliquid eos velle

v quod vos cauſ. *MS.*

x varietates *MS.*

31. *Attrectatas.*] Quantopere à mulieribus contrectandis abſtinerent, quantique criminis id duceretur, argumento eſt, quod ut ait Feſtus ex Verrio, *Matronæ à magiſtratibus non ſubmovebantur, ne pulſari contrectarive viderentur.* Valerius lib. II. qui eſt de Inſtitutis antiquis: *Quo matronale decus verecundiæ munimento tutius eſſet, in jus vocanti matronam, corpus ejus attingere non permiſerunt, ut inviolata manus alienæ tactu ſtola relinqueretur.* Porro hanc contrectandi vocem non raro hoc ſenſu uſurpatam reperias. Publius Aſprenas apud Senecam Rhetorem lib. I. Controverſ. 2. *Contrectata es alicujus oſculo, alicujus amplexu.* Et apud eundem Portius Latro: *Puta enim virginem quidem eſſe te: ſed contrectatam oſculis omnium: etiamſi citra ſtuprum cum viris volutatam.* Divus Cyprianus de habitu virginum: *Cum amictu veſtis honor corporis ac pudor ponitur, denudanda ac contrectanda virginitas revelatur.* Abram.

32. *Experiri.*] *Experiri*, eſt locutio in judiciis uſitata. Livius Decad. 4. lib. X. *Si quod ſeu jus, ſeu auxilium ſe habere, ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur.* Cic. pro Quintio: *Nonne ſi quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur?* nota verba, *intra parietes*. Livius lib. IV. *Cum res peragi intra parietes nequiviſſet, ventum in jus eſt.* unde & Tullius pro Cæcinna arbitrum *diſceptatorem domeſticum* nominavit. *Ea judicia, quæ diſtrahendarum controverſiarum cauſſa reperta ſunt, perſæpe diſceptatore domeſtico diſceptantur.* Idem.

33. Re-

velle arbitrentur, ultrò ſe offerre ſoleant, operam navare, teſtimonium polliceri?

Hoc ex genere ſi qui ſe in hoc judicium fortè projecerint: excluditote eorum cupiditatem, judices, ſapientiâ veſtrâ: ut eodem tempore & hujus ſaluti, & [33] religioni veſtræ, & contra perículoſiſſimas hominum potentias conditioni omnium civium providiſſe videamini. Equidem vos abducam à teſtibus: neque hujus judicii veritatem, quæ mutari nullo modo poteſt, in voluntate teſtium collocari ſinam: quæ facillimè [y] fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri poteſt. argumentis agemus: ſignis omni luce clarioribus crimina refellemus. res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione pugnabit. 22

[y] confingi MSS. effingi quad. ed. P. XLII.

X. Itaque illam partem cauſæ facilè patior graviter & ornatè à M. Craſſo eſſe peroratam, de ſeditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulſatione Puteolana, de bonis Pallæ. Vellem dictum eſſet ab eodem etiam de Dione. de quo ipſo tamen quid eſt quod expectetis: quod is, qui fecit, aut non timet, aut etiam fatetur? eſt enim [z] reus, qui [a] hujus dictus eſt & adjutor fuiſſe & [b] conſcius, P. [c] Aſcitius; is judicio eſt liberatus. Quod igitur eſt hujuſmodi crimen, ut, qui commiſit, non neget: [d] qui negavit, abſolutus ſit: id hic pertimeſcat qui non modò à facto, verum etiam à conſcientiæ ſuſpicione abfuit? &, ſi Aſcitio cauſa plus profuit, quàm nocuit invidia, huic oberit tuum maledictum, qui iſtius facti non [e] modò ſuſpicione, ſed ne infamiâ quidem eſt adſperſus? 23

[z] rex MS. [a] antè MS. [b] ſocius alii. [c] Aſatius, aut Aſius, aut Aſſitius MSS. [d] qui non neg. alii. [e] modo non MS.

At prævaricatione eſt Aſcitius liberatus. Perfacile eſt iſti loco reſpondere, mihi præſertim, à quo iſta cauſa defenſa eſt. Sed Cœlius optimam cauſam Aſcitii eſſe arbitratur: [34] cujuſmodi autem ſit, à ſua putat eſſe ſejunctam: neque ſolum Cœlius, ſed etiam adoleſcentes humaniſſimi 24

&

33. *Religioni.*] Aſconius in ſecundam Verrinam: *Jurabant in leges Judices, ut obſtricti religione judicarent.* Frequenter autem ſolent Oratores, Græci potiſſimum, concepti jurisjurandi religionem Judicibus in memoriam revocare. ut Æſchines contra Cteſiphontem, Demoſthenes de corona, contra Ariſtocratem, contra Timocratem, ubi tota jurandi formula exhibetur, item de falſa legatione, & alibi paſſim. *Abram.*

34. *Cujuſmodi autem ſit.*] Ant. Auguſtinus *cuicuimodi* legit. Ego non audeo contradicere codicibus antiquis, in quibus eſt *cujuſmodi.* Urſin.

& doctiſſimi, rectiſſimis ſtudiis atque optimis a
f dediti alii. f prædıti, Titus Cajusque Coponii: qui ex omnibu
ximè Dionis mortem doluerunt: qui cum doctrin
dio atque humanitatis, tum etiam [35] hoſpitio Dioı
nebantur. Habitabat is apud L. Luccejum, ut aı
fuerat ei cognitus Alexandriæ. Quid aut hic, aut ſu
ſplendore præditus, frater ejus, de M. Cœlio exiſt
ex ipſis, ſi producti erunt, audietis. Ergo hæc ı
veantur, ut aliquando, in quibus cauſa nititur, ad
niamus.

XI. Animadverti enim, judices, audiri
P. B. his meum familiarem, L. Herennium, perattentè.
etſi magna ex parte ingenio ejus & dicendi genere
dam tenebamini: tamen nonnumquam verebar, ı
ſubtiliter ad criminandum [36] inducta oratio ad a
veſtros ſenſim ac leniter accideret. dixit enim mu
luxuria, multa de libidine, multa de vitiis juver
multa de moribus; &, qui in reliqua vita mitis eſſ
in hac ſuavitate humanitatis, quâ prope jam delect
homines, verſari perjucundè ſoleret, fuit in hac
[37] pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter. ob

35. *Hoſpitio Dionis tenebantur.*] Primo Æneidos:

Hunc Phœniſſa tenet Dido, blandisque moratur
Hoſpitiis . . . .

Notant verbum, *tenere*, amatorium eſſe. Ovidius:

——— *Jam te tenet altera conjux.*

Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidos:

Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.

Quibus locis *tenere* eſt, ut opinor, conſuetudine ſua delec remorari, ut qui tenetur vix ab alterius conſuetudine p velli.

——— *Quod amantes*
Non longe à charo corpore abeſſe volunt,

ait Catullus. *Teneri* itaque eſt delectari. Noſter IV. Acad. *Adhibita vero exercitatione & arte, ut oculi picturâ teneantur, res cantibus, quis eſt quin cernat quanta vis ſit in ſenſibus?* V. d bus: *Ut pompâ, ludis atque ejuſmodi ſpectaculis teneantur, ob rem vel famem & ſitim perferant. Quid vero qui ingenuis ſtudi artibus delectantur? &c.* Et alibi non infrequenter. *Abram*

36. *Inducta oratio animos veſtros ſenſim ac leniter accederet.*] Veneta lectio, *Ad animos veſtros ſenſim ac leniter accederet.*

37. *Pertriſtis quidam patruus.*] Acerrimus & ſeveriſſimus cenſor. Cic. de Officiis lib. I. *In ejus familiari Scipione major, vita triſtior.* Infra: *Et omnia inflammatus ageret, tri verbis, voce maxima.* Terentius:

vit M. Cœlium, ſicut neminem umquam parens. multa de incontinentia intemperantiaque diſſeruit. Quid quæritis, judices? ignoſcebam vobis attentè audientibus; propterea quòd egomet tam triſte illud & tam aſperum genus orationis horrebam.

Ac prima pars fuit illa, quæ me minùs movebat, fuiſſe 26
meo neceſſario Beſtiæ Cœlium familiarem: cænaſſe apud eum, ventitaſſe domum, ſtuduiſſe præturæ. Non me hæc movent, quæ perſpicuè falſa ſunt. etenim eos unà cænaſſe dicit, qui aut abſunt, [38] aut quibus neceſſe eſt idem dicere. Neque verò illud me commovet, quòd ſibi in [39] Lupercis ſodalem eſſe Cœlium dixit. Fera quædam ſodalitas & planè paſtoritia atque agreſtis [40] germanorum Lupercorum: quorum coitio illa ſilveſtris antè eſt inſti-

Triſtis ſeveritas ineſt in vultu atque in verbis fides.

Triſte grave apud Nonium cap. 4. Tullius de Rep. libro VI. *Qui numero optimatum & principum obtulit his vocibus, & gravitatis ſuæ liquit illum triſtem & plenum dignitatis ſonum.* Subjungit paucis interjectis: *Afranius epiſtola: Jactavit ſeſe, jactet, mihi erit triſtior,* id eſt, *iratior.* Et apud eundem cap. 1. Lucilius lib. XXX.

Idem tuis ſævis factis & triſtibus dictis.

Juvenalis Sat. II.

——— Quis enim non vicus abundat
Triſtibus obſcœnis. ———

Perſius Sat. 1.

Tunc cum ad canitiem & noſtrum iſtud vivere triſte
Reſpexi, & nucibus facimus quæcunque relictis.
Cum ſapimus patruos, tunc tunc.

Quo verſu vides poſt vocem *triſtis* ſtatim fieri patrui mentionem. nam apud Satyricos patruus uſurpatur pro triſti rigidoque morum cenſore. Horatius Sat. 3. lib. II.

——— Sive ego prave,
Seu recte hoc volui, ne ſis patruus mihi. ———

Quod alicubi Perſius ſic eſt imitatus:

——— ne ſis mihi tutor. Abram.

38. *Aut quibus neceſſe eſt idem dicere.*] Locum hunc opinor non vacare mendo: Ant. Auguſtinus, *Nec eſſe ibidem liceret* emendavit, cujus conjecturam ſequor. *Urſin.*

39. *Lupercis.*] Vetus inſtitutum, ut nudi ſubligaculis ſubcincti Februario menſe per urbem vagarentur, quaſi lupos arcerent. Varro, Plinius, Servius. *Hotom.*

40. *Germanorum.*] Verorum: nam cum ſint ab Euandro inſtituti multo ante Romam conditam, id eſt, ante humanitatem, atque leges, veri & germani ſunt Luperci plane humanitatis expertes, cum nomina ſodales inter ſe deferunt. Sodalitates autem ad honorem alicujus dei inſtitutæ ſunt, ut Lupercorum ad honorem Panos. In Catone: *Sodalitates me quæſtore inſtitutæ ſunt.* P. Manut.

 41. *Ti-*

inſtituta quàm humanitas atque leges. ſi quidem non modò nomina deferunt inter ſe ſodales, ſed etiam commemorant ſodalitatem in accuſando, ut ne, g ſi quis id fortè neſciat, [41] timere videatur.

g quid is forte *Abram*.

27 Sed hæc omittam: ad illa, quæ me magis moverunt, reſpondebo. Deliciarum objurgatio fuit longa & ea lenior: pluſque diſputationis habuit quàm atrocitatis: quo etiam audita eſt attentiùs. nam [42] P. Clodius, amicus meus, cùm ſe graviſſimè vehementiſſiméque jactaret, [43] & omnia inflammatus ageret triſtiſſimis verbis, voce maxima: tametſi probabam ejus eloquentiam, tamen non pertimeſcebam. aliquot enim in cauſis eum videram fruſtra litigantem. tibi autem, Balbe, h reſpondebo primùm precariò, ſi licet, ſi fas eſt defendi à me eum, qui nullum convivium i renuerit, qui unguenta ſumpſerit, qui Bajas viderit.

P. XLIII.

h reſpondeo *MS.*

i tenuerit *MS.*

28 XII. EQUIDEM multos & vidi in hac civitate & audivi, non modò qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitæ, & [44] extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent, ſed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe, graveſque homines atque illuſtres fuiſſe. Datur enim conceſſu omnium huic aliquis [45] ludus ætati, & ipſa natura pro-

41. *Timere videatur.*] Legendum, *videantur*, in plurali: probabile eſt Lupercos vultus tinctos habuiſſe ne adgnoſcerentur, & ita bacchatos eſſe, quod ſi quis è ſodalibus eorum diem illum feſtum non obiiſſet, eum ab aliis accuſari ſolitum. *Hotom.*

42. *P. Clodius, amicus meus.*] Non is, qui Clodiæ frater erat, Ciceronis inimiciſſimus. Hic tertius erat accuſator, de numero ſubſcriptorum, alter L. Herennius: Atratinus nomen detulerat, & primas partes agebat. *P. Manut.*

43. *Et omnia inflammatus ageret.*] *Inflammatius* Pantagathus. *Urſin.*

44. *Extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent.*] Vid. Craſm. Chiliad. Juſtinianus IV. Inſtitutionum, tit. de Publicis Judiciis. *Sed de publicis judiciis hæc expoſuimus, ut vobis poſſibile ſit ſummo digito, & quaſi per indicem ea tetigiſſe.* Similis eſt & illa parœmia quam in Jove Tragœdo uſurpat Lucianus: Ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι. *ſummis naribus odorari.* Ælianus XII. Hiſtoriæ cap. 1. de Aſpaſia loquens, citra parœmiam: Ἄκρᾳ τῇ χειρὶ μόνον τοῦ Κύρου προσαψαμένου, ἐξεβόησέ τε καὶ ἔφατο αὐτὸν οἰμώξεσθαι τοιαῦτα δρῶντα. *Cum eam ſumma tantum manu Cyrus attigiſſet, exclamavit dixitque fore ut ipſum facti pœniteret.* Abram.

45. *Dare ludum ætati.*] Eſt ſinere & permittere, ut indulgeat ætati. De hoc loquendi genere *ludum dare* vide Villiomari animadverſ. in locos controverſos Titii lib. V. 4. Pro *conceſſu omnium* Gem-

fundit adoleſcentiæ cupiditates: quæ ſi ita erumpunt, nullius vitam labefactent, nullius domum evertant; iles & tolerabiles haberi ſolent.

ſed tu mihi videbare ex communi infamia juventutis 29
uam invidiam Cœlio velle conflare. Itaque omne illud ntium, quod eſt orationi tributum tuæ, fuit ob eam ſam, quòd uno reo propoſito de multorum vitiis cobamus. Facile eſt accuſare luxuriem. dies jam me deet, ſi, quæ dici in eam ſententiam poſſunt, coner exmere: de corruptelis, de adulteriis, [46] de protervita- de ſumptibus, immenſa oratio eſt. ut tibi reum neiem, ſed vitia proponas, res tamen ipſa & copioſè graviter accuſari poteſt. ſed veſtræ ſapientiæ eſt, judi-, non abduci ab reo: nec, quos aculeos habeat ſeves gravitasque veſtra, cùm eos accuſator erexerit in , in vitia, in mores, in tempora, emittere in homin & in reum: cum is non ſuo crimine, ſed multo vitio ſit in quoddam odium injuſtum vocatus. P. B.

taque ſeveritati tuæ, ut oportet, ita reſpondere non 30
leo: [47] erat enim meum deprecari vacationem adoleſcen-

ublac. *conceſſo omnium*, quod fortaſſe verum eſt. Sic enim in- ait: *Sed abhorret non modo ab hujus ſeculi licentia, verum etiam jorum conſuetudine atque conceſſis.* Græv.

. *De protervitate.*] De procacia ſive petulantia. Claudianus II. in Eutropium:

—— Juvenes venere protervi,
Laſcivique ſenes. ——

ntius Heautontimor. actu IV. ſc. 5. Syrum Clitiphonti, qui o ante neſcio quid vel petulantius vel immodeſtius egerat, oquentem inducit:

Quam pone tua me perdidit protervitas.

atius I. Carminum Ode 19.

Urit grata protervitas
Et vultus nimium lubricus adſpici.

de 25.

Parcius junctas quatiunt feneſtras
Ictibus crebris juvenes protervi.

ervitas itaque idem eſt atque procacitas ſive petulantia, quale ſolet in pecudibus, dum vi amoris proritata obvia quæ propellunt ac proterunt. Advertit Lævinus Torrentius hac proprie uſum eſſe Lucretium, cum ait:

Capripedes agitat cum læta protervia Panas. Abram.

. *Erat meum deprecari vacationem adoleſcentiæ, veniamque petere.*] io quid ſentire debeam de lectione Pal. ſec. tert. Grut. & vett. *erat meum de pravaricatione adoleſcentiæ veniam petere.* certè

leſcentiæ, veniamque petere: non, inquam, audeo: perfugiis non utor ætatis: conceſſa omnibus jura dimitto: tantum peto, ut, ſiqua eſt invidia communis hoc tempore æris alieni, petulantiæ, libidinum juventutis, quam video eſſe magnam, ne huic aliena peccata, ne ætatis ac temporum vitia noceant. Atque ego idem, qui hæc poſtulo, quin criminibus, 48 quæ in hunc nondum propriè conferuntur, diligentiſſimè reſpondeam, non recuſo.

XIII. SUNT AUTEM duo crimina, auri & veneni: 49 in quibus una atque eadem perſona urgetur. Aurum k ſumptum à Clodia: venenum quæſitum, quod Clodiæ daretur, dicitur. omnia ſunt alia, non crimina, ſed maledicta jurgii petulantis magis quàm publicæ quæſtionis. Adulter, impudicus, ſequeſter, convicium eſt, non accuſatio. nullum eſt enim fundamentum horum criminum, nulla ſedes. voces ſunt contumelioſæ, temerè ab irato accuſatore nullo auctore, emiſſæ.

k emptum *MS.*

31 Horum duorum criminum video fontem, video auctorem,

rem,

tè ſalivam mihi moverent, niſi inventis verbis litteriſque totidem in nono, offendiſſem ibidem *veniamque petere*. Gruter.

48. *Quæ in hunc nondum proprie conferuntur,*] Vox *nondum* jam primum accedit auctori ex Pal. ſec. cui fere reſpondent nonus & Gembl. in quibus, *mundum*, item tert. in quo *mundis*. Idem, *Mundum* eſt etiam in Erfurt. Sed in Franc. neque *mundum*, neque *nondum* reperitur, uti nec in editis ante Gruterum. Puto quidem aliquid latere, ſed *nondum* mihi ægre probatur, quamvis poſſit exponi nondum, quòd ab accuſatoribus maledicta varia & multa in Cœlium ſint conjecta, antequam ad ipſa crimina proprie pervenirent. Videtur hoc ipſius Tullii oratio declarare, qui plurimis præmiſſis, de Cœlii cum Clodia familiaritate, de adoleſcentiæ ludo permiſſo, de meretricio amore non omnino interdicendo, ſubjicit quæ proprie criminibus reſpondet. Sed malui Victorium, Manutium, Lambinum & codices, quos illi viderunt, ſequi. *Grav.*

49. *In quibus una eademque perſona verſatur.*] *Vrgetur* habet vetus liber, pro *verſatur*. F. Urſin. *Eadem perſona urgetur.* Reduxi lectionem omnium veterum librorum editorum ac calamo exaratorum, niſi quod reſtet in nonnullis *urguetur*; unde natum Erfurdenſis *arguetur*. vulgata, *verſatur*. Grut. In Erfurtenſi non legitur *arguetur*, ſed clariſſime *urguetur*, antiquo ſcribendi more pro *urgetur*. In Franc. quoque *urgetur*, quod merito reſtituit Gruterus. Sed τὸ *in* videtur delendum eſſe, dicitur enim *urgeri dolore, hoſte, inopia*, pro à dolore, hoſte, inopia urgeri. Alterius locutionis *urgeri in aliqua re* non puto inveniri exemplum, quamvis defendi poſſit. Sic *bibere in oſſibus*, *in ſcyphis* apud Florum, Martialem & alios pro ex oſſibus, ex ſcyphis, & quæ ſunt hujus generis alia. *Grav.*

50. Cri

:m, video [50] certum nomen & caput. Auro opus fuit: ımpſit à Clodia, ſumpſit ſine teſte, habuit quamdiu voiit. maximum video ſignum cujuſdam egregiæ familiariıtis. necare eandem voluit, quæſivit venenum; ſollicitavit quos potuit; paravit; locum conſtituit; attulit. manum rurſus odium video [51] cum crudeliſſimo diſcidio :xſtitiſſe. Res eſt omnis in hac cauſa nobis, judices, cum Clodia, muliere non ſolùm nobili, ſed etiam nota: de qua ego nihil dicam, niſi depellendi criminis cauſâ.

Sed intelligis pro tua præſtanti prudentia, Cn. Domiti, 32
cum hac ſola rem eſſe nobis: quæ ſi ſe aurum Cœlio commodaſſe non dicit, ſi venenum ab hoc ſibi paratum eſſe non arguit; petulanter facimus, ſi matremfamilias [52] ſecùs, quàm [53] matronarum ſanctitas poſtulat, nomi- P. XLIV.
na-

50. *Certum nomen.*] Crimen, de quo lex aliqua publicorum judiciorum perlata erat, *certum nomen* habere dicebatur: de quo lata nulla lex erat incertum. Cic. de Invent. II. *Inſcriptum quoque maleficium dicebatur, de quo lex lata non erat: quod a Juriſconſultis extraordinarium dicitur.* Hotom.

51. *Cum crudeliſſimo diſcidio.*] Sic eſt legendum: & ita ſcriptum eſt in pluribus libris manuſcr. *diſcidium* autem a verbo *diſcindo* natum, vocem eſſe Latinam, docuimus in commentar. Lucretianis. Hic homo ἀναιδὴς ait ſe de hac voce alibi verba feciſſe, quaſi vero in commentariis Lucretianis non anteverterimus. *Lamb.*

52. *Secus nominamus.*] Nam de matrona pudica & proba diceret, *Quam honoris cauſſa nomino:* ut de Cæcilia, in oratione pro Sex. Roſcio. *P. Manut.*

53. *Matronarum ſanctitas.*] De matronarum ſanctitate Afranius apud Nonnium Marcellum cap. ſecundo, voce *Sanctitudo: Tuam majeſtatem & nominis matronæ ſanctitudinem.* Ac praeter Afranium invenio etiam a Catone majeſtatem apud Livium lib. IV. Decad. 4. nominari: *Niſi me verecundia ſingularum magis majeſtatis ac pudoris quam univerſarum tenuiſſet.* Et ibidem Valerius Tribunus plebis in illa ſua concione: *Quid vetus regia lex ſimul cum ipſa urbe nata, aut (quod ſecundum eſt) a Decemviris ad condenda jura creatis in XII. tabulis ſcripta? ſine qua cum majores noſtri non exiſtimarint matronale decus ſervari poſſe, nobis quoque verendum ſit, ne cum ea pudorem ſanctitatemque fæminarum abrogemus?* Huc etiam traho illud Plinianum cap. 36. lib. IX. de Purpura: *Huic faſces ſecureſque Romanis viam faciunt: idemque pro majeſtate pueritiæ eſt.* quod ſcilicet lictores matronas purpurâ inſignes non ſubmoverent. Porro ſanctitas, ſive, ut alii loquuntur, majeſtas matronarum ea fuit quæ Plutarcho in Romuli vita oſtenditur: *Multa vero mulieribus honoris cauſſa conceſſa ſunt, in quibus & iſta. Euntibus de via decedere, nihil turpe loqui in earum præſentia, non nudari iis præſentibus, aut apud Triumviros capitales cauſam dicere. Earum vero liberos ornari bulla, quæ ex ſimilitudine bullæ aqueæ nomen accepit, purpureo loro de collo ſuſpenſa.* Abram.

54. *Priſ-*

namus. ſin, iſta muliere remota, nec crimen ullum, nec opes ad oppugnandum Cœlium illis relinquentur; quid eſt aliud, quod nos patroni facere debeamus, niſi ut eos, qui inſectantur, repellamus? quod quidem facerem vehementiùs, niſi intercederent mihi inimicitiæ cum iſtius mulieris, viro: fratrem volui dicere: ſemper hîc erro. nunc agam modicè, nec longiùs progrediar, quàm me mea fides & cauſa ipſa coget. neque enim muliebres umquam inimicitias mihi gerendas putavi, præſertim cum ea, quam omnes ſemper amicam omnium potiùs, quàm
1cuiq. *MS.* l cujuſquam inimicam putaverunt.

33 XIV. SED TAMEN ex ipſa quæram priùs, utrùm me ſecum ſeverè, & graviter, & [54] priſcè agere malit, an remiſſè ac leniter, & urbanè. ſi illo auſtero more ac modò: aliquis mihi ab inferis excitandus eſt, [55] ex barbatis illis, non hac barbula, [56] quâ iſta delectatur; ſed illa hor-

54. *Priſcè agere.*] More antiquorum vitia graviter inſectantium. Unde Sabini, qui frequenter, ut in Vatiniana viſum eſt, ſeveri, iidem etiam priſci quaſi ſeveris moribus inſtituti nominantur. ut Virgil.

Curibusque ſeveris. &c.
Priſcique Quirites.

Item:

Ecce Sabinorum priſca de gente.

Horat.

Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe virtus.

Poëta ille in Copa:

Ah pereant cui ſunt priſca ſupercilia.

Vellejus Paterculus lib. II. inter cetera, quibus Sejano adulatur, eum vocat *virum ſeveritatis lætiſſimæ, hilaritatis priſcæ, actu otioſis ſimillimum, nihil ſibi vendicantem, eoque aſſequentem omnia.* Seneca in Hippolyto:

Ubi vultus ille, & ficta majeſtas viri,
Atque habitus horrens, priſca & antiqua appetens
Morumque ſenium triſte & aſpectu grave?

Quod non tam propter antiquitatem, quàm propter morum gravitatem dictum exiſtimo, non enim Cato major, ſed Cato Uticenſis apud invidos ebrietatis infamiâ laboravit. Catull. in Nupt.

Sæva quod horrebas priſci præcepta parentis. Abram.

55. *Ex barbatis.*] Tonſoribus non uſos Romanos ante annum CCCCLIV. Plinius teſtatur: primumque omnium radi Africanum inſtituiſſe. Cic. pro Muræna: *Hæc jam tum barbatis illis ridicula videbantur.* Vid. Lipſ. ad Tacit. XIV. Annal. & Ferrar. Electa Lib. II. c. 12.

56. *Quâ iſta delectatur.*] *Quâ iſti delectantur* Ant. Auguſtinus, optimè, ut ego quidem puto. *Urſin.*

57. Ima-

orrida, quam in ſtatuis antiquis & [57] imaginibus vide-
nus: qui objurget mulierem, & pro me loquatur, ne
ta mihi fortè ſuccenſeat. Exſiſtat igitur ex hac ipſa fami-
a aliquis; ac potiſſimùm Cæcus ille. minimum enim do-
orem capiet, qui iſtam non videbit. qui profectò, ſi ex-
iterit, ſic aget & ſic loquetur: Mulier, quid tibi cum
Cœlio? quid cum homine adoleſcentulo? quid cum alie-
no? cur aut tam familiaris huic fuiſti, ut aurum commo-
lares: aut tam inimica, ut venenum timeres? non pa-
rem tuum videras? non patruum, non avum, m proa- m non
rum, atavum audieras conſules fuiſſe? atav. *MSS.*

Non denique modò te [58] Q. Metelli matrimonium te- 34
nuiſſe ſciebas, clariſſimi ac fortiſſimi viri patriæque aman-
tiſſimi? qui, ſimulac pedem limine extulerat, omnes pro-
pè cives virtute, gloria, dignitate ſuperabat? cui cùm ex
ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſes, cur P. B.
tibi Cœlius tam conjunctus fuit? cognatus? affinis? viri
tui familiaris? nihil horum. quid igitur fuit, niſi quædam
temeritas ac libido? [59] nonne te, ſi noſtræ imagines vi-
riles non commovebant, ne progenies quidem mea, [60] Q.
illa Claudia, æmulam domeſticæ laudis in gloria mulie-
bri eſſe admonebat? non [61] virgo illa Veſtalis Claudia,
quæ

57. *Imaginibus.*] Omnis ſtatua imago eſt, non contra. nam imago eſt etiam picta, eſt in gemmis, eſt in annulis inciſa. *P. Manut.*

58. *Q. Metelli matrimonium.*] Κλοδίαν Μέτελλος ὁ Κέλερ εἶχεν ἣν Κυαδρανταρίαν ἐκάλει, ait Plut. in Cic. Idem Cic. ep. 11. lib. Fam. v. & ep. 1. lib. 11. ad Attic. *Hotom.*

59. *Nonne te.*] Videtur ſcribendum, *non*, deleta particula *ne.* Man.

60. *Q. illa Clodia.*] Quæ in pudicitiæ judicium vocata navem um ſacris matris Deûm Tiberino vado adhæreſcentem cingulo uo adligatam extraxit. Sueton. Valer. alii. *Hotom.*

61. *Virgo Veſtalis.*] Suetonius in Tiberio fratrem vocat, niſi forſaſſe mendum in ſcripturam obrepſerit. *Etiam*, inquit, *virgo Veſtalis fratrem injuſſu populi triumphantem adſcenſo ſimul curru uſque in Capitolium proſecuta eſt, ne vetare aut interdicere fas cuiquam Tribunorum eſſet.* Sed quomodo, poſtquam illa currum adſcendit, nec vetare, nec interdicere cuiquam Tribunorum fuit? opinor, id aut propter religionis & ſacerdotii reverentiam contigiſſe: aut propter matronarum (quales fuiſſe Veſtales alibi jam oſtendimus) majeſtatem & dignitatem. Siquidem, ut ait Feſtus ex Verrio, ſive potius Paulus ex Feſto: *Matronæ a magiſtratibus non ſummovebantur, ne pulſari contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur: ſed nec viri earum ſedentes cum uxoribus in vehiculo deſcendere cogebantur.*

quæ patrem complexa triumphantem ab inimico tril plebis de curru detrahi paſſa non eſt? cur te fratern tia potiùs, quàm bona paterna, & avita, & uſque à bis cùm in viris, tum etiam in fœminis repetita, m runt? ideòne ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amo turpiſſimorum quotidie fœdera ferires? ideò aquam duxi, ut ea tu inceſtè uterere? ideò viam munivi eam tu alienis viris [62] comitata [n] celebrares?

n tenebrares *MSS.*

35 XV. Sed quid ego, judices, ita gravem perſo induxi, [o] ut verear, ne ſe idem Appius repentè con tat, & Cœlium incipiat accuſare illa ſua gravitate ce ria? Sed [p] videro hoc poſteriùs, atque ita, judices vel ſeveriſſimis diſceptatoribus M. Cœlii vitam me pr turum eſſe confidam. Tu verò mulier (jam enim ipſ cùm nulla perſona introducta loquor) ſi ea, quæ f quæ dicis, quæ inſimulas, quæ [q] in ſororem tuam liris, quæ [r] arguis, probare cogitas: rationem tanta miliaritatis, tantæ conſuetudinis, tantæ conjunctionis das atque exponas neceſſe eſt. Accuſatores quide libidines, amores, adulteria, [63] Bajas, actas, [64] conv

o ut & ver. *MS.*

p video *MS.*

q *tres ſeqq. voces deſunt in aliis.*

r argumenta *MS.*

co:

tur. Quidni ergo quod nuptæ ſedentes in vehiculo cum ma idem Virgo Veſtalis cum patre ſedens privilegium obtineret i ſtremo nota non cum Suetonio fratrem, ſed cum Tullio pa apud Valerium lib. V. cap. 4. & Oroſium lib. V. nominari. *A*

62. *Comitata.*] Paſſiva ſignificatione. Ovidius II. de Ponto gia 2.

—— *Proles comitavit euntem.*

Et lib. III. Eleg. 2.

Occidit & Theſeus, & qui comitavit Oreſtem.
Sed tamen in laudes venit uterque ſuas.

& alibi frequenter. *Idem.*

63. *Bajas, actas, convivia.*] Reſtitui ex S. Victoris, neque bant Pall. quàm quod ii *Bajas, acta convivi.* malè vulgò, *Baii. convivia.* imò tria potius objiciebant; *Bajas* & *actas*, & præ *convivia.* de Baiis ſatis notum vel ex Epiſtolis Senecæ. de ac actis, diximus, aut dixere alii in Verrinis. *Grut.*

64. *Convivia, comiſſationes.*] Diſcrimen eſſe inter comiſſati & convivia non ſolum hic locus oſtendit, ſed etiam Mar lib. V. Epigr. 16.

At nunc conviva eſt comiſſatorque libellus.

Et Tertullianus de Pœnitentia: *Nullis conviviis celebres, nullis meſſationibus congreges.* Titus Livius Decadis 4. lib. X. *Ovidi Pater, inter inermes convivas cœnaturum fuiſſe, ad quem arma meſſatum venerunt.* Fruſtra enim, ſi nullum diſcrimen eſſet, utraque jungeretur. Comeſſationes autem fuiſſe epulas, poſ nam celebratas, ſatis declarant, quæ tradit Suetonius in

C

ſeſſationes, cantus, ſymphonias, navigia jactant:
mque ſignificant, nihil ſe, te invita, dicere. quæ tu,
nlam, mente neſcio qua effrenata atque præcipiti in
um deferri judiciumque. voluiſti, aut diluas oportet
alſa eſſe doceas, aut nihil neque crimini tuo neque
imonio credendum eſſe fateare.

in autem urbaniùs me agere mavis: ſic agam tecum. P. XLV.
novebo illum ſenem durum ac pænè agreſtem: ex [r] his 36
ur tuis ſumam aliquem ac potiſſimùm minimum [t] fra- [r] hisque tuis *alii.*
n, qui eſt in iſto genere urbaniſſimus: qui te amat [t] fratr. tuum *alii.*
imùm: qui, propter neſcio quam, credo, timidita-
& nocturnos quoſdam inanes metus, tecum ſemper
uſio cum majore ſorore cubitavit. eum putato tecum
ui: Quid tumultuaris, ſoror? quid inſanis? quid, cla-
e exorſa, verbis, parvam rem, magnam facis? vi-
um adoleſcentulum adſpexiſti: candor [v] hujus te, & [v] heu te
eritas vultus [66] oculique perpulerunt: ſæpius videre *MS.*
vo-

ionis c. 13. & in Domitiano cap. 21. quem vide & Livium
laudato. *Abram.*

5. *Puſio cum majore ſorore.*] De induſtria utitur verbis ambiguis,
quis vel ad honeſtum, vel ad obſcœnum ſenſum pro arbitra-
acile detorqueat. nam puſionis nomen nonnunquam pro par-
quovis uſurpatum reperitur, ut a D. Hieronymo ad Fu-
a de ſervanda viduitate: *An vereris, ne proles Furiana deficiat,*
e te parens tuus non habeat puſionem qui reptet in pectore. Arnobius
VI. *Ergone injurias ſuas Dii vendunt, atque ut parvuli puſiones quo*
uis parcant abſtineantque ratibus, paſſerculos, pupulos, equuleos,
s accipiunt? Sæpiſſime tamen vox fuit amatoria & impudica,
idere eſt apud Juvenalem Sat. 6. & Apulejum lib. IX. *Belliſſi-*
adulter ille puſio. Quemadmodum nomen puſi & puſæ raro
rias aliter quàm in amoribus & nequitiis uſurpatum. unde eſt
apud Varronem Papinii epigrammation, quod in adoleſcen-
fecerat Caſcam:

Ridiculum eſt cum te Caſcam tua dicit amica,
Caſca Philotonis ſeſquiſenex puerum.
Dic tu puſam illam, ſic fiet mutua muli.
Nam vere puſus tu, tua amica ſenex eſt.

epigrammatii lectio verane ſit & germana equidem nihil
o, cum Octavius Pantagathus, Turnebus & Scaliger hunc
randæ antiquitatis auctorem a mendis vindicare conati, haud-
quam inter ſe conſenſerint. quos tu conſule. Horatius Sat. 3.
II.

Puſam aut pupillam appellet.

nvis alii, *Rufam* aut *Rufillam*, alii *Pupam* aut *pupillam* legen-
exiſtimant. *Idem.*

6. *Oculique perculerunt.*] Sic eſt legendum, non, *perpulerunt. per-*
cu-

voluiſti : [67] nonnumquam in iiſdem hortis viſa nobilis mu
lier : illum filium familiâs [68] patre parco ac tenaci, ha
bere tuis copiis devinctum non potes : calcitrat, reſpui
non putat tua dona eſſe tanti. confer te aliò. habes hoı
tos ad Tiberim : ac diligenter eo loco præparaſti, qu
omnis juventus natandi cauſâ venit. hinc licet condition
quotidie legas. cur huic, [69] qui te ſpernit, moleſta es?

37 XVI. Redeo nunc ad te, Cœli, viciſſim, ac mil
auctoritatem patriam ſeveritatemque ſuſcipio : ſed dubit
quem patrem potiſſimùm ſumam. Cæcilianumne aliquem
vehementem atque durum? „ [70] *Nunc enim demum m*
hi animus ardet, nunc meum cor cumulatur irâ : Aut illum
-- „ *O infelix, ô ſceleſte.* -- Ferrei ſunt iſti patres. -- „ *Eg*
ne quid dicam? egone quid velim? quæ tu omnia tuis fœd
factis facis, ut nequidquam velim. Vix ferenda dicer
talis pater, cur te in iſtam vicinitatem meretriciam co
tul

culerunt, autem, id eſt, ita moverunt, ut tu victa ejus pulchrit
dine caderes : te everterunt, ſeu perverterunt. *Lamb.* Erfurt. *Oc*
lique pepulerunt. quod omnino verum eſt. Nam *pellere animum*,
ferire animum, eſt commovere, afficere animum. Liv. XXX. *Eo ſi*
diora hæc viaebantur Scipioni, quod ipſum in Hiſpania juvenem nulli
forma pepulerat captiva. Ut ex optimo libro hunc reſtituendum h
cum eſſe vidi, ſic dudum id ante me vidit, quâ erat mirâ ſolle
tiâ, doctor olim meus, Joan. Frid. Gronovius, ſolâ conjectu
ductus ad Livii III. 30. ubi id multis adſtruit exemplis. *Gravi*

67. *Nonnunquam in iiſdem hortis viſa nobilis mulier.*] Amic
meus, homo doctiſſimus, hunc locum paucis immutatis ita inte
pungit : *Non nunquam in iiſdem hortis vis, ô nobilis mulier, illum f*
lium familiâs patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum non p
tes &c. Urſin. *Nobilis mulier.*] Contumelioſe dictum : quæ cu
infamiam timere pro ſua nobilitate debuerit, uſque eo tam
adoleſcentis amore ſit capta, ut cum eo vel in hortis palam e
non puduerit. *P. Manut.*

68. *Patre parco & tenaci.*] Hæc duo verba ſæpe conjungunt
Suetonius in Tib. cap. 46. *Pecuniæ parcus ac tenax.* Propertius li
II. Eleg. 23. patrem adſtrictum appellat.

Differet hæc nunquam, nec poſcet garrula, quod te
Aſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater. Abram.

69. *Qui te ſpernit.*] Vehementius eſt *ſpernit*, quam S[illegible]
bo adhibuiſſet *contemnit.* habet enim faſtidii ſ[illegible]
multis locis docuit elegantiſſimus Broekhuſius [illegible]
Verburg.

70. *Nunc enim demum.*] Si ſic legitur, qua ut [illegible]
teor me non intelligere. quocirca [illegible]
verſus, poſterior autem iiſdem [illegible]
guerem ; *Nunc demum enim* [illegible]
irâ cor. P. Manut.

ſti? cur illecebris cognitis non refugiſti? cur alienam
um mulierem noſti? 71 dide ac diſſice; per me lice-
ſi egebis, tibi dolebit: 72 mihi ſat eſt, qui, ætatis
od reliquum eſt, oblectem meæ.
73 Huic triſti ac directo ſeni reſponderet Cœlius, ſe 38
la cupiditate inductum de via deceſſiſſe. Quid ſigni? P. B.
li ſumptus, nulla jactura, nulla verſura. At fuit fama.
otus quiſque iſtam effugere poteſt in tam maledica ci-
ate? Vicinum ejus mulieris miraris male audiſſe, cu-
frater germanus ſermones iniquorum effugere non po-
t? Leni verò & clementi patri, cujuſmodi ille eſt: —
Fores effregit? reſtituentur: diſcidit veſtem? reſarcietur,
Cœlii cauſa eſt expeditiſſima. Quid enim eſſet, in quo
ſe

71. *Dede te ac disjice.*] Placet acutiſſima viri docti conjectura; ſit, *Dide ac diſſice.* Ut illud Verr. V. *Cæce, concide*, hoc eſt, ſipa, diſperde rem familiarem; per me licebit. *Hotom.* *Dide diſſice &c.*] Eſt à conjectura Lambini ac Puteani, ſed ſatis fir-ta à libris noſtris. Pal. enim pr. *dede ac diſſice.* ſec. non. *di dea iſce*, neque aliter ceteri, niſi quod longius abeant à vero. etiam editione prima remanet, *vide te ac diſce.* ſequiores, *dede te ac jice.* Gruter. Ex veſtigiis tamen veterum librorum recte emen-ſſe Lambinum & Puteanum patet. Nam in Erfurt. *dii dedè ie.* In Franc. *dete ac ediſcere.* Unde, ſi & ceteros libros inſpicias, ba iſta Cæcilii, ejus enim ſunt, ut & ſequentia, non intel-ta mire & varie fuiſſe vitiata deprehenditur, & bene reſtituta ambino & Puteano. *Grav.*

72. *Mihi ſat eſt, qui.*] *Qui* pro *quo*, antique. Ennius in Hecu-: *Date ferrum, qui me animâ privem.* Poëtæ verba ſunt a verbo, e, ad, *oblectem mea.* Sed verſuum diſtinctio ſatis obſcura. dabo nea operam, ut ſuam cuique menſuram, ſi licebit, reſtituam. s ſenarios facio, primum mutilum, perfecta tamen ſententia: erum ultimo interciſo verbo, quod uſitatum eſt comicis: ter-m abſolutum.

— Dede ac disjice: per me lice —
Bit. ſi egebis, tibi dolebit, mihi ſat eſt,
Qui, ætatis quod reliquum eſt, oblectem mea. P. Manut.

73. *Huic triſti ac directo ſeni.*] Sic Pal. nonus, ſic S. Vict. & li-Lambini, placuitque admodum Gulielmio præ vulgato *de-vito*; ſed is tamen *directum* ſumit pro vetulo; adducitque Pedo-n in Mæcenatis obitum: *Viſcera directi mutaverat arietis agni &c.* malè ait Scaliger *diſſecti.* Gruter. *Directo* quod etiam eſt in furt. eſſe vetulo in Pedonis elegia quis in animum inducere eſt, ut credat? Si integra eſt ejus loci ſcriptura vulgata, *di-i* eſt dirupti, diſſecti. Retinui igitur lectionem vulgatam. quam prior Francii tuetur. *Grav.*

74. *Cœlii cauſa eſt expeditiſſima.*] Hic MSS. & edd. primæ diſcre-t a vulgatis. Nemo prodidit unde hæc mutatio ſit profecta.

 Ita-

ſe non facile defenderet? nihil jam in iſtam mulierem dico: ſed, ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quæ ſe omnibus pervulgaret, quæ håberet palàm x decretum ſemper aliquem, cujus in hortos, domum, 75 Bajas, jure ſuo libidines omnium commearent: quæ etiam aleret adoleſcentes, & parſimoniam patrum ſuis ſumptibus ſuſtentaret: ſi vidua liberè, proterva petulanter, dives effuſè, libidinoſa meretricio more viveret; adulterum ego putarem, ſi quis hanc paullo liberiùs ſalutaſſet?

x diſcretum *MSS.* ſecretum *Gul.*

39 XVII. Dicet aliquis, Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes? ob hanc cauſam tibi hunc puerum parens commendavit & tradidit, ut in amore y & voluptatibus adoleſcentiam ſuam collocaret: & hanc tu vitam atque 76 hæc ſtudia defenderes? Ego, ſi qui, ju-

y atque in *MS.*

Itaque reſtitui, quod inveni in Erfurt. & Franc. MSS. ut & ed. 1472. & 1498. *filii cauſſa eſt expeditiſſima*, Leni inquit patri filii cauſa eſt expeditiſſima. hoc eſt, apud lenem patrem filius, qui iſta patravit, facile poteſt cauſam ſuam agere & ſe defendere. *Grav.*

75. *Bajas, jure ſuo libidines omnium commearent.*] Pro *Bajas* legebat Pantagathus *Balneas:* ingenioſa quidem conjectura, ſed non neceſſaria, cum *Bajas* quoque ferri poſſit. *Urſin.*

76. *Hæc ſtudia.*] Studia adoleſcentiæ pro ludis & oblectamentis ſæpe reperies. Horatius lib. II. Sat. I.

Caſtor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis: quot capitum ſenſus, totidem ſtudiorum
Millia.

Sic hac ipſa ſectione, *Non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia.* Sic & Græci ἐπιτηδεύματα vocant. Plato in epiſtolis de luxu Siculo loquens, Καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίῳ. *Et quæcunque harum vivendi rationum ſtudia conſequuntur.* Æſchines contra Timarchum diſcinctum nepotem & impudicum. Εἰ μὲν δώσει τῶν ἐπιτηδευμάτων Τίμαρχος δίκην, ἀρχὴν εὐκοσμίας ἐν τῇ πόλει κατασκευάσετε. *Si Timarchus pœnam luerit ſuorum ſtudiorum, modeſtiæ principium in urbe ſtatuetis*, Plato I. de Legibus. Αθ. οὐ μόνον ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς. Κλ. ἄριστ' εἶπες, ὦ ξένε. Αθ. τούτου δὴ τοῦ ἐπιτηδεύματος, ἔσθ' ὅστις λόγος ἐπιχειρήσει πείθειν ἡμᾶς ὡς χρὴ γεύεσθαι, καὶ μὴ φεύγειν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. *Non ſolum igitur, ut videtur, ſenex bis puer eſt, ſed etiam ebrius. Veriſſime dictum eſt, hoſpes. Eſtne igitur oratio quæ nobis perſuadere conetur, hoc ſtudium eſſe deguſtandum, & non omnibus viribus fugiendum?* Studia autem hæc oblectamenta dicuntur, quod plerique mortalium in futilibus oblectationibus omne ſtudium ſoleant, tanquam in re vel maxime ſeria collocare. Ariſtoteles lib. X. Ethic. Nicomach. cap. 6. *Serio aliquid agere & laborare ludi cauſa, valde ineptum videtur & puerile, at ludere, ut ſeria ali-*

judices, hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac
continentiæ fuit, ut reſpueret omnes voluptates, omnem-
que vitæ ſuæ curſum in labore corporis atque in animi
contentione conficeret: quem non quies, non remiſſio,
non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia delecta-
rent: nihil in vita expetendum putaret, niſi quod eſſet
cum laude & cum dignitate conjunctum: hunc mea ſen-
tentia divinis quibuſdam bonis inſtructum atque ornatum
puto. Ex hoc genere illos fuiſſe arbitror, Camillos, Fa-
bricios, Curios, omnesque eos, qui hæc ex minimis tanta P. XLVI.
fecerunt.

Verùm hæc genera virtutum non ſolùm in moribus no- 40
ſtris, ſed vix jam in libris reperiuntur. chartæ quoque,
quæ illam priſtinam ſeveritatem continebant, [z] obſolue-
runt; neque ſolùm apud nos, qui hanc ſectam ratio-
nemque vitæ [a] re magis quàm verbis ſecuti ſumus,
ſed etiam apud Græcos, doctiſſimos homines: quibus,
cùm facere non poſſent, loqui tamen & ſcribere honeſtè
& magnificè licebat. Alia quædam, mutatis Græciæ tem-
poribus, præcepta exſtiterunt.

z *ita Priſc. alii* obſoleverunt.
a magis quam verba *MS.*

Itaque alii voluptatis cauſa omnia ſapientes facere dixe- 41
runt: neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines
refugerunt. alii cum voluptate dignitatem conjungendam
putaverunt, ut res maximè inter ſe repugnantes dicendi
facultate conjungerent. illud unum directum iter ad lau-
dem cum labore qui probaverunt, propè jam ſoli in ſcho-
lis ſunt relicti. multa enim nobis blandimenta natura ipſa
genuit, quibus ſopita virtus [b] conniveret: & interdum
multas vias adoleſcentiæ lubricas oſtendit, quibus illa inſi-
ſtere, aut [c] ingredi ſine caſu aliquo, aut [d] prolapſione vix
poſſet, & multarum rerum jucundiſſimarum varietatem
dedit, qua non modò hæc ætas, ſed etiam jam corrobo-
rata caperetur. Quamobrem ſiquem fortè inveneritis, qui 42
aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo,
non tactu, non ſapore capiatur, excludat auribus omnem
ſuavitatem: huic homini ego fortaſſe & pauci [77] deos
propitios, plerique autem iratos putabunt.

b connivet *Lamb.*
c attingere *MS.*
d prolæſione *Grut.*

XVIII. Er-

aliquid agere & laborare poſſimus, valde conſentaneum eſt, juxta Anacharſim. ludus enim quieti ſimilis eſt. Abram.

77. *Deos iratos.*] Plerumque eos, qui nullas perciperent voluptates, ſed qui omnibus lautitiis ſe abſtinerent, Diis iratis natos, aut etiam Diis inimicos appellant. Horatius lib. II. Sat. 3.

 Diis

XVIII. Ergo hæc deſerta via & inculta atque intercluſa jam frondibus & virgultis relinquatur: detur aliquid ætati: ſit adoleſcentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur: non ſemper ſuperet vera illa & directa ratio: vincat aliquando cupiditas voluptaſque rationem, dummodò illa in hoc genere e præſcriptio moderatioque teneatur: parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam: ne effundat patrimonium, ne f fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius 78 domum atque famam: ne probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat: 79 ne quem vi terreat: ne interſit inſidiis: ſcelere careat: poſtremò, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis atque ad inanes haſce adoleſcentiæ cupiditates; revocet ſe aliquando ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, rei publicæ: ut ea, quæ ratione antea non perſpexerat, ſatietate abjeciſſe, experiendo contempſiſſe videatur.

P. B.

e perſcriptio *MS.*

f inferiore *MS.*

Ac

Diis inimice ſenex cuſtodis ne tibi deſit.
Quantulum enim ſumens curtabit quiſque dierum
Vngere ſi caules oleo meliore caputque
Cæperis, impexa fœdum porrigine.

Et Perſius Sat.

—— *Hunc diis iratis genioque ſiniſtro, &c.*

Iratis enim Diis natus idem eſt atque infelix, miſer, *κακοδαίμων*, unde Horatius ibidem eleganter:

Culpantur fruſtra calami, immeritusque laborat
Iratis natus pariter Diis atque Poëtis. Abram.

78. *Domum atque famam.*] Alii legunt, *domum atque familiam*, ſicut & paulo poſt pro *ne quem interimat*, legunt, *ne quem vi terreat.* nota hic ſingularem Oratoris prudentiam, inter ceteras præſcriptiones moderationesque, quas in adoleſcentia requirit, ea ponit quæ adverſariis in M. Cœlium objecerant, ne deſperatione cauſſæ ad hoc defenſionis genus confugiſſe videatur. Quaſi dicat. Cum aliquid adoleſcentibus indulgendum eſſe contendo, hæc ideo non dico, ut impune ſit Marco Cœlio, ſi vera ſunt ea quæ ab adverſariis objecta ſunt: ſi patrimonium abſumpſit, verſuram fecit, æs alienum contraxit, ſeditionibus Puteolanis interfuit, legatis Alexandrinis inſidiatus eſt; Dionem Principem legationis interemit, &c. Non, inquam, ideo dico, ut id impune ſit illi, cum ſatis ſuperque ex ſuperioribus conſtet, Cœlium fuiſſe horum criminum innocentem. *Idem.*

79. *Ne quem vi terreat.*] Sic Gemb. S. Vict. Pall. omnes præter nonum, in quo, *ne quem intereat.* nam Grut. *interreat.* & verò noſtra lectio exſtat etiam in editione Veneta anni CIƆ CCCCLXXXIII. poſteriores, *ne quem interimat*; quod nimium eſt profectò, mirorque non improbatum Lambino. *Grut.* Accedit Palatinis & aliis melioribus codicibus Erfurtenſis, in quo *vi terreat* Græv.

80. Cr-

Ac multi & noſtrâ, & patrum majorumque memoriâ, judices, ſummi homines & clariſſimi cives fuerunt, quorum cùm adoleſcentiæ [80] cupiditates deferviſſent, eximiæ [g] virtutes, firmata jam ætate, exſtiterunt. ex quibus neminem mihi neceſſe eſt nominare: vosmet vobiscum recordamini. nolo enim cujusquam fortis atque illuſtris viri ne minimum quidem erratum cum maxima laude conjungere. quod ſi facere vellem, multi à me ſummi atque ornatiſſimi viri prædicarentur; quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa [h] luxuries, magnitudo æris alieni, [i] ſumptus, libidines, nominarentur: quæ multis poſteà virtutibus obtecta, adoleſcentiæ, qui vellet, excuſatione defenderet. 43

g virtutis MS.

h luxuria MS.

i ſumptus libidinis Lamb.

XIX. AT VERÒ in M. Cœlio (dicam enim jam confidentiùs de ſtudiis ejus honeſtis, quoniam audeo quædam, fretus veſtrâ ſapientiâ, liberè confiteri) nulla luxuries reperietur, nulli ſumptus, nullum æs alienum, nulla conviviorum ac [81] luſtrorum libido. quod quidem vitium ventris & [k] gutturis non modò non minuit ætas hominibus, ſed etiam auget. Amores autem & hæ deliciæ quæ vocantur, quæ firmiore animo præditis diutiùs moleſtæ non ſolent eſſe (maturè enim & celeriter defloreſcunt) numquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. 44

k gurgitis MSS.

P. XLVII.

Audiſtis, cùm pro ſe diceret: audiſtis anteà, cùm accuſaret (defendendi hæc cauſâ, non gloriandi loquor) ge- 45

80. *Cupiditates deferviſſent.*] Sic habent omnes libri manuſcr. neque video cur hoc rejiciamus, quamvis, *deferbuiſſent*, in omneis libros impreſſos invaſerit: cum grammatici veteres obſervarint a *ferveo*, ſeu *fervo*, præterita eſſe, *fervi* & *ferbui*. Lamb. *deferviſſent* eſt etiam in Erfurt.

81. *Luſtrorum.*] Flagitiorum, quæ in locis abditis ac ſordidis ſolent perpetrari. Feſtus Pompejus. *Luſtra ſignificat lacunas lutoſas, quæ ſunt in ſilvis aprorum cubilia. a qua ſimilitudine ii, qui in locis abditis & ſordidis ventri & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere.* Quæ luſtra & in popinis acta convivia quanto crimini verterentur, liquet ex Hyperide apud Athenæum lib. XIII. Ὑπερείδης τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. *Hyperides Areopagitas refert neſcio cui, qui in taberna jentaverat, prohibuiſſe, ne ad Areopagum accederet.* Horatius Sat. 6. lib. 1.

Si neque avaritiam, neque ſordes ac mala luſtra
Objiciet quiſquam vere mihi. . . .

Abram.

82. Niſi

genus orationis, facultatem, copiam ſententiarum atque verborum, quæ veſtra prudentia eſt, perſpexiſtis. Atque in eo non ſolum ingenium elucere ejus videbatis: quod ſæpe etiam ſi induſtriâ non alitur, valet tamen ipſum ſuis viribus: ſed inerat, [82] niſi me propter benivolentiam fortè fallebat, [l] ratio & bonis artibus inſtituta, & curâ & vigiliis elaborata. Atque ſcitote, judices, eas cupiditates, quæ objiciuntur Cœlio, atque hæc ſtudia, de quibus diſputo, non facilè in eodem homine eſſe poſſe. Fieri enim non poteſt, ut animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, ſæpe nimia copia, inopia etiam nonnumquam impeditus, hoc, quidquid eſt, quod nos facimus in dicendo, non [m] modo agendo, verùm etiam cogitando poſſit ſuſtinere.

l oratio *alii.*

m quoquo modo *MS.*

46 An vos aliam cauſam eſſe ullam putatis, cur, [83] in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta lau-

82. *Niſi me propter benevolentiam forte fallebat.*] Plinius Junior lib. IV. epiſt. 27. *Aliquot annis puto nihil generis ejuſdem abſolutius ſcriptum, niſi forte me fallit aut amor ejus, aut quòd me ipſum laudibus evexit.* Seneca epiſtolà 45. *Ceterum quod libros meos tibi mitti deſideras, non magis ideò me diſertum puto, quam formoſum putarem, ſi imaginem meam peteres. indulgentia ſcio iſtud eſſe non judicii; & ſi modo judicii eſt, indulgentia tibi impoſuit.* In hanc ſententiam egregia in Syneſii Epiſt. 1. Nec ſane mirum, nam ut ait ille,

. . . . male verum examinat omnis
Corruptus judex. . . .

Et animus benevolentia corruptus facile nævos ipſos laudaverit. Plutarchus de amico & adulatore. *Amator, ut ait Plato, cum amaſiorum ſit adulator, ſimum venuſtum appellat, aquilinum, regium; nigros, fortes & generoſos.* Hæc ex libro V. de Repub. Poſt quem vide Lucretium lib. IV. exeunte. *Abram.*

83. *In tantis præmiis eloquentiæ.*] Vide de præmiis & utilitatibus quas Orator ex eloquentiæ ſtudio decerpit, ſive Fabium, ſive Tacitum de Oratoribus. cap. 5. Cic. 1. De Oratore, c. 14. *Quis enim aliud in maxima diſcentium multitudine, ſumma magiſtrorum copia, præſtantiſſimis hominum ingeniis, infinita cauſarum varietate, ampliſſimis eloquentiæ propoſitis præmiis, eſſe cauſa putet, niſi rei quandam incredibilem magnitudinem & difficultatem?* Sed Tullius eo loco & alibi frequentiſſime conſulatur, & præſertim c. 8. & 9. ubi utilitates eloquentiæ explicantur. Idem queritur Juvenalis Sat. VII. qui conſulatur. Sed ut peculiariter de oratorum emolumentis agamus, accuſatoribus ſua præmia fuerunt conſtituta. Aſconius in Milonianam. *Milo apud Favonium Quæſtorem de ſodalitiis damnatus eſt accuſante P. Fulvo Nerato, cui lege præmium datum eſt.* Sub Tiberio, ut refert Tacitus IV. Annal. *Actum de præmiis accuſatorum abolendis.* Vide Briſſonium lib. III. Selectarum Antiq. Patroni ſive de-

laude, tanta n gratia, tanto honore, tam ſint pauci, ſem- n gloria
perque fuerint, qui in hoc labore verſentur? [84] obteren- *alii.*
dæ ſunt omnes voluptates; relinquenda [85] ſtudia delecta-
tionis, judices, ludus, jocus, convivium, ſermo eſt pæ-
nè familiarium deſerendus. quæ res in hoc genere homi-
nes à labore ſtudioque dicendi deterret; non quò aut
ingenia deficiant aut doctrina puerilis.

[86] An hic, ſi ſeſe iſti vitæ dediſſet, conſularem homi- 47
nem admodum adoleſcens in judicium vocaviſſet? hic,
ſi laborem fugeret, ſi obſtrictus voluptatibus teneretur,
in hac acie quotidie verſaretur? appeteret inimicitias? in
judicium vocaret? [87] ſubiret periculum capitis? ipſo in- P. B.
ſpectante populo Romano tot menſes aut de ſalute, aut
de gloria dimicaret?

XX. Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Bajæ denique ipſæ loquuntur? illæ verò non loquuntur ſolùm, verùm etiam perſonant, huc unius mulieris libidinem eſſe prolapſam, ut ea non modò ſolitu-

defenſores nullum accipiebant præmium, quia id lege Cincia erat vetitum, de qua Tacitus x. & xiii. Annal. Poſtea tamen Claudius Princeps ei legi derogavit. Tacit. xi. Annal. dein honorarium dabatur patronis. Vid. Ulpian. D. de Extraord. Cognit. l. 1. dicebantur etiam *palmarium*, quia palmis illis ſterilibus, quas antiqui abſoluto reo, honoris cauſſa referebant, hæc munerum emolumenta ſucceſſerant. De quibus ſupra c. 7. *Abram.*

84. *Omittenda ſunt omnes voluptates.*] Non damno lectionem vulgatam: antiquam tamen diſſimulare nec debeo, nec poſſum. *obterenda ſunt omnes, &c.* ſupra autem, ubi libri vulgati habent, *Atque ſcitote, judices*, quamvis editum ſit, *Atqui ſcitote*, quia in uno atque altero ſic ſcriptum reperi, *Atque*, tamen non minus probo. ſcio enim veteres ſæpe uſurpaſſe, *Atque*, pro, *Atqui*. Lamb.

85. *Studia delectationis, judices: ludus, jocus, convivium, ſermo eſt penè famil. &c.*] Nihil abii à Pal. nono, quem ſtabilibat codex Turingicus. publicabatur prius, *ſtudia delectationis; ludus, jocus, convivium, ſermo etiam penè omnium familiarium.* plane contra mſſ. Pall. qui nec *etiam* habent, nec *omnium*, non magis quam Nonius in *Jocus:* ubi tamen fallitur Lambinus, dum negat eidem abeſſe item *penè*; ideoque editione ſua excluſit. *Gruter.*

86. *An hic, ſi ſe iſti vita dediſſet, Conſularem hominem.*] An Marcus Cœlius, ſi ſe voluptatibus tradidiſſet, C. Antonium Conſularem, & meum in conſulatu collegam, de conjuratione accuſaſſet? *Abram.*

87. *Subiret periculum capitis.*] Obſcurum; niſi forte *ſubire periculum capitis* dicatur accuſator, qui calumniæ periculum ſubit; nam calumniæ damnatos ſequitur infamia. *Hotom.*

 88. *Ve-*

tudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non quærat, ſed in turpiſſimis rebus frequentiſſima ce-
48 lebritate & clariſſima luce lætetur. [88] Verùm ſi quis eſt, qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet: eſt ille quidem valde ſeverus: negare non poſſum: ſed abhorret non modò ab hujus ſæculi licentia, verùm etiam à majorum conſuetudine atque conceſſis. quando enim hoc factum non eſt? quando reprehenſum? quando non permiſſum? quando denique fuit, ut, quod licet, non liceret? Hîc ego jam rem definiam: mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam.

49 Siquæ non nupta mulier [89] domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, [90] palàmque ſeſe in meretricia vita collocarit, virorum alieniſſimorum conviviis uti inſtituerit; ſi o hoc in urbe, ſi in hortis, ſi p in Bajarum illa celebritate q faciet; ſi denique ita ſeſe geret, non inceſſu ſolùm, ſed ornatu atque [91] comitatu; [92] non

o hac urbe *MS.*
p Baiarum in cel. *alii.*
q faciet *deeſt in MS.*

88. *Verùm ſi quis eſt.*] Si quis exiſtimat ſic ab omnibus prorſus libidinibus abſtinendum eſſe, ut ne amores quidem debeant in adoleſcentibus tolerari: qui amores, etſi impudici ſunt & inhoneſti, nullam tamen aliis inferunt injuriam. *Abram.* In eandem ſententiam ille Mitio apud Terent. Adelph. I. 2. *Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum ſcortari, neque potare, non eſt.* Ubi bene Donatus: *Non peccatum negat eſſe; ſed flagitium non eſſe contendit, &c. Scortari quidem adoleſcentem delictum eſt, ſed non eſt flagitium, & venia locus non tam in facto, quam in perſona eſt conſtitutus.* Græv.

89. *Domum ſuam.*] Omnibus copiam ſui faciens, eos in ſuam domum admiſerit. Nihil eſt frequentius apud Poëtas. Sic Qu. Trabea in Chærea apud Tullium:

Lena delinita argento nutum obſervabit meum,
Quid velim, quid ſtudeam: adveniens digito impellam januam,
Fores patebunt, &c.

Vide elegiam Catulli ad januam impudicæ, comicos, & quotquot aut odas, aut elegias, aut ſatyras de rebus amatoriis ediderunt. *Abram.*

90. *Palam in meretricia vita.*] Nemini mulieri corpore quæſtum facere licuit, niſi quæ licentiam ſtupri apud ædiles vulgaſſet, *More*, inquit Tacitus, *inter veteres recepto, quo ſatis pœnarum inter impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant.* Sueton. in Tib. *Fœminæ famoſæ, ut ad evitandas legum pœnas jure a dignitate matronali exſolverentur, lenocinium profiteri cœperunt.* Hotom. Vide de profeſſis vitam meretriciam mulieribus Lipſium ad laudatum Taciti locum II. Ann. c. 85. *Grav.*

91. *Comitatu.*] Pudicæ mulieris & impudicæ comitatus à Macrobio II. Saturn. cap. 5. deſcribitur: *Notum & illud: Averterant in ſe populum in ſpectaculo gladiatorum, Livia & Julia, comitatus diſſimilitu-*

m flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed
a complexu, oſculatione, aquis, navigatione, con-
ſ, 93 ut non ſolùm meretrix, r ſed etiam procax vi-
ur:. 94 cum hac ſi quis adoleſcens fortè fuerit, utrùm
ibi, L. Herenni, adulter, an amator; expugnare
itiam, an explere libidinem voluiſſe videatur?
bliviſcor jam injurias, Clodia; depono memoriam 50
ris mei: quæ abs te 95 crudeliter in meos, me ab-
, facta ſunt, negligo. ne ſint hæc in te dicta, quæ
ſed ex te ipſa requiro, quoniam & crimen accuſa- P. XLVIII.
abs te, & teſtem ejus criminis te ipſam dicunt ſe ha-
: ſiqua mulier ſit hujuſmodi, qualem ego paullo an-
tè

r procaxque vid. MSS. ſed & proterva procaxque alius MS.

e. *quippe cingentibus Liviam gravibus viris: hæc juventutis &* *luxurioſa grege circumſidebatur. Admonuit Pater ſcripto: Vi-* *quantum inter duas principes fœminas intereſſet. Eleganter illa re-* *, & hi mecum ſenes fient.* Senes autem in matronarum fuiſſe atu teſtatur Apulejus lib. II. de Aſino aureo. *Aurum in gem-* *in tunicis ibi inflexum, hic intextum matronam profecto confite-* *s hujus adhærebat lateri ſenex jam gravis in annis.* Sic & apud uſanos teſte Philarcho lex erat: *Mulierem ingenuam poſt ſolis* *domo pedem non efferre, niſi ſi ſtuprum pati vellet. Interdiu ve-* *batur exire ſine cuſtode & ancillâ qua ſequeretur.* Athenæus Lib. *Abram.*

Non flagrantia oculorum.] *Odorum*, Ant. Auguſtinus, ſed non , primum quia debet legi *fragrantia*, non *flagrantia:* deinde nentior eſt oculorum, quàm odorum: poſtremo ſermonis s hoc confirmat: aſpectus, ſermo potius, quàm odor, . *Urſin.*

Ut non ſolum meretrix, ſed etiam procax videatur.] Pejor ergo ulier procax quam meretrix. Scilicet meretrices ſunt, quæ piam faciunt petentibus, procaces quæ ultro petunt, neque ſtant, donec adoleſcentes eas ſtupri cauſſa compellunt. Ser- tiam ad Lib. I. Æneid. vſ. 540. *procax* explicat per *petax*, qui cupidè petit. Vim vocis expreſſit Salluſt. in Cat. c. XXV. mpronia loquens: *Pecunia an fama minus parceret, haud facile* *eres, lubidine ſic accenſa, ut ſæpius peteret viros quam peteretur.* rg.

Cum hac ſi quis adoleſcens forte fuerit.] Hoc eſt rem habuerit. φημισμὸς. Plaut. Amph. II. 2.

Quid ego deliqui, ſi, cui nupta ſum, tecum fui.

um conſuevi. Truc. II. 4.

Nempe tu eris hodie mecum, mea Phroneſium.

Græci loquebantur συνεῖναι γυναικί. *Grav.*

Crudeliter in meos.] De crudelitate, quam P. Clodius Clodiæ in conjugem liberosque Ciceronis exulantis exercuit, vide tione pro Domo c. 23. Et epiſt. 2. lib. XIV. ad Familiares. v.

 96. *Ale-*

ſ ſimilis MS.

tè deſcripſi, tui ſ diſſimilis, vita inſtitutoque meretricio; cum hac aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, num tibi perturpe aut perflagitioſum eſſe videatur? Ea ſi tu non es, ſicut ego malo, quid eſt, quod objiciant Cœlio? ſin eam te volunt eſſe, quid eſt, cur nos crimen hoc, ſi tu contemnis, pertimeſcamus? Quare nobis da viam rationemque defenſionis. nam aut pudor tuus defendet, nihil à M. Cœlio petulantiùs eſſe factum: aut impudentia & huic t & ceteris magnam ad ſe defendendum facultatem dabit.

t quinque ſeq. voces deſunt in MS.

51 XXI. SED QUONIAM emerſiſſe jam è vadis & ſcopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. Duo ſunt enim crimina unâ in muliere ſummorum facinorum: auri, quod ſumptum à Clodia dicitur; & veneni, quod ejuſdem Clodiæ necandæ cauſâ paraſſe Cœlium criminantur. Aurum ſumpſit, ut dicitis, quod L. Lucceji ſervis daret, per quos [96] Alexandrinus Dio, qui tum apud Luccejum habitabat, necaretur. magnum crimen [97] vel in legatis inſidiandis, vel in ſervis ad hoſpitem v domi necandum ſollicitandis: plenum ſceleris conſilium, plenum audaciæ.

v domini MS.

52 Quo quidem in crimine primum illud requiram, dixeritne Clodiæ, quam ad rem [98] aurum tum ſumeret, an non dixerit. ſi non dixit, cur dedit? [99] ſi dixit, eodem ſe conſcientiæ ſcelere devinxit. tune aurum ex [1] armario tuo

96. *Alexandrinus Dio.*] Cum Ptolemæus rex ab Alexandrinis pulſus Romam queſtum de Alexandrinorum injuriis veniſſet, Alexandrini legatos centum ad Senatum miſerunt; princeps legationis fuit Dio. Legati partim in itinere, partim Romæ interfecti ab iis, quos rex ſua pecunia induxerat. *Abram.*

97. *Vel in legatis.*] Παθητικῶς & hic *inſidiandis* dictum eſt, & infra *in inſidiis doctiſſimi hominis:* neque vero probo eorum conjecturam, qui pro *inſidiandis* legendum putant, vel *violandis*, vel *per inſidias*, ſive *inſidioſe.* Urſin.

98. *Aurum tum ſumeret.*] Pal. quart. non. Gembl. S. Vict. *aurum tum iret.* quintus atque oct. adhuc *aurum* abjiciunt. *Grut.* Erfurt. conſentit iis, qui *iret* ſcribunt, pro *ſumeret.* quod non contemſerim. Nam *iret* ſic videtur hic accipi, ut apud Plautum & Ciceronem οἴχεται. Ille in Trinum. *Ratio apparet, argentum* οἴχεται. hoc eſt it, quod eſt periit. Hic VI. ad Att. I. *Quare non* οἴχεται *tua induſtria.* hoc eſt, non inutiliter eſt poſita. Sic hoc loco *quam ad rem aurum tum iret*, eſt, qua in re perdere vellet iſtud aurum. *Grav.*

99. *Si dixit eodem ſe conſcientia.*] *Sin dixit* Pantagathus. *Urſin.*

1. *Armario.*] Venerem apud delicatulos & molles in armario col-

mere auſa es? tune Venerem illam tuam ſpoliatri-
ɔliare ornamentis? [x] Ceterum, cùm ſcires, quan- *x Ceterorum MS. & Gul.*
facinus aurum hoc quæreretur, ad necem legati,
ucceji, ſanctiſſimi hominis atque integerrimi, la-
:leris ſempiterni, huic [a] facinori tanto [3] tua mens *P. B.*
ılis conſcia; tua domus popularis miniſtra; tua *y libera MS.*
: [z] hoſpitalis illa Venus adjutrix eſſe non debuit.
: hoc Balbus: celatam eſſe Clodiam dixit, atque 53
ium ad illam attuliſſe, ſe ad ornatum ludorum au- *z auſpicalis Palmer. malè.*
:ærere. Si tam familiaris erat Clodiæ, quàm tu eſſe
m de libidine ejus tam multa dicis, dixit profectò,
llet aurum. ſi tam familiaris non erat, nòn dedit.
rerum tibi Cœlius dixit, ô immoderata mulier,
u aurum ad facinus dediſti: ſi non eſt auſus dicere,
diſti.

I. Quid ego nunc argumentis huic crimini,
nt innumerabilia, reſiſtam? poſſum dicere, mo-
Cœlii longiſſimè à tanti ſceleris atrocitate eſſe dis-
; minimè eſſe credendum, homini tam ingenio-
que prudenti non veniſſe in mentem, rem tanti
ignotis alienisque ſervis non eſſe credendam.
etiam illa & [a] ceterorum patronorum, & mea *a ceteror. non eſt in MS.*
udine, ab accuſatore perquirere, ubi ſit congreſ-
n ſervis Lucceji Cœlius: qui ei fuerit aditus.

4 ſi

am fuiſſe teſtatur Petronius in Satyrico. *Præterea grande ar-*
in angulo vidi, in cujus ædicula erant lares argentei, Veneris-
m marmoreum, & pyxis aurea non puſilla in qua barbam ejus
:ionis) poſitam eſſe dicebant. Et in armariis repoſitas fuiſſe
s majorum Plinius oſtendit, lib. XXXV. cap. 2. easque
dicibus conjungit. *Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur*
, &c. Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas.
codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu ge-
Abram.

cinoris tantum eſſe.] *Facinus tantum* emendavit Pantagathus,
us *facinoris tanti* correxiſſet, pro eo quod eſt in manuſcriptis
tanto. ſupra idem pro *labem ſceleris ſempiterni*, reſtituit *ſem-*
: quæ lectio recepta ab aliis fuit & vulgata. *Urſin.*

a mens liberalis.] Niſi fallor, hæc omnia cum probro dicta,
s liberalis, tua domus popularis, tua hoſpitalis illa Venus. nam
iere, quam decet eſſe modeſtam & verecundam, mens
s non laudatur: domus vero popularis apertum habet de-
nt quæ non uni, aut alteri, ſed populo pateat: hoſpitalis
benignitatem in accipiendis hominibus demonſtrat. quod
tribuatur laudem affert: in muliere, ob impudicitiæ ſuſpi-
, turpe eſt. *P. Manut.*

4 ſi per ſe, qua temeritate? ſi per alium, per qu
Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dic
non cauſa, non locus, non facultas, non conſcius,
perficiendi, non occultandi maleficii ſpes, non ratio
non veſtigium maximi facinoris reperietur.

54 Sed hæc, quæ ſunt oratoris propria: quæ mih
propter ingenium meum, ſed propter hanc exerci
nem uſumque dicendi fructum aliquem ferre potui
5 cùm à me ipſo laborata proferri viderentur, bre
cauſâ relinquo omnia. habeo enim, judices, quer
ſocium veſtræ religionis jurisque jurandi facilè eſſ
tiamini, L. Lucceium, ſanctiſſimum hominem &
P. XLIX. viſſimum teſtem: 6 qui tantum facinus in famam
fortunas ſuas neque non audiſſet illatum à Cœlio, 1
neglexiſſet, neque tuliſſet. An ille vir, illa huma
præditus, 7 illis ſtudiis, artibus atque doctrina,
ipſius periculum, quem propter hæc ipſa ſtudia dili
negligere potuiſſet? &, quod facinus in alienum l
nem illatum ſeverè acciperet, id omiſiſſet curare in l
te? quod per ignotos [b] actum cùm comperiſſet, do
id à ſuis tentatum [c] negligeret? quod in agris l
publicis factum reprehenderet, id in urbe ac ſuæ
cœptum eſſe [d] leviter ferret? quod in alicujus a

b actum deeſt in MS.
c ita Grav. eſſe negl. Grut.
d leniter MS.

4. *Si per ſe, qua temeritate? ſi per alium.*] *Sin per alium* Pa
thus. *Urſin.*

5. *Cum a me ipſo laborata proferri viderentur.*] *Elaborata* Au
guſtinus & optime: nam ſupra, *cura & vigiliis elaborata*
Idem.

6. *Qui tantum facinus.*] Ex hoc loco conjiciunt nonnull
quoque legendum eſſe, *facinus tantum celatum eſſe Clodiam*,
habent libri omnes, *facinoris tantum &c.* Quin etiam inf
longe admodum ita loquitur, ibi. *Credibile eſt igitur, tantu*
mus, &c. & iterum, *Cui tantum facinus, cui ſe, cui ſalutem*
&c. Lamb. *Qui tantum.*] Subjungit rationes, cur Lucceio
habenda declaranti Cœlium innocentem. quia, ſi Cœliu
ſervos ſollicitaſſet, nec factum Lucceius ignorare potuiſſe
tuliſſet inuſtam ſuæ familiæ labem ſceleris ſempiternam. ſi
hoc Cœlii facinus & in famam ejus redundans ſummam
tuliſſet infamiam, & in fortunas periculum quippe fuiſſe
in ipſius domo hoſpes fuiſſet interemptus, ipſe tanquam
graviſſimas pœnas perſolveret. *Abram.*

7. *Illis ſtudiis, illis artibus.*] Mox etiam eruditum illum
lat; ut ſuſpicari liceat, illum eſſe Lucceium, hiſtoriæ ſcrip
ad quem exſtat illa nobilis Ciceronis epiſtola, cujus initi
Coram me tecum. Hotom.

iculo non prætermitteret, id homo eruditus in inſidiis
ſtiſſimi hominis diſſimulandum putaret?
Sed cur diutiùs vos, judices, teneo? ipſius jurati re- 55
ionem auctoritatemque percipite, atque omnia dili-
nter teſtimonii verba cognoſcite. Recita teſtimonium
cceji. e Testimonium Lucceii. Quid exſpe- e Test.
ctis amplius? an aliquam vocem putatis ipſam pro ſe Lucc. deeſt
uſam & veritatem poſſe mittere? hæc eſt innocentiæ in MS.
fenſio, hæc ipſius cauſæ oratio: [8] hæc una vox verita-
. In crimine ipſo nulla ſuſpicio eſt, & in re nihil eſt
gumenti: in negotio, quod actum eſſe dicitur, nullum
ſtigium ſermonis, loci, temporis: nemo teſtis, nemo
nſcius nominatur: totum crimen profertur ex inimica,
infami, ex crudeli, ex facinoroſa, ex libidinoſa do-
o: domus [f] autem illa, quæ tentata ſcelere iſto nefario f enim MS.
citur, plena eſt integritatis, officii, religionis: ex qua
mo recitatur vobis jurejurando devincta auctoritas: ut
minimè dubitanda in contentione ponatur, utrùm
neraria, procax, irata mulier finxiſſe crimen, an gra-
, ſapiens moderatusque vir religioſè teſtimonium dixiſſe
leatur.

XXIIII. Reliquum eſt igitur crimen de veneno: cu- 56
ego neque principium invenire, neque evolvere exi- P. B.
n poſſum. Quæ fuit enim cauſa, quamobrem iſti mu-
ri venenum vellet dare Cœlius? ne aurum redderet?
m petivit? [9] ne crimen hæreret? num quis objecit?
num

. *Hæc una vox veritatis.*] Vocem veritatis appellat. tum quod
c teſtimonio & conjectura ſuffragetur, & res ipſa conſentiat.
le Ariſtoteles 1. Ethic. Nicomachiorum cap. 8. Τῷ ἀληθεῖ πάν-
συᾴδει τὰ ὑπάρχοντα. τῷ δὲ ψευδεῖ ταχὺ διαφωνεῖ τ' ἀληθές.
itati omnia quæ inſunt rei conſentiunt, veritas vero ſtatim diſſentit
lſitate. Tum quod illud teſtimonium verbis ſimplicibus con-
tum eſſet, nec ullis ambagibus involutum. nam, ut ait Sene-
a epiſtolis, *Simplex veritatis oratio eſt.* poſt Euripidem.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

rito autem ex ipſa re teſtimonii fidem examinat, nam, ut ait
adius, qui & Chariſius, D. de teſtibus, l. 21. *Quod natura*
tii convenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ ſuſpicione caret, confir-
bitque Judex motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis, & quæ
aptiora, & vero proximiora eſſe compererit: non enim ad multitudi-
reſpici oportet: ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia,
bus potius lux veritatis aſſiſtit. Abram.

. *Crimen hæreret.*] Eodem ſenſu Terentius Hecyra actu 2. ſc. 1.

Sola hic fuiſti: in te omnis hæret culpa ſola, Soſtrata.

ra. *Iſta conditio, Judices, reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis*

cri-

num quis denique feciſſet mentionem, [10] ſi hic nemini nomen detuliſſet? Quin etiam Herennium dicere audiſtis, verbo ſe moleſtum non futurum fuiſſe Cœlio, niſi iterum eadem de re ſuo familiari abſoluto nomen hic detuliſſet. Credibile eſt igitur, tantum facinus nullam ob cauſam eſſe commiſſum? & vos non videtis fingi ſceleris maximi crimen, ut alterius cauſa ſceleris ſuſcipiendi fuiſſe videatur?

57 Cui denique commiſit? quo adjutore uſus eſt, quo ſocio? quo conſcio? cui tantum facinus, cui ſe, cui ſalutem ſuam credidit? ſervisne mulieris? ſic enim objectum eſt. Et erat tam demens hic, cui vos ingenium certè tribuitis, etiam ſi cetera inimica oratione detrahitis, ut omnes ſuas fortunas alienis ſervis committeret? At quibus ſervis? refert enim magnopere idipſum: hisne, quos intelligebat non communi conditione ſervitutis uti, ſed licentiùs, liberiùs, familiariùs cum domina vivere? quis enim hoc non videt, judices? aut quis hoc ignorat, in ejuſmodi domo, in qua materfamiliâs meretricio more vivat: in qua nihil geratur, g quod foras proferendum ſit: in qua luſtra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita atque flagitia verſentur: hic ſervos, non eſſe ſervos? quibus omnia committantur? per quos gerantur? qui verſentur iiſdem in voluptatibus? quibus occulta credantur? ad quos aliquantum etiam ex quotidianis ſumptibus

g quod prof. MS.

58 ac luxuria redundet? Id igitur Cœlius non videbat? ſi enim tam familiaris erat mulieris, quàm vos vultis, iſtos quoque ſervos familiares eſſe dominæ ſciebat. ſin ei tanta conſuetudo, quanta à vobis inducitur, non erat: quæ cum ſervis potuit familiaritas eſſe tanta?

P. L.

XXIV. Ipsius autem veneni quæ ratio fingitur? ubi quæſitum eſt? quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco traditum? Habuiſſe ajunt domi, [11] vimque ejus

crimen hæreat. pro Roſcio Comœdo. *Roſcius ſocium fraudavit? poteſt hoc homini huic hærere peccatum.* Abram.

10. *Si hic nemini nomen.*] *Neminis* Pantagathus: & paullo poſt, *ſui familiaris abſoluti.* Urſin.

11. *Vimque ejus eſſe expertum.*] Suetonius Nerone cap. 33. de veneno quod Britannico parabatur *in hœdo expertus, poſtquam is quinque horas protraxit, iterum ac ſæpius recoctum porcello objecit. Quo ſtatim exanimato, inferri in triclinium, darique cœnanti ſecum Britannico imperavit.* Sed crudelius Cleopatra veneni vim in hominibus ſolebat experiri. Plinius lib. XXI. cap. 3. *Scelerate Cleopatra apparatu*

s eſſe expertum in ſervo quodam, ad rem ipſam para- cujus h perceleri interitu eſſe ab hoc comprobatum ve- ıum. i Prò dii immortales! cur interdum in hominum leribus maximis aut connivetis, aut [12] præſentis frau- pœnas in diem reſervatis? Vidi enim, vidi: & illum ıſi dolorem [13] vel acerbiſſimum in vita, cùm Q. [14] Me- ıus abſtraheretur è ſinu gremioque patriæ, cúmque vir, qui ſe natum huic imperio putavit, tertio die ſt, quàm in curia, k quàm in Roſtris, quàm in repu- ca floruiſſet, integerrima ætate, optimo habitu, maxi- s viribus, eriperetur indigniſſimè bonis omnibus atque iverſæ civitati. quo quidem tempore ille moriens, cùm jam

h per ſceleris interitum *MS.*

59

i Per deos *MS.*

k *ita Grav.*

s belli Actiaci gratificationem ipſius Reginæ Antonio timente, nec prægustatos cibos ſumente, fertur pavore ejus luſiſſe, extremis corona ibus veneno illitis, ipſaque capiti impoſita. mox procedente hilaritate itavit Antonium, ut coronas biberent. Quis ita timeret inſidias? Ergo cerpta in ſcyphum incipienti haurire, oppoſita manu: En ego ſum, nit, illa, Care Antoni, quam tu nova prægustandi diligentia caves: v mihi, ſi poſſim ſine te vivere, occaſio & ratio adeſt. Inde eductum dia bibere juſſit, illico expirantem. Abram.

12. *Præſentis fraudis pœnas in diem reſervatis.*] Locutio elegans, mpta è conſuetudine mercantium, qui aut præſenti pecunia in diem aliquid emunt. Terent. Eun. Act. V. ſc. 6. vſ. 19.

Sed in diem iſtuc, Parmeno, eſt fortaſſe quod minitare.
Tu jam pendebis.

iliter Nepos in Attico, cap. IX. *Quin etiam cum illa fundum nda fortuna emiſſet in diem; neque poſt calamitatem verſuram facere iſſet.* Itaque non ſtatuendum eſt *in diem* hic ſignificare tempus dcunque futurum, ſed certum ac præfinitum, quo Dii con- erunt ſumere pœnas ſceleris alicujus. *Verburg.*

13. *Vel acerbiſſimum in vita hauſi dolorem.*] Acerbiſſimum dolo- vocat, quod ex acerba & immatura Metelli Celeris morte eretur. porro quod dicit *hauſi dolorem*, id optime convenit n ſuperioribus *vidi enim, vidi.* nam oculis hauriri dicuntur, vel horribilia ſunt, vel moleſta. IV. Aeneidos:

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & noſtra ſecum ferat omina mortis.

lib. XII.

. . oculis ſævi monumenta doloris
Exuviaſque hauſit, furiis accenſus & ira
Terribilis.

m verbum in rebus horrendis auditui tribuitur. III. Æneidos:

Vocemque his auribus hauſi.

VI.

Conſtitit Æneas ſtrepitumque exterritus hauſit. Abram.

14. *Metellus abſtraheretur.*] Significat hunc a Clodia uxore vene- ſublatum; qua de cauſa *Clytæmneſtra* dicta eſt, ait Fab. lib. VIII. cap.

jam ceteris ex partibus oppreſſa mens eſſet, [15] extremum ſenſum ad memoriam reipublicæ reſervabat: cùm me intuens flentem ſignificabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella urbi, quanta tempeſtas civitati: & cùm parietem ſæpe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebrò Catulum, ſæpe me, ſæpiſſimè rempublicam nominabat: ut non tam ſe emori, quàm ſpoliari ſuo præſidio cùm patriam, tum etiam me doleret.

60 [16] Quem quidem virum ſi nulla vis repentini ſceleris ſuſtuliſſet: [17] quonam modo ille furenti fratri ſuo patrueli con-

cap. 6. *Quod ut illa ferro virum Agamemnonem, ſic hæc Metellum interfecerit.* Hotom.

15. *Extremum ſenſum ad memoriam reipubl. reſervabat.*] Neſcio qui non placuerit Grutero reminiſci Philippi Rubenii, cujus Electa alias ſolet adhibere, in eodem libro teſtantis in vetere codice legi *revocabat*, quod certe in ſemimortuo commodius, qui amplius reſervare nequit, ſed inter languorem excitari & ſenſum extremum ad aliquid interdum revocare ſolet. Idemque, quum mox quidam libri habeant *impenderet procella ſibi*, ſuſpicabatur *civi*, id eſt, Ciceroni. *Gronov.*

16. *Quem quidem.*] Qui quidem Qu. Metellus Celer, niſi immatura morte per veneficium fuiſſet extinctus, quonam modo furenti P. Clodio, cùm in tribunatu, tum alias pernicioſas leges rogavit, tum me in exilium expulit, reſtitiſſet, qui Conſul incipientem furere, & jam tum ad plebem tranſire conantem, promulgante Herennio Tribuno plebis legem de eo ad plebem traducendo, ſua ſe manu interfecturum audiente Senatu dixerit? Fratrem autem Patruelem appellat, non quod nati eſſent duobus fratribus, ſed quod mater Clodii ſoror eſſet patris Metelli Celeris. porro vides legendum eſſe, *Conſularis reſtitiſſet, qui Conſul incipientem furere eſt*, non ut vulgo, *Conſulari reſtitiſſet, qui Conſulem incipientem furere, &c. Abram.*

17. *Quonam modo ille furenti fratri ſuo patrueli conſularis reſtitiſſet, qui conſul, &c.*] Quidam libri impreſſi habent, *conſulari reſtitiſſet, qui conſulem, &c.* omnes veteres, *conſularis reſtitiſſet, qui conſulem, &c.* unde vir quidam doctiſſimus ſuſpicabatur olim, legendum, *conſularis reſtitiſſet, qui conſule me, &c.* Deliberandum amplius cenſeo. mihi properanti non eſt fas, quæ ſit veriſſima lectio, dijudicare. verum tamen quaſi præteriens hoc dicam, eam, quam ſecutus ſum ſcripturam, eſſe probabilem & fortaſſe rectam. ſignificat enim Cicero, opinor, Metellum Celerem, conſulem, Afranii collegam, P. Clodio incipienti furere, & facta nefaria in Ciceronem molienti, mortem eſſe minatum. Sed, ſi ita eſt, cur P. Clodius, frater Metelli Celeris patruelis dicatur, qui fuerit frater uxoris Clodiæ, quæritur. Ego igitur hic ſignificari arbitror, Q. Cæcilium Metellum Nepotem, non P. Clodium. Q. Metellum Celerem autem & Q. Metell. Nepotem fratres patrueles fuiſſe (non germanos) conſtat. *Lamb.*

18. In-

ſularis reſtitiſſet, qui conſul [18] incipientem furere at- conantem ſua ſe manu interfecturum, audiente ſe- i, dixerit? Ex hac igitur domo progreſſa iſta mulier 'eneni celeritate dicere audebit? nonne ipſam domum uet, [19] ne quam vocem eliciat? non parietes conſcios, noctem illam funeſtam ac luctuoſam perhorreſcet? revertar ad crimen. [l] etenim hæc facta illius clariſſimi ortiſſimi viri mentio & vocem meam fletu debilita- [20] & mentem dolore impedivit. P. B. l Sed e Græv. e alii.

61 XV. SED TAMEN venenum unde fuerit, quemad- lum paratum ſit, non dicitur. Datum eſſe hoc ajunt icinio, pudenti adoleſcenti & bono, Cœlii familia- [21] conſtitutum factum eſſe cum ſervis, ut venirent [22] ad

. *Incipientem furere.*] Ad plebem tranſire conantem, cum He- ius tribunus pl. legem de eo ad plebem traducendo promul- it: in quo obſtitit Celer conſul. ad Attic. lib. 1. & in orat. laruſpicum Reſponſis. *P. Manut.*

). *Ne quam vocem eliciat.*] *Ejiciat* habent libri manuſcripti, quo- ſcripturam confirmat Euripidis verſus in Hippolyto, ex quo entiam videtur Cicero mutuatus:

Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
Τέρεμνά τ' οἴκων, μήποτε φθογγὴν ἀφῇ. Urſin.

'nam vocem eliciat, non parietes conſcios.] Sine cauſa ac temere lectionem mutarunt. Cic. enim, quaſi interpretatus eſſet Eu- lea, certe reſpexiſſe ad illa videtur, quæ ſunt in Hippolyto:

Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
Τέρεμνά τ' οἴκων μήποτε φθογγὴν ἀφῇ. Cam.

'uam vocem eliciat &c.] Muretus lib. 11. Var. Lect. cap. 17. jicit *ejiciat*, admodum probabiliter. ita quoque Giſanius in *ere.* Grut.

). *Et mentem dolore impedivit.*] Erfurt. *Et mentis dolore impedi-* quod non eſt aſpernandum. Fletus debilitavit linguam, & ntis dolor eam impedivit, ut hæſitaret, nec prompte verba fa- . Hoc eſt, *impedire linguam*, cauſſam eſſe, ut impedite loquatur. vulgata non eſt ſollicitanda, quam Francii cod. aſſerit. Sic :iūs dixit: *Animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupidita- mpeditus.* Grævius.

1. *Conſtitutum factum.*] Sic legendum arbitror; nam ſupra di- n eſt, *conſtitutum* verbum eſſe juris, cum & dies & locus inter ſdam præſtitutus eſt, in quem conveniant. Cic. pro Cæcin. *'ad conſtitutum experiundi juris gratiâ veniſſent.* Et in ep. 1. ad . lib. XII. *Poſtero die in Tuſculano; ibi unum diem. v. Kal. igi- ad conſtitutum.* Vid. in Epitomatis noſtris ad tit. Dig. de Con- pecun. & in comm. de Verb. Jur. *Hotom. Conſtitutum eſſe cum is.*] Sic edi malui, quàm ut eſt in vulgatis, *conſtitutum factum ſervis:* quamquam hanc lectionem non damno. dicunt enim ini, *conſtitutum facere.* Licet etiam legere, *conſtitutum locum eſſe* cum

22 ad balneas Senias: eòdem Licinium eſſe venturum, atque iis veneni pyxidem traditurum. Hîc primùm illud requiro: quid attinuerit illud m ferri in eum locum conſtitutum: cur illi ſervi non ad Cœlium domum n venerint. ſi manebat tanta illa conſuetudo o Cœlii cum Clodia, tantaque familiaritas: quid p ſuſpicionis eſſet, ſi apud Cœlium mulieris ſervus viſus eſſet? ſin autem q jam ſuberat ſimultas, exſtincta erat conſuetudo, diſcidium exſtiterat: 23 hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc cauſa eſt horum omnium
62 ſcelerum atque criminum. Immò, inquit, cùm ſervi ad dominam rem iſtam & maleficium Cœlii detuliſſent, mulier ingenioſa præcepit ſuis, ut omnia Cœlio pollicerentur: r ſed, ut venenum, cùm à Licinio traderetur, manifeſtò comprehendi poſſet, conſtitui locum juſſit, balneas Se-

m fieri MS.

n venirent MS.

o Cœlii tanta familiaritas cum Clodia MS.

p ſuſpicio non id. MS.

q jamjam MS.

r ſed ven. MS.

cum ſervis, ut habent nonnulli codices vulg. Sed omnibus lectionibus hanc antepoſuerim, *conſtitutum locum eſſe, quò ſervi venirent, balneas Xenias.* Lamb. Erfurt. *Conſtitutum factum eſſe ſervis.* quod ſi alii libri firmarent non repudiarem. Nam & *conſtituere alicui*, & *conſtituere cum aliquo* dicitur. Cic. 1. de Off. *Ut ſi conſtitueris cuipiam te advocatum in rem præſentem venturum.* Juvenalis: *Hic ubi nocturna Numa conſtituebat amicæ.* Vulgatam contra Lambinum & Gruterum tuetur J. Fr. Gronovius Obſervat. lib. 1. cap. 1. ubi multis agit de verbo *conſtituere.* Grævius.

22. *Ad balneas Senias.*] Reſtitui quod erat in exoletis edd. & Pall. noſtris, ejecto illo *Xenias*; quod & reſpuebant Gembl. ac S. Vict. Lambinus valde hæret in eis prioribus, *Conſtitutum factum eſſe cum ſervis, ut veniret:* ego arbitrabar ſimplicius, *conſtitutum cum ſervis ad Balneas Senias*, ejectis intermediis, tanquam à librario aliquo manaſſent. *Grut.* Eodem ſcilicet ſucceſſu, quo paſſim & in aliis auctoribus ſuſpicari ſuevit aliquas voces ab librariis interpolitas, quas conſtare certe poteſt genuinas eſſe. Tu vide perfectiſſimam loquutionis elegantiam illuſtratam à patre lib. 1. obſervat. cap. 1. *Gron.*

23. *Hinc illæ lacrymæ.*] Hæc verba ex Terentio ſc. 1. Andriæ deprompta videntur in proverbium abiiſſe:

- - at at hoc illud eſt
Hinc illæ lacrymæ, hæc eſt illa miſericordia.

Juvenalis Sat. 1.

Inde iræ & lacrymæ.

Horatius Epiſt. 19. lib. 1.

Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.
Hinc illæ lacrymæ. -

Porro quam ſæpe mulieres libidinis impotentià in adoleſcentes, a quibus ſpernebantur, furore plusquam belluino exarſerint, indicio eſſe poſſunt exempla octo, quæ a Mureto in Variis Lectionibus colliguntur. His Guillelmus Canterus in Novis Lectionibus addit alia quinque. *Aceram.*

24. Quo

ias, ut eò mitteret amicos, qui deliteſcerent: deinde
ntè, cùm veniſſet Licinius, ut venenum traderet;
ilirent hominemque comprehenderent.

XVI. Quae quidem omnia, judices, perfacilem
onem habent reprehendendi. Cur enim balneas publi-
potiſſimum conſtituerat? in quibus non invenio, [24] quæ
bra togatis hominibus eſſe poſſit. Nam, ſi eſſent in
ibulo balnearum: non laterent. ſin ſe in intimum con-
re vellent: nec ſatis commodè calceati & veſtiti id
re poſſent, & fortaſſe non reciperentur: niſi fortè
ier potens [25] quadrantaria illa permutatione familiaris
a erat balneatori. Atque [f] equidem vehementer exſpe- 63 P.]
am, quinam iſti viri boni, teſtes hujus manifeſtò de- f quidem
enſi veneni dicerentur. nulli enim ſunt adhuc nomi- *MS.*
nati.

4. *Quæ latebra.*] Nullam in balneis reperiri latebram dicit,
d undequaque lucem admitterent. Seneca Epiſt. 86. De Bal-
Scipionis: *Balneolum anguſtum, tenebricoſum, ex conſuetudine an-
s, non videbatur majoribus noſtris caldum, niſi obſcurum.* Subdit:
*nunc, quis eſt qui ſic lavari ſuſtineat. pauper ſibi videtur ac ſordi-
, niſi parietes magnis & pretioſis orbibus refulſerint, &c. In hoc bal-
Scipionis minimæ ſunt rimæ, magis quam feneſtræ, muro lapideo ex-
t, ut ſine injuria munimenti lumen admitterent. At nunc blattaria
nt balnea, ſi qua non ita aptata ſunt, ut totius diei ſolem feneſtris
liſſimis recipiant, niſi & lavantur ſimul & colorantur, niſi ex ſolio
s & maria proſpiciunt.* Statius 1. Sylvarum de Balneis Etruſci:

Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis
Perforat: atque alio ſol improbus uritur æſtu.

iisdem Martialis lib. VI. ep. 42.

Nusquam tam nitidum micat ſerenum,
Lux ipſa eſt ibi longior, dieſque
Nullo tardius a loco recedit. Abram.

5. *Quadrantaria illa permutatione.*] *Penſitatione* Pantagathus:
ut poſtea mutavit *permutatione*. Urſin. Dicit, *illa*, tamquam
re nota, fama enim pervulgata erat, quod ex Plutarcho li-
t, adoleſcentem quendam in Clodiæ loculos pro nummis ar-
teis quadrantes æreos immiſiſſe. Cum hoc joco alterum con-
git, balneatori Clodiam, factâ ſui copiâ, familiarem eſſe po-
ſe: ut ſtuprum quaſi loco quadrantis eſſet, quem balneator
iis, qui lavarent, mercedem ſuam accipere ſoleret Et in hoc
oque quadrantaria permutatio eſt, quadrante in ſtuprum per-
tato. Horatius Sat. 3. lib. 1. *Quadrante lavato.* Seneca rem
drantariam balneum vocat. epiſt lib. XIII. Juvenalis Sat.
Cadere Silvano porcum, quadrante lavari. Quinctilianus lib IIX.
. 6. Quadrantariam Clytemneſtram a Cœlio dicit appellatam:
d ut Clytemneſtra virum ſuum Agamemnonem, ſic Metel-
a Clodia necaſſet. *P. Manut.* *Quadrantaria &c.*] Explicat Hadr.
ius Centuria 1. Adagio 77. *Grut.*

nati. [26] Sed non dubito, quin ſint pergraves, qui primùm ſint talis fœminæ familiares; deinde eam provinciam ſuſceperint, ut in balneas [t] contruderentur: quod illa, niſi à viris honeſtiſſimis ac pleniſſimis dignitatis, [v] quàm velit ſit potens, numquam impetraviſſet. Sed quid ego de dignitate iſtorum teſtium loquor? virtutem eorum diligentiamque cognoſcite: in balneis delituerunt: teſtes egregios! deinde temerè proſiluerunt: homines [x] gravitati deditos! ſic enim fingunt, cùm Licinius veniſſet, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidiſſet tum repentè evolaſſe iſtos præclaros teſtes ſine nomine Licinium autem, cùm jam manum ad [y] tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe, atque illo repentino hominum impetu ſe in fugam conjeciſſe. [27] O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſollertiam, contraque fictas omnium inſidias, [28] facilè ſe per ſe ipſam defendat!

t conducerent *MS.*
v quamvis pot. *conj. Grav.*
x temperantes *MS. Lamb.*
y tradendam *alii.* trahendam *MS.*

64 XXVII. VERùM HÆC tota fabella veteris & plurimarum fabularum poëtriæ quàm eſt ſine argumento! quàm nullum invenire exitum poteſt? Quid enim iſti tot viri (nam neceſſe eſt fuiſſe non paucos, ut & comprehendi Licinius facilè poſſet, & res multorum oculis [z] eſſet teſtatior) cur Licinium [29] de manibus amiſerunt? quî minùs enim Licinius comprehendi potuit, cùm ſe retraxit, ne

z eſſe *Gul.*

26. *Sed non dubito.*] Ironicè carpit eorum teſtium levitatem, tum quod eſſent impudicæ fœminæ familiares, tum quod id munus & officium ſuſcepiſſent, ut deprehendendi veneficii cauſâ, ſe in balneas abſtruderent, quod viris bonis & gravibus plane indignum eſt. *Abram.*

27. *O magna vis veritatis.*] Sententia ſumpta ab Æſchine ex oratione contra Timarchum: Οὕτως ἰσχυρὸν (inquit) ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ὥστε πάντων ἐπικρατεῖν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. *Urſin.*

28. *Facile ſe per ſeipſam defendat.*] Perperam *ſe* in Gruteri, & qui eum ſunt ſecuti, editionibus omittitur, cum id flagitet ſententia, & exſtet in MSS. Erfurt. Franc. & editionibus omnibus melioribus ante Gruterianam. Mallem tamen, ſi annuerent libri, *facile ſe per ſe ipſa defendat*, quia ſic in aliis locis mavult Cicero aliive loqui, ut jam oſtenderunt viri docti, quàm ut vulgus *per ſe ipſam*, quamvis in minus emendatis codicibus frequenter ſit interpolatum. *Gravius.*

29. *De manibus emiſerit.*] Libri veteres nonnulli habent, *de manibus miſerit:* legendum fortaſſe eſt, *de manibus dimiſerit*, ſeu, *amiſerit*, quod poſtremum in aliis MSS. reperi. *Lambin.* Erfurt. *Cur Licinium amiſerunt?* Franc. *Cur Licinium manibus emiſerunt.* Sed vulgatam non moveo. *Idem.*

30. Quam

ne pyxidem traderet, [30] quàm ſi non retraxiſſet? erant enim illi poſiti, ut comprehenderent Licinium: ut manifeſtò Licinius teneretur, aut cùm retineret venenum, aut cùm tradidiſſet. Hoc fuit totum conſilium mulieris; hæc iſtorum provincia, qui rogati ſunt: quos quidem tu quamobrem temerè proſiluiſſe dicas, atque ante tempus, non reperio. fuerant hoc rogati: fuerant ad hanc rem collocati, ut venenum, [a] ut inſidiæ, facinus denique ipſum ut manifeſtò comprehenderetur. P. B. a ut de MS.

65 Potueruntne meliori tempore proſilire, quàm cùm Licinius veniſſet? cùm in manu teneret veneni pyxidem? quæ ſi cùm jam erat tradita ſervis, evaſiſſent ſubitò ex balneis mulieris amici, Liciniumque comprehendiſſent: imploraret [b] hominum fidem, atque à ſe illam pyxidem traditam pernegaret: quem quomodo illi [c] reprehenderent? vidiſſe ſe dicerent? primùm ad ſe revocarent maximi facinoris crimen: deinde [d] id ſe vidiſſe dicerent, quod, quo loco collocati fuerant, non potuiſſent videre. Tempore igitur ipſo ſe oſtenderunt, cùm Licinius veniſſet, pyxidem expediret, manum porrigeret, venenum traderet. [31] Mimi ergo eſt jam exitus, non fabulæ: in quo cùm

b omn MS. & pr. c com MS. d ipſi diſſe in MS.

30. *Quum ſi non retraxiſſet.*] Recepi lectionem Erfurtenſis & Francii primi, in quibus clare, *quam ſi tradidiſſet*, nimirum pyxidem, id eſt huic loco convenientius, quamvis vulgatam poſſis tueri, ſubaudiendo *ie.* nec illam ſollicitaſſem, niſi me moviſſet auctoritas optimarum membranarum. Mediolanenſis vero, *quam ſi extraxiſſet*. Græv.

31. *Mimi, non fabulæ.*] *Mimus*, actio hiſtrionica turpiſſimorum facinorum imitatrix. Ovid.

Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos.

Horum clauſula nulla erat, ut in comœdiis, ſed abrumpi ſtrepitu & tumultu aliquo ſolebant. *Hotom. Mimi ergo eſt jam exitus, non fabulæ.*] Nihil heic boni profert P. Manutius. adeundus Seneca Epiſtolâ cxiv. *Grut.* Neſcio quid Gruterus ſibi velit. In tota illa epiſtola Senecæ, quæ agit de ſtylo Mæcenatis, ne verbum de mimis. Non malè ſane Manutius. Nam mimi non erant fabulæ perfectæ, ſed imperfectæ, & nihil erat mimis impudentius. Hinc Diomed. III. *Mimus eſt ſermonis cujuslibet, motusque ſine reverentia vel factorum turpium cum laſcivia imitatio*, ut impudentiâ longè cedant fabulis, quorum argumenta majori ex parte ſtuprorum continebant actus, ut Valer. Max. II. 7. tradidit, ideoque a Maſſilienſibus non admittebantur, ut ibidem docet, & a viris gravibus contemnebantur. Præterea mimorum nulla erat connexio & ſolutio, ut in fabulis, quod docti viri obſervarunt. Hinc impudentiſſimum hujus mulieris commentum de veneno dicit mimum fuiſſe, non fabulam, in quo nihil cohærebat, ſed ipſius commenti ſine ullo pudore vanitas multis modis

cùm clauſula non invenitur, fugit aliquis è manibus: deinde [32] ſcabilla concrepant, aulæum tollitur.

66 XXVIII. Quæro enim, cur Licinium titubantem, hæſitantem, cedentem, fugere conantem, mulieraria manus iſta de manibus emiſerit: cur non [e] comprehenderint: [33] cur non ipſius confeſſione, multorum oculis, facinoris denique voce, tanti ſceleris crimen expreſſerint? an timebant, ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent? Nullum argumentum in re, nulla ſuſpicio in cauſa, nullus exitus criminis reperietur. Itaque hæc cauſa, ab argumentis, à conjectura, ab iis ſignis, quibus veritas illuſtrari ſolet, ad teſtes tota traducta eſt. quos quidem ego teſtes, judices, non modò ſine ullo timore, ſed etiam cum aliqua ſpe delectationis exſpecto.

e prehend. MS.

67 Prægeſtit animus jam videre, primùm lautos juvenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares, deinde fortes viros, ab imperatrice in inſidiis atque in præſidio balnearum locatos. ex quibus requiram, quonam modo latuerint, aut ubi. alveusne ille, an equus Trojanus, fuerit, qui tot invictos viros, muliebre bellum gerentes, tulerit ac texerit. Illud verò reſpondere cogam, cur tot viri ac tales hunc & unum & tam imbecillum, quàm videtis, non aut ſtantem comprehenderint, aut fugientem conſecuti ſint. qui ſe numquam profectò, ſi iſtum in locum proceſſerint, explicabunt: quàm volent in conviviis [34] faceti, dicaces,

P. LII.

dis ſe prodebat. Hinc *impudentiſſimus mimus* apud Senecam eſt impudentiſſimum mendacium & ſimulatio. Eſt enim mimus quævis ſimulatio. Senec. Ep. 26. *Numquid ſimulatio fuit & mimus, quicquid contra fortunam jactavi verborum contumacium?* Grævius.

32. *Scabilla concrepant.*] Videantur Pierii Hieroglyphica; & qui commentati ſunt ad Suetonium. *Gruter.* Vide Salmaſium in notis ad Carum, Carinum & Numerium p. 105. & ſequ. ſcabillorum formam in antiqua ſtatua vide apud Rubenium lib. II. de Re Veſtiaria cap. 17. *Græv.*

33. *Cur non ipſius confeſſione, &c.*] Locus hic præclarè reſtitutus eſt, unius litteræ detractione & diſtinctionis additione. nam, cum antea legeretur, *cur non ipſius confeſſione multorum, &c.* ego ſic repoſui, *cur non ipſius confeſſione, multorum oculis &c.* ſine controverſia recte, & Germane, & Ciceroniane. *Lamb.*

34. *Faceti, dicaces.*] Per facetias, opinor, eutrapeliam intelligit, de qua vide Ariſtotelem lib. IV. cap. 8. Ethicorum: ſic apud Xenophontem: Ἀστεῖοι καὶ εὐχάριτες dicuntur II. Cyrop. *οἱ μηχανώμενοι γέλωτα τοῖς συνοῦσι μήτε ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κέρδει, μήτ' ἐπὶ ζημίᾳ τοῦ ἀκούοντος, μήτ' ἐπὶ βλάβῃ μηδεμιᾷ. Qui riſum iis,*

taces, nonnumquam etiam ad vinum diſerti ſint. alia fori vis eſt, alia triclinii: alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum: non idem judicum [35] comeſſatorumque conſpectus: lux denique longè alia eſt ſolis & lychnorum. Quamobrem excutiemus omnes iſtorum delicias, omnes ineptias, ſi prodierint. f ſed, ſi me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis ſe rebus oſtentent: vigeant apud iſtam mulierem venuſtate: dominentur ſumptibus: [36] hæreant, jaceant, deſerviant: capiti verò innocentis & fortunis parcant.

f ſed *non eſt in MS.*

XXIX. AT SUNT ſervi illi [37] de cognatorum ſententia, nobiliſſimorum & clariſſimorum hominum, manumiſſi. [38] Tandem aliquid invenimus, quod iſta mulier de ſuorum propinquorum, fortiſſimorum virorum, ſententia atque auctoritate feciſſe videatur. Sed ſcire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio: in qua aut crimen eſt Cœlio quæſitum, aut quæſtio ſublevata, aut multarum rerum conſciis ſervis [39] cum cauſa præmium perſolutum. 68

iis, quibuscum verſantur, procurant: neque proprii emolumenti gratiâ, neque ad alterius detrimentum, aut ullum omnino nocumentum. Abram. Vide de εὐτραπελίᾳ doctè & eleganter differentem Fr. Vavaſſorem, virum diſertiſſimum & politiſſimum de ludicra dictione p. 252. & ſequentibus. *Grav.*

35. *Comeſſatorumque conſpectus.*] *Conſeſſus* eſt in vetere libro, pro *conſpectus.* Urſin.

36. *Hæreant, jaceant, deſerviant.*] Pro *Jaceant* Pantagathus legebat, *teneant*, aliquanto, ut videtur, meliore ſententia. *Idem.*

37. *De cognatorum ſententia manumiſſi.*] Significatur mulieri non licuiſſe ſervos ſine cognatorum ſententia manumittere; manumiſerat autem, ne de iis quæſtio haberetur, quoniam liberi non torquebantur apud Rom. ut apud Athæn. & Cic. in Partit. Ejuſdemque rei exemplum exſtat in Milon. & apud Aſcon. in ejuſd. comment. *Hotom.*

38. *Tandem aliquid invenimus, quod &c. feciſſe videatur.*] Debetur hæc emendatio Pall. Erf. Gembl. vulgata inficetè, *inveniemus quod &c. feciſſe dicatur.* Grut.

39. *Cum cauſſa.*] Cauſſa videbatur hæc, quia Cœlianum facinus ad dominam detuliſſent; ſed alia cauſſa erat, nempe, ut multarum rerum conſciis præmium perſolveretur. Animadvertendum loquendi genus, *cum cauſſa*, pro, per ſpeciem, per ſimilitudinem: quod in orat. pro Domo dixit: *Cum tu in annona caritate, in conſules, in ſenatum, in bona fortunasque locupletum, per cauſſam inopum atque imperitorum, repentinos impetus comparares. Per cauſſam,* id eſt, *cum cauſſa:* quaſi plebis infimæ inopiam ſublevare velles. Et hujus lib. II. *Per cauſſam renovati ab Æquis belli.* Lib. IV. *Ut per cauſſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret a tergo agmen.* Suetonius in

 Otho-

lutum. At propinquis placuit. cur non placeret, cùm rem tute ad eos non ab aliis tibi allatam, ſed à te ipſa compertam, deferre diceres?

69 Hîc etiam miramur, ſi illam commenticiam pyxidem [40] obſcœniſſima ſit fabula conſecuta? Nihil eſt, quod in ejuſmodi mulierem [g] non cadere videatur. [41] Audita & percelebrata ſermonibus res eſt. percipitis animis, judices, jamdudum quid velim, vel potiùs, quid nolim dicere. quod etiam ſi eſt factum, certè à Cœlio non eſt [h] factum. Quid enim attinebat? Eſt enim ab aliquo fortaſſe adoleſcente, non tam inſulſo quàm non verecundo. ſin autem eſt fictum: non illud quidem [i] moleſtum, ſed tamen eſt non [k] inficetum mendacium. quod profectò numquam hominum ſermo atque opinio comprobaſſet, niſi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare aptè viderentur.

P. B.

g non *deeſt in MS.*

h factum *non eſt in MS.*

i modeſtum *alii.*

k infacetum *MSS. & alii.*

70 Dicta eſt à me cauſa, judices, & perorata. Jam [l] intelligitis, quantum judicium ſuſtineatis, quanta res ſit commiſſa vobis. De vi quæritis. quæ lex ad imperium, ad majeſtatem, ad ſtatum patriæ, ad ſalutem omnium pertinet: quam legem Q. Catulus armata [m] diſſenſione civium, reipublicæ pænè extremis temporibus tulit: quæque lex, ſedatâ illâ flammâ conſulatus mei, fumantis reliquias conjurationis exſtinxit. Hac enim lege Cœlii adoleſcentia non ad reipublicæ pœnas, ſed ad mulieris libidines & delicias depoſcitur.

l intelligetis *MS.*

m diſceſſione *MS.*

71 XXX. ATQUE HOC etiam loco M. Camurti & [42] C. Eſerni

Othone, *Per cauſſam legationis:* in Veſpaſiano, *Per cauſſam valetudinis.* Tibullus El. 6. lib. 1.

Sæpe, velut gemmas ejus ſignumque probarem,
Per cauſſam memini me tetigiſſe manum.

Per ſpeciem. idem Livius ſæpe dixit *P. Manut.*

40. *Obſcœniſſima fabula.*] Fabula quidem, ſed obſcœniſſima, cum ſummo Clodiæ dedecore. ea quæ fuerit non conſtat, ipſo Cicerone verborum turpitudinem vitante. Veneream quidem rem ſignificari, & in eum uſum quæſitam eſſe pyxidem a Clodia, licet intelligere, ſequitur enim: *Nihil eſt, quod in ejuſmodi mulierem non cadere videatur.* Idem.

41. *Audita & percelebrata &c.*] Abjeci quoque, *& pervulgata*, quod aberat Pall. S. Vict. Grut. *Grut.*

42. *Ceſerni.*] *C. Eſerni* Pantagathus, & rectè: & paullo poſt, *Eſerni* pro *Ceſerni*. Urſin. *C. Eſerni.*] Hoc maluit P. Manutius, & Pantagathus. vulgata enim *Ceſerni*. Grut. Quod vergit ad *Æſerni*, unde Æſerninus Senecæ, Tacito, Suetonio. *Gron.*

43. O

i damnatio prædicatur. [43] O ſtultitiamne dicam, an impudentiam ſingularem! audetisne, cùm ab ea muliere veiatis, facere iſtorum hominum mentionem? audetisne xcitare tanti flagitii memoriam, non exſtinctam illam uidem, ſed repreſſam vetuſtate? Quo enim illi crimine eccatoque perierunt? nempe quòd ejuſdem mulieris dorem & injuriam n Vettiano nefario ſunt ſtupro [44] perecuti. Ergo, ut audiretur o Vettii nomen in cauſa, ut la vetus p Afrania fabula q refricaretur, idcirco Camurti & Eſerni cauſa eſt renovata? qui quamquam lege de vi ertè non tenebantur, r eo maleficio tamen erant implicati, ut ex nullius legis laqueis emittendi viderentur.

[45] M. verò Cœlius cur in hoc judicium vocatur? cui 72
neque proprium quæſtionis crimen objicitur, nec verò aliquid ejuſmodi, ſ quod ſit à lege ſejunctum, & cum veſtra ſeveritate conjunctum. cujus prima ætas dedita diſciplinis fuit iisque artibus, quibus inſtruimur ad hunc uſum forenſem, ad capeſſendam rempublicam, ad honorem, gloriam, dignitatem. t iis autem v fuit amicitiis majorum natu, quorum imitari induſtriam x continentiamque maximè velit. y iis æqualium ſtudiis, ut eundem, quem optimi ac nobiliſſimi, petere curſum laudis videretur.

Cùm autem paullùm jam roboris acceſſiſſet ætati, in Afri-
cam profectus eſt, Q. Pompejo proconſuli [46] contuberna- 73
lis,

n Vetiano *MS.* o Vetii *id. MS.* P. LIII. p Afraniana *Abram.* q refricetur *alii.* r & maleficio erant *MS.* ſ quod non ſit *alii.* t Is ſi am. *MS.* v habuit amicitias *MS.* x continentiam velit *MS.* y iis *deeſt in MS.*

43. *O ſtultitiamne dicam, an impud. &c.*] Concinnius iſtud eſt, quàm vulgatum retro: *O ſtultitiam! ſtultitiamne dicam &c.* neque reperitur in edd. exoletis, nedum mſſ. melioribus. *Grut.*

44. *Perſecuti.*] Ulti. *Vettiano* autem *ſtupro* à Vettio cum Clodia commiſſo, nam cum inter eos poſtea ortæ eſſent inimicitiæ, mulier ad ulciſcendum dolorem injuriamque ſuam opera Camurti & Eſerni uſa eſt. quid illi pro Clodia contra Vettium fecerint, obſcurum eſt; damnatos autem eſſe pro eo, quod fecerant, cognoſcitur. *P. Manut.*

45. *M. vero Cœlius.*] Oſtendit hoc præjudicium nihil habere momenti, nec illam adverſariorum rationem. Tantum Camurtus & C. Eſernus facinus admiſerant, ut quamvis nullum proprium quæſtionis crimen intenderetur, tamen ex nullius legis laqueis emittendi viderentur: at vero alia fuit Cœlii ratio, quia nec proprium quæſtionis crimen objiciebatur, nec aliunde facinus ullum admiſerat, quod quamvis ab ipſa lege & quæſtione ſejunctum, tamen propter facti atrocitatem eſſet puniendum. *Abram.*

46. *Contubernalis.*] Ut uſu rerum peritior evaderet. optima tunc erat adoleſcentium diſciplina, ut apud claros viros, magiſtratum gerentes, in contubernio viverent. ſic L. Gellius C. Carbonis, eloquentiſſimi viri, contubernalis in conſulatu fuit: ut in Bruto:

lis, caſtiſſimo viro atque omnis officii diligentiſſimo: in qua provincia cùm res erant & poſſeſſiones paternæ, tum etiam uſus quidam provincialis, non ſine cauſâ à majoribus huic [z] ætati tributus. diſceſſit illinc Pompeji judicio probatiſſimus, ut ipſius teſtimonio cognoſcetis. voluit vetere inſtituto, eorum adoleſcentium exemplo, qui pòſt in civitate ſummi viri & clariſſimi cives exſtiterunt, induſtriam ſuam à populo Romano ex aliqua illuſtri accuſatione cognoſci.

z etiam æt. *MS.*

74 XXXI. Vellem aliò potius eum cupiditas gloriæ detuliſſet. ſed [a] abiit hujus tempus querelæ. [47] Accuſavit C. Antonium, collegam meum: cui miſero præclari in rempublicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. poſtea nemini conceſſit æqualium, plus ut in foro, plus ut in negotiis verſaretur cauſiſque amicorum, plus ut valeret inter ſuos gratia. quæ niſi vigilantes homines, niſi ſobrii, niſi induſtrii conſequi non poſſunt, omnia labore & diligentiâ eſt conſecutus.

a habuit hoc *MS.*

75 In hoc flexu quaſi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac ſapientia veſtra) fama adoleſcentis paullum hæſit ad metas notitiâ novâ mulieris, & infelici vicinitate & inſolentia voluptatum. quæ cùm incluſæ diutiùs & prima ætate compreſſæ & conſtrictæ fuerunt, ſubitò ſe nonnumquam profundunt atque ejiciunt univerſæ. qua ex vita, [48] vel dicam, quo ex ſermone (nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur) verùm ex eo, quidquid erat, emerſit, totumque ſe ejecit atque ex-

P. B.

ſic L. Torquatus Ciceronis conſulis: ut in orat. pro Sulla. Jam in ep. ad Ruſum lib. v. *Scito a me & tribunos mil. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe.* Contubernales & illi erant, de quibus ait Gracchus apud Gellium lib. xv. cap. 12. *Nulla apud me fuit popina: neque pueri eximia facie ſtabant: ſed in convivio liberi veſtri modeſtius erant quam apud principem.* P. Manut.

47. *Accuſavit Cn. Antonium.*] Lege repetundarum, ex provincia Macedonia digreſſum, in judicium ſic vocavit, ut tamen maximam accuſationis partem non in repetundarum, ſed in conjurationis crimine conſumpſerit, quaſi Antonius Catilinariæ conjurationis fuiſſet particeps. *Abram.*

48. *Vel dicam.*] Nota egregiam dubitationem in nominis delectu. vitam dixerat, ſe corrigit, dicit non vitam fuiſſe, ſed ſermonem iniquumque rumorem, mox hanc ipſam correctionem corrigit, ut magis oſtendat ſe cauſæ confidere, & ſive vita Cœlii jure fuerit infamis, ſive ſolo hominum rumore, eum oſtendit veniâ & excuſatione dignum. *Idem.*

49. Fe-

extulit: tantumque abeſt ab illius familiaritatis infamia, ut ejuſdem nunc ab ſeſe inimicitias odiumque propulſet.

Atque ut iſte interpoſitus ſermo deliciarum deſidiæque 76
moreretur, [49] (fecit me mehercule invito & multum
repugnante, ſed tamen fecit) nomen amici mei de ambi-
tu detulit: quem abſolutum inſequitur, revocat: nemini
noſtrûm obtemperat: eſt violentior quàm vellem. Sed
[b] ego non loquor de ſapientia, quæ non cadit in hanc æta- b ego lo-
tem: de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de quor *MS.*
ardore mentis ad gloriam: quæ ſtudia in [c] his jam ætati- c his æt.
bus noſtris contractiora eſſe debent: in adoleſcentia verò, *MS.*
tamquam in herbis, ſignificant, quæ virtutis maturitas
& quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ. Etenim ſemper
magno ingenio adoleſcentes refrenandi potiùs à gloria
quàm incitandi fuerunt: amputanda plura ſunt illi ætati, d floreſcit
ſiquidem [d] effloreſcit ingenii laudibus, quàm inſerenda. *MS.*
Quare, ſi cui nimium efferviſſe videtur hujus vel in ſuſci- 77
piendis vel in gerendis inimicitiis vis, ferocitas, pertina-
cia: ſiquem etiam minimorum horum aliquid offendit,
ſi purpuræ genus, ſi amicorum catervæ, ſi ſplendor, ſi
nitor: [50] jam iſta deferverint: jam ætas omnia, [51] jam
iſta dies mitigarit.

XXXII. Conservate igitur reipublicæ, judices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum viro-

49. *Fecit me mehercule invito.*] Neſcio quam duritiem quidam ſibi viſi ſunt in iſta geminatione ejusdem ſyllabæ *me mehercule* repeпiſſe; verum ii nimium diligentes ſunt in rejiciendo, quod penè dixerim pro quadam apud veteres elegantia fuit habitum. Ita I. De Offic. c. 18. *Pleniore ore*, de Amic. c. 21. *Præclara rara*, & aliis locis. *Verburg.*

50. *Jam iſta deferverint.*] *Deferbuerint* Pantagathus olim emendaverat: poſtea nactus antiquiorem librum, in quo *deferuerint* ſcriptum eſſet, rejecta priore lectione, *deferuerit* emendavit. *Urſin.* Adoleſcentia, ſuum illum calorem deſpumans, ſucceſſu temporis ſe ipſam temperabit. Vide ſupra 18. *Cupiditates deferviſſent.* ubi & laudatus eſt Terentius Adelphis, actu 1, ſc. 2:

Sperabam jam deferviſſe adoleſcentiam.

Huic loco ſimilis eſt illa L. Lucretii, viri Conſularis, oratio, cum Cæſonem Quintium defenderet: *Quod offendat in eo, fervorem & audaciam, ætatem quotidie auferre. Quod deſideretur conſilium, id in dies creſcere. ſeneſcentibus vitiis, matureſcente virtute, ſinerent tantum virum ſenem in civitate fieri.* Abram.

51. *Jam dies mitigarit.*] *Multa dies mitigarit* Pantagathus: & fortaſſe melior, quàm ut alii emendarunt. *Urſin.*

52. *Obſi-*

P. LIV. virorum. Promitto hoc vobis, & reipublicæ ſpondeo, ſi modo nos ipſi reipublicæ ſatisfecimus, nunquam hunc à noſtris rationibus ſejunctum fore. quod cùm fretus noſtra familiaritate promitto, tum quòd duriſſimis ſe ipſe legi-
78 bus jam obligarit. Neque enim poteſt, qui hominem conſularem, quòd ab eo rempublicam violatam [e] diceret, in judicium vocarit, ipſe eſſe in republica civis turbulentus: non poteſt, qui ambitu ne abſolutum quidem patitur eſſe abſolutum, ipſe impunè umquam eſſe largitor. Habet à M. Cœlio reſpublica, judices, duas accuſationes, vel [52] obſides periculi, vel pignora voluntatis. Quare oro obteſtorque vos, judices, ut qua in civitate paucis his diebus Sex. [f] Clodius abſolutus ſit, quem vos per biennium aut miniſtrum ſeditionis, aut ducem vidiſtis: qui ædes ſacras, qui cenſum populi Romani, qui memoriam publicam ſuis manibus incendit, [g] hominem ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine ſede, ſine fortunis: ore, linguâ, manu, vita omni [h] inquinatum: qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit: qui in Palatio atque in urbis oculis ſervitia ad cædem & inflammandam urbem incitavit: in ea civitate ne patiamini illum abſolutum muliebri gratia; M. Cœlium, libidini muliebri condonatum: ne eadem mulier [53] cum ſuo conjuge & fratre turpiſſimum latronem [54] eripuiſſe, & honeſtiſſimum adoleſcentem oppreſſiſſe videatur.

[e] diceret, vocarit *MS.*

[f] Cœlius *MS.*

[g] homo *Lamb.*

[h] inquinatus *Id.*

79 Quòd cùm hujus vobis adoleſcentiam propoſueritis, con-

52. *Obſides periculi.*] Obſcurus locus; niſi forte hoc ſignificet, ſi quid periculi timeretur a Cœlio, accuſationes illas tanquam obſides vel prædes eſſe. quibus reipublicæ caveretur. *Hotom.* *Obſides periculi*] Pignus & auctoramentum fidei, quam præſtat Cœlius de periculo capitis haud quaquam deprecando, ſi ea ipſe commiſerit, de quibus alios accuſat. Fabius lib. XII. cap. 7. *Creditique ſunt etiam clari juvenes, obſidem reipublicæ dare malorum civium accuſationem, quia nec odiſſe improbos, nec ſimultates provocare, niſi ex fiducia bonæ mentis videbantur.* Abram.

53. *Cum ſuo conjuge & fratre.*] Frequenter in eo jocatur. Pro Domo ſua: *Sed vide, ne tu te debeas Jovem dicere, quòd tu jure eandem ſororem & uxorem appellare poſſis.* Hinc II. ad Atticum bis Clodiam *Βοώπιδα*, cognomento Junonis, appellat. *Idem.*

54. *Eripuiſſe.*] Nimirum legibus effeciſſe ne damnaretur. Octavianus apud Suetonium in ejus vita cap. 56. *Cunctari ſe, ne, ſi ſuperesſet, eriperet legibus reum, ſin deeſſet, deſtituere ac prædamnare amicum exiſtimaretur.* Sed & ſic alibi Cicero. *Gravius.*

55. Hu-

tuitote [i] vobis ante oculos etiam [55] hujus miſeri ſe- i vobis deeſt
tem, qui hoc unico filio nititur, in hujus ſpe re- in MS.
:it, hujus unius caſum pertimeſcit: quem vos ſup-
n veſtræ miſericordiæ, ſervum poteſtatis, abjectum
am ad pedes, quàm [k] ad mores ſenſusque veſtros, k ad ſenſus
ecordatione parentum veſtrorum, vel liberorum ju- veſtros. MS.
itate ſuſtentate: ut in [l] alterius dolore, vel pietati P. B.
ndulgentiæ veſtræ ſerviatis. Nolite, judices, aut hunc l alterutrius
natura ipſâ occidentem, [56] velle maturiùs exſtingui trius Abram.
re veſtro quam ſuo fato: aut hunc nunc primùm
centem, firmata jam ſtirpe virtutis, tamquam turbi-
quo aut ſubita tempeſtate pervertere.
nſervate parenti filium, parentem filio: ne aut ſene- 80
m jam propè deſperatam contempſiſſe, aut adoleſcen-
plenam ſpei maximæ, non modò non aluiſſe vos,
iam perculiſſe atque afflixiſſe videamini. Quem ſi
ois, ſi ſuis, ſi reipublicæ conſervatis, addictum, de- m nobis
a, obſtrictum vobis ac liberis veſtris habebitis: om-
que hujus nervorum ac laborum vos potiſſimùm,
es, fructus uberes diuturnosque capietis.

Hujus miſeri ſenectutem.] Patrem M. Cœlii demonſtrat, qui s & ſordidatus in judicium movendæ miſericordiæ cauſâ ve- *Hetem.*

Velle maturius exſtingui &c.] Id eſt per mortem properatam, e ante diem venit. Ita pro Cæcina c. 4. *Sed hunc fructum à fortuna ademit. nam brevi tempore M. Fulcinius adoleſcens mor-* t. Nepos Chabria c. IV. *Qua res ei maturavit mortem. nam rimus ſtudet portum intrare, & gubernatorem jubet eò dirigere na-* *ipſe ſibi perniciei fuit, &c.* Verburg.

M. TUL-

P. LXIX. # M. TULLII CICERONIS

DE

PROVINCIIS CONSULARIBUS,

ORATIO SEPTIMA ET TRICESIMA.

ARGUMENTUM.

C. Sempronius Gracchus, Tiberii frater, in tribunatu legem tulit, u provinciæ conſulares a ſenatu quotannis decernerentur, & annu tantum eſſet earum adminiſtratio. ex ea lege Cn. Cornelius Lentulus Mar cellinus, L. Philippus Marcius, conſules, retulerunt ad ſenatúm de pro vinciis conſularibus decernendis. eæ tum quattuor erant, de quibus va ria ſententiæ dicta ſunt, Macedonia, cui L. Piſo, Syria, cui A. Ga binius, Galliæ duæ, quibus conjunctis cum imperio præerat C. Cæſa Qui ante Ciceronem ſententiam dixere, id omnes, excepto P. Servilio ſpectabant, ut Cæſari, quem peſſime oderant, vel omnino totum auferre tur imperium, ademptâ utraque Galliâ, vel certe, ulteriore aut cite riore detractâ, minueretur. Contradixit Cicero ſententiam rogatus: Cæſare magnas res gerente, propoſita reipublicæ utilitate, nihil muta dum cenſuit, Piſonem autem & Gabinium, quandoquidem non mo laude dignum nihil gererent, ſed etiam provincias avarè, crudeliter ſuperbè adminiſtrarent, eſſe revocandos. Itum eſt in ejus & P. Serv lii ſententiam: revocati Piſo & Gabinius rediere in urbem, ille Pom pejo & Craſſo, hic, quia longinquior erat, L. Domitio & Ap. Pu chro Coſſ. P. Manutius. [Habita A. V. C. DCXCVII.]

1 I. SI QUIS veſtrûm, patres conſcripti, exſp ctat, quas ſim provincias decreturus, co ſideret ipſe ſecum, qui mihi homines[1] provinciis potiſſimùm detrahendi ſint: n dubitabit, quid me ſentire conveniat, cùm quid mihi ſentire neceſſe ſit, cogitarit. Ac, ſi prince

e

1. *EX provinciis potiſſimum detrahendi ſint.*] Lambinus publica *retrahendi ſint*; ſed præter libros profectò & ineptè. iterum loquitur infra capite 8. *Grut.*

2. i

eam ſententiam dicerem; laudaretis profectò. ſi ſolus; certè ignoſceretis. etiam ſi paullo minùs utilis vobis ſententia videretur: veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. Nunc verò, patres conſcripti, non parva afficior voluptate, vel quòd hoc maximè reipublicæ conducit, Syriam Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil à communi utilitate diſſentiat: vel quòd [a] habeo auctorem P. Servilium, qui ante me ſententiam dixit, virum clariſſimum, & cùm in univerſam rempublicam, tum etiam erga meam ſalutem, fide ac benivolentia ſingulari.

Quòd ſi ille & paullo antè, &, [3] quotiescumque ei locus dicendi ac poteſtas fuit, Gabinium & Piſonem, duo reipublicæ portenta ac pænè funera, [a] cùm propter alias cauſas, tum maximè propter illud inſigne ſcelus eorum & importunam in me crudelitatem, non ſolùm ſententiâ ſuâ, ſed etiam verborum gravitate eſſe notandos putavit: quonam me animo in eos eſſe oportet, cujus illi ſalutem pro pignore tradiderunt [4] ad expiandas ſuas cupiditates? Sed ego in hac ſententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ ſerviam. quo animo unusquisque veſtrûm debet eſſe in illos, hoc ero: præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei, quem tamen vos communem ſemper vobis mecum eſſe duxiſtis, à ſententia dicenda amovebo: ad ulciſcendi tempora reſervabo.

2 a tum *MS.* P. B.

II. Qua-

2. *Habeo auctorem.*] *Auctor* dicitur, cujus ſententiam propter conſilium & gravitatem & exiſtimationem rebus egregie geſtis partam ſequimur, non tantum in legibus, verum etiam in ſententiis dicendis: velut in Piſon. *Cn. Pompejo auctore & ejus ſententia principe.* Hotom.

3. *Quotiescunque ei locus dicendi.*] Locus de Piſone & Gabinio dicendi fuit, cum fuit oportunum, & res de qua rogabatur, cum eorum ſcelere fuit aliquo modo connexa: Poteſtas autem, quotiescunque de qualibet re rogatus eſt ſententiam. *Erat enim jus Senatori*, (verba ſunt Atteji Capitonis apud Gellium libro IV. cap. 10. Noct. Attic.) *ut ſententiam rogatus diceret ante quicquid vellet alius rei, & quoad vellet.* Vide ibidem exemplum Catonis Uticenſis, qui *eximebat dicendo diem*, & apud alios Catonis Cenſorii, qui, quotiescunque de ulla re conſulebatur, *Cenſebat præterea Carthaginem eſſe delendam.* Abram.

4. *Ad expiandas ſuas cupiditates.*] Coactus ſum obedire omnibus antiquitus cuſis & ſeptem Pall. in quibus iſthæc ſcriptura, niſi quod octavus haberet *expediendas*, ſuperſcriptum verò à gloſſatore *purgandas.* recentius cuſi obtruſere nobis, *ad explendas.* quod neque exſtare in Erfurd. aut S. Vict. fidem facit nota Gulielmii. *Gruter.*

5. *Le-*

cùm clauſula non invenitur, fugit aliquis è manibus: deinde 32 ſcabilla concrepant, aulæum tollitur.

66 XXVIII. QUÆRO enim, cur Licinium titubantem, hæſitantem, cedentem, fugere conantem, mulieraria manus iſta de manibus emiſerit: cur non e comprehenderint: 33 cur non ipſius confeſſione, multorum oculis, facinoris denique voce, tanti ſceleris crimen expreſſerint? an timebant, ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent? Nullum argumentum in re, nulla ſuſpicio in cauſa, nullus exitus criminis reperietur. Itaque hæc cauſa, ab argumentis, à conjectura, ab iis ſignis, quibus veritas illuſtrari ſolet, ad teſtes tota traducta eſt. quos quidem ego teſtes, judices, non modò ſine ullo timore, ſed etiam cum aliqua ſpe delectationis exſpecto.

e prehend. MS.

67 Prægeſtit animus jam videre, primùm lautos juvenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares, deinde fortes viros, ab imperatrice in inſidiis atque in præſidio balnearum locatos. ex quibus requiram, quonam modo latuerint, aut ubi. alveusne ille, an equus Trojanus, fuerit, qui tot invictos viros, muliebre bellum gerentes, tulerit ac texerit. Illud verò reſpondere cogam, cur tot viri ac tales hunc & unum & tam imbecillum, quàm videtis, non aut ſtantem comprehenderint, aut fugientem conſecuti ſint. qui ſe numquam profectò, ſi iſtum in locum proceſſerint, explicabunt: quàm volent in conviviis 34 faceti, dicaces,

P. LII.

dis ſe prodebat. Hinc *impudentiſſimus mimus* apud Senecam eſt impudentiſſimum mendacium & ſimulatio. Eſt enim mimus quævis ſimulatio. Senec. Ep. 26. *Numquid ſimulatio fuit & mimus, quicquid contra fortunam jactavi verborum contumacium?* Grævius.

32. *Scabilla concrepant.*] Videantur Pierii Hieroglyphica; & qui commentati ſunt ad Suetonium. *Gruter.* Vide Salmaſium in notis ad Carum, Carinum & Numerium p. 105. & ſequ. ſcabillorum formam in antiqua ſtatua vide apud Rubenium lib. II. de Re Veſtiaria cap. 17. *Græv.*

33. *Cur non ipſius confeſſione, &c.*] Locus hic præclarè reſtitutus eſt, unius litteræ detractione & diſtinctionis additione. nam, cum antea legeretur, *cur non ipſius confeſſione multorum, &c.* ego ſic repoſui, *cur non ipſius confeſſione, multorum oculis &c.* ſine controverſia recte, & Germane, & Ciceroniane. *Lamb.*

34. *Faceti, dicaces.*] Per facetias, opinor, eutrapeliam intelligit, de qua vide Ariſtotelem lib. IV. cap. 8. Ethicorum: ſic apud Xenophontem: Ἀστεῖοι καὶ εὐχάριτες dicuntur II. Cyrop. [illegible] μηχανώμενοι γέλωτα τοῖς ἐνοῦσι μήτε ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κέρδει, μήτ' ἐπὶ ζημίᾳ τ[ῷ] ἀκούοντος, μήτ' ἐπὶ βλάβῃ μηδεμίᾳ. Qui riſum iis,

caces, nonnumquam etiam ad vinum diſerti ſint. alia fori vis eſt, alia triclinii: alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum: non idem judicum [35] comeſſatorumque conſpectus: lux denique longè alia eſt ſolis & lychnorum. Quamobrem excutiemus omnes iſtorum delicias, omnes ineptias, ſi prodierint. [f] ſed, ſi me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis ſe rebus oſtentent: vigeant apud iſtam mulierem venuſtate: dominentur ſumptibus: [36] hæreant, jaceant, deſerviant: capiti vero innocentis & fortunis parcant.

f *ſed non eſt in MS.*

XXIX. At sunt ſervi illi [37] de cognatorum ſententia, nobiliſſimorum & clariſſimorum hominum, manumiſſi. [38] Tandem aliquid invenimus, quod iſta mulier de ſuorum propinquorum, fortiſſimorum virorum, ſententia atque auctoritate feciſſe videatur. Sed ſcire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio: in qua aut crimen eſt Cœlio quæſitum, aut quæſtio ſublevata, aut multarum rerum conſciis ſervis [39] cum cauſa præmium perſolutum. 68

iis, quibuscum verſantur, procurant: neque proprii emolumenti gratiâ, neque ad alterius detrimentum, aut ullum omnino nocumentum. Abram. Vide de εὐτραπελίᾳ doctè & eleganter differentem Fr. Vavaſſorem, virum diſertiſſimum & politiſſimum de ludicra dictione p. 252. & ſequentibus. *Grav.*

35. *Comeſſatorumque conſpectus.*] *Conſeſſus* eſt in vetere libro, pro *conſpectus.* Urſin.

36. *Hæreant, jaceant, deſerviant.*] Pro *Jaceant* Pantagathus legebat, *teneant*, aliquanto, ut videtur, meliore ſententia. *Idem.*

37. *De cognatorum ſententia manumiſſi.*] Significatur mulieri non licuiſſe ſervos ſine cognatorum ſententia manumittere; manumiſerat autem, ne de iis quæſtio haberetur, quoniam liberi non torquebantur apud Rom. ut apud Athæn. & Cic. in Partit. Ejusdemque rei exemplum exſtat in Milon. & apud Aſcon. in ejuſd. comment. *Hotom.*

38. *Tandem aliquid invenimus, quod &c. feciſſe videatur.*] Debetur hæc emendatio Pall. Erf. Gembl. vulgata inficetè, *inveniemus quod &c. feciſſe dicatur.* Grut.

39. *Cum cauſſa.*] Cauſſa videbatur hæc, quia Cœlianum facinus ad dominam detuliſſent: ſed alia cauſſa erat, nempe, ut multarum rerum conſciis præmium perſolveretur. Animadvertendum loquendi genus, *cum cauſſa*, pro, per ſpeciem, per ſimilitudinem: quod in orat. pro Domo dixit: *Cum tu in annonæ caritate, in conſules, in ſenatum, in bona fortunasque locupletum, per cauſſam inopum atque imperitorum, repentinos impetus comparares. Per cauſſam*, id eſt, *cum cauſſa:* quaſi plebis infimæ inopiam ſublevare velles. Et hujus lib. II. *Per cauſſam renovati ab Æquis belli.* Lib. IV. *Ut per cauſſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret a tergo agmen.* Suetonius in

 Otho-

ſtrùm hoc non audivit, quis ignorat, Achæos ingentem
pecuniam pendere L. Piſoni quotannis? vectigal ac por-
torium Dyrrhachinorum totum in hujus unius quæſtum
eſſe converſum? urbem Byzantiorum, vobis atque huic
imperio fideliſſimam, hoſtilem in modum eſſe vexatam?
quò ille, poſteaquam nihil exprimere ab egentibus, nihil
ulla vi à miſeris extorquere potuit, cohortes in hiberna
miſit: his præpoſuit, quos putavit fore diligentiſſimos ſa-
6 tellites ſcelerum, miniſtros cupiditatum ſuarum. Omitto
[11] juriſdictionem in libera civitate contra leges ſenatuſ-
que conſulta: [12] cædes relinquo, libidines prætereo: qua-
rum acerbiſſimum extat indicium, & ad inſignem memo-
riam turpitudinis, & pænè ad juſtum imperii noſtri odium,
quòd conſtat, nobiliſſimas virgines ſe in puteos abjeciſſe,
& morte voluntaria [f] neceſſariam turpitudinem depuliſſe.
Nec hæc idcirco omitto, quòd non graviſſima ſint, ſed
quia nunc ſine teſte dico.

[f] *alii* nefariam.

IV. Ipsam verò urbem Byzantiorum fuiſſe [13] re-
fertiſſimam atque ornatiſſimam ſignis, quis ignorat? qui
illi, exhauſti ſumptibus belliſque maximis, cùm Mithri-
daticos impetus totumque Pontum armatum, efferveſcen-
tem in Aſiam atque erumpentem, [g] ægrè repulſum
& cervicibus interclusum ſuis, ſuſtinerent, tum, inquam,
Byzantii, & poſtea ſigna illa & reliqua urbis ornamenta,
7 ſanctiſſimè cuſtodita, tenuerunt. Te imperatore infeliciſ-
ſimo & teterrimo, Cæſonine Calventi, civitas libera &

P. B.

[g] ore *MS.* ægre ore *alius MS.*

pro-

11. *Juriſdictionem in liberis civitatibus.*] Legem tulerat Julius Cæſar in conſulatu, ut populi liberi vere eſſent liberi, ut dicitur in Piſonem, id eſt, ne præſides provinciarum eos ſuis legibus vivere, juſque ſuis ipſorum moribus dicere permitterent. at Piſo ſtatim atque attigit provinciam in Achaja & Byzantio jus dixit. *Abram.*

12. *Cædes relinquo.*] De cæde Platoris, vel, ut alibi legitur, Platonis legati, quem Piſo in vincula conjecit, & medicum intromiſit ſuum, qui legato, ſocio, amico, libero fœdiſſime & crudeliſſime venas incideret. vide orat. de Haruſp. Reſp. cap. 16. in Piſonem cap. 34. De nece Pleurati & Rabocenti ibid. De libidinibus minime res eſt obſcura. vereor tamen ut plus quàm veritas patiatur exaggeret. Siquidem in Piſon. cap. 25. præſente Piſone tam inſignem turpitudinem ſtrictim obiterque tranſcurrit: *Evertiſti miſeras civitates, quæ non ſolum bonis ſunt exhauſtæ, ſed etiam nefarias libidinum contumelias turpitudineſque ſubierunt.* Idem.

13. *Refertiſſimam ſignis.*] Græcarum omnium civitatum ſtudium, in ſignis & ſimulacris Deorum fingendis, ſummum ac præcipuum fuiſſe planiſſime ex Verr. vi. intelligitur. *Hotom.*

14. Qui

proximis ſuis beneficiis à ſenatu & à populo Romano liberata, ſic ſpoliata atque nudata eſt, ut, niſi C. [h] Virgilius, legatus, vir fortis & innocens, interveniſſet, unum ſignum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaja, [14] qui locus aut lucus in Græcia tota tam ſanctus fuit, in quo ullum ſimulacrum, ullum ornamentum reliquum ſit? Emiſti à fœdiſſimo tribuno plebis, tum in illo naufragio hujus urbis, [15] quam tu idem, qui gubernare debueras, everteras: tum, inquam, emiſti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos populos contra ſenatusconſultum & [16] contra legem generi tui dicere liceret. id emptum ita vendidiſti, ut aut jus non diceres, aut bonis cives Romanos everteres.

[17] Quorum ego nihil nunc, patres conſcripti, in homi- 8
nem

[h] *alii* Virginius.

14. *Qui locus aut lucus.*] Vehemens & acris percunctatio, quæ ſacrilegiorum Piſonis multitudinem oſtendit. In quo mireris illam paronomaſiam, *lucus aut locus*, quæ ad amœnitatem ſolet adhiberi, vim etiam & impetum quendam habere. Ut quod in Sapphone poëtria notavit Phalereus, eam figuras & geminationes, quæ ceteris ad vim inſerviunt, ad ſuavitatem amœnitatemque traducere, in Cicerone contrarium mirari poſſimus. Alluſio autem eſt non infrequens. Pro C. Rabirio perd. reo 7: *Niſi forte de locis religioſis ac de lucis, quos ab hoc violatos eſſe dixiſti, pluribus verbis tibi reſpondendum putas.* Apulejus initio primi Floridorum: *Religioſis viantium moris eſt, cum aliquis lucus aut aliquis locus ſanctus in via oblatus eſt, votum poſtulare, donum apponere, paulisper aſſidere.* Luci fuerunt nemora Diis conſecrata. ut Æneidos: Lib. IX. vſ. 85.

Pinea ſilva mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit ſumma, quo ſacra ferebant
Nigranti picea trabibusque obſcurus acernis.

Tibullus lib. III. Eleg. 3:

Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos. Abram.

15. *Cum tu idem, qui gubernare debueras, everteras.*] Videtur melius eſſe in Manuſcripto, *Quam tu idem, qui gubernare debueras, everteras.* Urſin.

16. *Contra legem generi tui.*] C. Cæſaris. in Piſonem: *Obtinuiſti provinciam conſularem finibus iis, quos lex cupiditatis tua, non quos lex generi tui pepigerat.* nam lege Cæſaris juſtiſſima atque optima populi liberi plane & vere erant liberi: lege autem ea, quam nemo legem præter te & collegam tuum putavit, omnis erat tibi Achaja, Theſſalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta. *P. Manut.*

17. *Quorum ego nihil nunc, P. C. in hominem ipſum: de provincia &c.*] Reſtitui hunc locum ex Pal. nono. nec abit S. Vict. niſi quod adhuc habeat *dico.* vulgata enim, *nihil dico nunc, P. C. hominem ipſum relinquo: de prov.* inepte. *Grut.*

nem ipſum; de provincia diſputo. Itaque omnia illa, quæ & ſæpe audiſtis, & tenetis animis, etiam ſi non audiatis, prætermitto: nihil de hac ejus urbana, quam ille præſens in oculis veſtris mentibusque defixit, audacia loquor: nihil de ſuperbia, nihil de [18] contumacia, nihil de [19] crudelitate diſputo. lateant libidines ejus illæ tenebricoſæ, quas [20] fronte & ſupercilio, non pudore & temperantiâ contegebat: de provinciâ, quod agitur, id diſputo. [21] Huic vos non ſummittetis? hunc diutiùs manere patiemini? cujus, ut provinciam tetigit, ſic fortuna cum improbi-
P. LXXI. tate certavit, ut nemo poſſet, [22] utrùm poſterior an infelicior eſſet, judicare.

9 An verò in Syria diutius eſt Semiramis illa retinenda? cujus iter in provinciam fuit ejusmodi, ut rex Ariobarzanes conſulem veſtrum ad cædem faciendam, [23] tamquam aliquem Threcem conduceret. Deinde adventus in Syriam pri-

18. *Contumacia.*] Ut cum Gabinio, Clodii partes deſerente, Piſo contumax adeo fuit, ut noluerit deſciſcere. Pro Domo ſua: *Poſtea fregit fœdus Gabinius: Piſo tamen in fide manſit.* vide Piſon. c. 12. *Abram.*

19. *Crudelitate.*] Ut cum *vexabatur uxor mea, liberi ad necem quærebantur, gener & Piſo gener à Piſonis Conſulis pedibus ſupplex rejiciebatur.* pro Sextio. vide Piſonianam c. 8. pro Domo ſua c. 23, & 24. *Idem.*

20. *Fronte & ſupercilio.*] Gravitatem & triſtitiam vultûs Piſonis Cicero multis locis exagitat, velut in illo: *cujus ſupercilio tanquam Atlante cœlum niti videbatur.* Pro Domo, præter ſimulatam verſutamque triſtitiam nihil commendarat. *Hotom.*

21. *Huic vos non ſummittetis.*] Vetus liber *ſucceſſorem mittetis* pro *ſummittetis.* Urſin. *Huic vos non ſubmittetis? hunc diutius &c.*] S. Victoris non agnoſcit negativam, quod placebat Gulielmio: etſi ſciret *ſubmittere* etiam extendi ad miſſionem ſucceſſoris. verùm cùm illud non exſtet in Pall. id mutarim cum quarto in *num.* certè orationis numeri tale quid requirunt. *Gruter.*

22. *Utrum poſterior, an infelicior &c.*] Auſus ſum locum ſuum dare voci iſti, quòd exiſteret in olim editis, in Pall. in Ahalæ ſcripto, neque minus quadraret, quam ſuppoſitum illud *deterior.* nam Lambini *protervior* conjecturam ejus ſapit. conſulatur Turnebus lib. xx. cap. 9. *Idem.*

23. *Tanquam aliquem Thracem.*] Gladiatorum varia fuerunt nomina, Thraces, Mirmillones, Samnites, Provocatores, Retiarii. Cic. Phil. VI. & Ammian. Sed vir doctiſſ. Juſtus Lipſius hac tota de re copioſè ſcribit & eruditè in libro de Gladiatoribus. *Hotom.* *Thracem aliquem*] Malim legi, *Thracem aliquem.* ut habent libri veteres, quibuscum facit Pompejus Feſtus, his verbis: *Thraces, gladiatores a ſimilitudine parmularum Thraciarum.* Per *Thracem,*

primus, equitatus habuit interitum: poſt conciſæ ſunt optimæ cohortes. Igitur in i Syria, imperatore illo, nihil aliud k actum eſt, niſi pactiones pecuniarum 24 cum tyrannis, deciſiones, direptiones, 25 latrocinia, cædes, cùm palàm populi Romani imperator, inſtructo exercitu, 26 dexteram tendens, non ad laudem milites l hortaretur, ſed omnia ſibi & empta & emenda eſſe m clamaret.

i Syriatti MSS. k neque act. edd. vet. uſque actum Lamb. l hortetur MSS. m clamet iid. MSS.

V. Jam verò 27 publicanos miſeros (me etiam miſerum, illorum ita de me meritorum miſeriis ac dolore) tradidit in ſervitutem Judæis & Syris, nationibus natis ſervituti. Statuit ab initio, & in eo perſeveravit, jus publi-

cum autem hic ſignificari gladiatorem conſtat, ut apud Horat. Epiſt. 18, lib. I. ad imum:

Thrax erit, aut qliteris aget mercede caballum.

Comparabatur *Threx*, ſive *Thrax*, ſive *Thrax* cum mirmillone. Cic. Philipp. VI. de L. Antonio, *Tantumne ſibi ſumſit, quia Myluſis mirmillo Thracem jugulavit, familiarem ſuum?* Omnino, *Threx*, potius ſcribi debet, ſine diphthongo. *Lambinus.*

24. *Cum tyrannis.*] Olim tyranni dicebantur in Græcia homines potentes & opulenti, quos Perſæ *Satrapas* appellabant. Hi cum Gabinio certâ pecuniâ paciſcebantur, ut ipſo agente reges & ſocii populi Rom. a Senatu appellarentur. *Hotom.*

25. *Latrocinia.*] Videri poſſit bis idem dixiſſe, eſt tamen aliqua diverſitas. Nam direptiones ſunt provincialium, latrocinia ſociorum aut etiam gentium exterarum. Sunt enim *latrones, qui injuſtum bellum movent.* l. hoſtes. D. de capt. & poſtlimin. & l. hoſtes de verb. ſignif. *Abram.*

26. *Dexteram tendens.*] Notandus locus: nam adludit ad conſuetudinem illorum, qui in auctionibus, ſi quid liceri vellent, digitum tollebant. Cic. Verr. III. Solebant tamen etiam Imperatores acie inſtructa in cohortandis militibus dexteram tendere, quod ex Sueton. in Cæſare animadverti poteſt. *Hotom.*

27. *Publicanos miſeros.*] Gabinius, ut auctor eſt Joſephus Antiq. Judaicarum lib. XIV, cap. 10, & lib. I. Excidii cap. 6. Alexandrum, Ariſtobuli filium, qui Judæam incurſionibus vexabat, cæſis tribus hominum millibus vicit, & Judæam perluſtrans, *Quotquot inveniebat urbes dirutas ædificari jubebat. atque hoc pacto inſtaurata ſunt Samaria, Azotus, Scythopolis, Arthedon, Raphia, Dora, Mariſſa, Gaza & alia non pauca: idque mandante Gabinio, quarum poſthac habitatio tuta permanſit, cum ante longo tempore deſerta fuiſſent.* Quæ urbium tot & tantarum inſtauratio fieri non potuit, niſi coloniis, quæ ad eas inhabitandas convenirent, immunitatem aliquam proponeret, & vectigales ac ſtipendiarias, cum magno publicanorum, qui vectigalia Judææ redemerant, damno liberaret, quaſi publicanos ipſos Judæis & Syros in ſervitutem addiceret. *Abram.*

blicano non dicere: pactiones ſine ulla injuria factas reſcidit: cuſtodias ſuſtulit: [28] vectigales multos ac ſtipendiarios liberavit: quo in oppido ipſe eſſet, aut quò veniret, ibi publicanum aut publicani ſervum eſſe [n] vetuit. quid multa? crudelis haberetur, ſi in hoſtem animo fuiſſet eo, quo fuit in cives Romanos, ejus ordinis præſertim, qui eſt ſemper, dignitate ſua, benignitate magiſtratûs ſuſtentatus.

n non ſivit *Grav. conj.* neſcivit *MS.*

11 Itaque videtis, patres conſcripti, non [29] temeritate redemptionis, aut negotii gerendi inſcitiâ, ſed avaritiâ, ſuperbiâ, crudelitate Gabinii, pænè afflictos jam atque everſos publicanos: quibus quidem vos, [30] in his anguſtiis ærarii, tamen ſubveniatis neceſſe eſt: etſi jam multis non poteſtis: qui propter illum hoſtem ſenatûs, inimiciſſimum ordinis equeſtris bonorumque omnium, non ſolùm bona, ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderunt: quos non parſimonia, non continentia, non virtus, non labor, non ſplendor tueri potuit contra illius helluonis & prædonis audaciam.

P. B.

Quid?

28. *Vectigales multos ac ſtipendiarios liberavit.*] *Vectigal* aliud certum dicebatur, aliud incertum. *Certum* proprie tributum eſt, unde ſtipendium dari militibus ſolebat. Tacit. lib. xx: *Nam neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt. Incertum*, quod pro fructibus agrorum & paſcuis & portoriis penditur, cujus certus eſſe modus non poteſt. Verr. v. & Juſtin. in §. per traditionem de Rer. Diviſ. *Hotom.*

29. *Temeritate redemptionis.*] Redimere eſt vel opus publicum ſuo periculo faciendum, vel vectigalia colligenda conducere, Gallis *ammodier*. Opus faciendum, ut Horatius:

—— Huc frequens
Cæmenta demittit redemptor.

Martialis lib. XIV.

Puncta notis ilex, & acuta cuſpide clauſa
Sæpe redemptoris prodere furta ſolet.

Vide Verris edictum oratione de Prætura Urbana cap. 55. Fructus, aut alia colligenda, ut fodinas, ſalinas, &c. redimebant, ut Julia lex de cotoriis apud Alphenum: *Ne quis præter redemptorem poſt Idus Martias cotem ex inſula Creta fodito, neve avellito.* Livius lib. XLIII: *Quæ publica vectigalia ultro tributa C. Claudius & Tiberius Sempronius locaſſent, ea rata locatio ne eſſet, de integro locarentur, & ut omnibus redimendi & conducendi promiſcue jus eſſet.* Abram.

30. *In his anguſtiis ærarii.*] *Ærarium* Romæ triplex fuit: duo ſemper clauſa & ad extrema reipublicæ tempora reſervata: tertium, quò vectigalia & tributa inferri ſolebant, apertum ſemper fuit, unde pecuniæ quotidie ab ærarii quæſtoribus ad uſus reipublicæ promebantur. *Hotom.*

31. *Le-*

Quid? qui ſe etiam nunc ſubſidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate ſuſtentant, hos perire o patiemur? An, ſi qui frui publico non potuit per hoſtem, hic tegitur ipſa [31] lege cenſoria: quem is frui non ſinit, qui eſt, etiam ſi non appellatur, hoſtis, huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in provincia diutiùs eum, qui de ſociis cùm hoſtibus, de civibus cum ſociis faciat pactiones: qui hoc etiam ſe pluris eſſe, quàm collegam, putet, quòd ille vos triſtitiâ vultuque deceperit, ipſe numquam ſe minùs, quàm erat, nequàm eſſe ſimularit. Piſo autem alio quodam modo gloriatur, ſe brevi tempore perfeciſſe, ne C. Gabinius unus omnium nequiſſimus exiſtimaretur. 12

o patietur MS.

VI. Hos vos de provinciis, ſi non aliquando deducendi eſſent, deripiendos non putaretis? [32] & has duplices peſtes ſociorum, militum clades, publicanorum ruinas, provinciarum vaſtitates, imperii maculas, teneretis? At iidem vos, anno ſuperiore, hos eoſdem revocabatis, cùm in provincias p jam perveniſſent. quo tempore ſi liberum veſtrum judicium fuiſſet, nec toties dilata res, nec ad extremum è manibus erepta q eſſet, reſtituiſſetis, id quod cupiebatis, veſtram auctoritatem, iis, per quos erat amiſſa, revocatis, & his ipſis præmiis extortis, quæ erant pro ſcelere atque everſione patriæ conſecuti. 13

p jam deeſt in MS.

q eſſet non eſt in MS.

r Qua pœna MSS.

r Quam pœnam ſi tum aliorum opibus, non ſuis, invi- 14

31. *Lege cenſoria.*] *Lex* apud Juriſc. ſæpe pro pactione uſurpatur. *Cenſores* autem quinćto quoque anno auctione conſtituta publicanis vectigalia certis pactionibus locabant. Ea dicebatur *lex cenſoria*, id eſt actio, pactum conventum, contractus cenſorum cum publicanis. *Hotomann.*

32. *Et has duplices peſtes.*] Adverte vim orationis & energiam in nominibus abſtractis & tranſlatis. Peſtifer fuit ſociis Piſo, qui Byzantium hoſtilem in modum vexavit, & alias ſociorum civitates exhauſit. Peſtifer Gabinius, qui de ſociis cum hoſtibus faciat pactiones. Militum clades Piſo, cujus imperio *Milites populi Romani capti, necati, deſerti, diſſipati, incuriâ, fame, morbo, vaſtitate conſumpti.* Item Gabinius: *Cujus adventus in Syriam primus equitatus habuit interitum: poſt conciſa ſunt optima cohortes.* Publicanos uterque bonis evertit. ſupra cap. 4, & 5. Uterque provinciis intulit vaſtitatem. ſupra cap. 2. de Piſone. Gabinius Syriam latrociniis vexari permiſit, educens exercitum e provincia. Uterque imperio maculam & labem inuſſit. Piſo cap. 3. Gabinius Threcis in modum conductus cap. 4. E quibus vides hic eſſe recapitulationem dictorum paucis vocibus comprehenſam. *Abram.*

vitiſſimis vobis, evolarunt: at aliam multo majorem graviorémque ſubierunt. quæ enim homini, in quo aliquis ſi non famæ pudor, at ſupplicii timor eſt, gravior pœna accidere potuit, quàm non credi litteris iis, [33] quæ rem bene geſtam in bello nuntiarent? Hoc ſtatuit ſenatus, cùm frequens ſupplicationem Gabinio denegavit: primùm, P. LXXII. homini, ſceleribus, flagitiis contaminatiſſimo, nihil eſſe credendum: deinde, à proditore atque eo, quem præſentem hoſtem reipublicæ cognoſſet, bene rem geri non potuiſſe: poſtremò, ne deos quidem immortales velle aperiri ſua templa, & ſibi ſupplicari hominis impuriſſimi & ſceleratiſſimi nomine. Itaque ille alter, aut ipſe eſt homo doctus, & à ſuis Græcis ſubtiliùs eruditus, quibuſcum jam [34] in exoſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat: aut amicos habet prudentiores quàm Gabinius, cujus nullæ litteræ perferuntur.

VII. HOSCE IGITUR imperatores habebimus? [35] quorum

33. *Quæ rem bene geſtam in bello nunciarent.*] Quis ita primus odiderit, aut quo jure, nemo eſt, qui palmam ſibi illam directò vindicet, nec Lambino neç Gothofredo in tam ſtudioſa collectione talium quidquam muſſante; quod tamen ab eorum primo, quem ſequutus poſterior, ut etiam Wechelius, factum conjicio. Nam editio Antonii Juntæ habet, *quæ Rempub. bene*, & Victorii Stephanica, *quæ Remb. bene*, ut & mox utraque *bene Rempub. geri*. Hoc ab poſterioribus illis ſtatuo ἀφαίρεσιν pati nunc debuiſſe eodem fato, quo id ipſum paſſus eſt Livius ab ignaris hujus Latini moris in loquendo, quem doctiſſime reſtituit pater libro VIII. cap. 31. *Gron.*

34. *In orcheſtra.*] Spatium in theatro fuit, ubi ſedentes ſenatores, magiſtratus & legati gentium exterarum, disjuncti ab equeſtri ordine & à plebe, fabulas ſpectabant; orcheſtra vero Græcorum cum ſcena conjungebantur, & artifices in ea ſaltabant, unde nomen accepit. *P. Manut.* *In exoſtra helluatur.*] Sic etiam potiſſimi librorum noſtrorum. de qua voce conſulatur Turnebus libro xx. Adverſ. cap. 9. antea erat *orcheſtra*, à conjectura neotericorum. nam edd. vett. *in exedra*. Grut.

35. *Quorum alter non audet nos certiores facere, ne Imperator appelletur.*] *Cur Imperator* Ant. Auguſtinus: ſed, *ut*, reperitur in manuſcriptis libris. *F. Urſinus.* Cur non vult imperator appellari? Imo utraque manu hunc honorem amplecteretur, ſi ſibi perſuadere poſſet, ſenatum eo illum dignaturum eſſe. In Erfurtenſi eſt: *Non audet nos certiores facere, imperatores appelletur.* Nullus dubito Ciceronem ſcripſiſſe: *Non audet nos certiores facere, imperatorne appelletur.* Ipſa ſententia clamat ſic legendum eſſe. Non audet nobis ſignificare, num appellatus ſit imperator ab exercitu, veritus ne irrideatur a ſenatu, & ſupplicatio ei negetur. Fallitur Ma-

um alter non audet nos certiores facere, [36] ne imperator appelletur: alterum, ſi tabellarii non ceſſarint, neeſſe eſt paucis diebus pœniteat audere. cujus amici, ſiqui unt, aut ſi belluæ tam immani tamque tetræ poſſunt lli eſſe amici, hac conſolatione utuntur, etiam T. Alucio ſupplicationem hunc ordinem denegaſſe. [f] Quod ſt primùm diſſimile. res in Sardinia [37] cùm maſtrucatis atrunculis à proprætore una cohorte auxiliaria geſta, & ellum cum maximis Syriæ gentibus, tyrannis, conſulai exercitu imperioque confectum. deinde Albucius, uod à ſenatu petebat, ipſe ſibi in Sardinia antè decreveat. conſtabat enim, [38] Græcum hominem ac levem in

[f] Quid eſt? Pr. Gul.

Manutius cum ait, hoc dici quaſi Piſo timeat imperator appellari, quia ſcelerum ſuorum ſibi ſit conſcius. Non timebat imperator appellari Piſo, ſed timebat ne ſenatus ipſi hoc nomen abnueret, & in litteris ad eum datis id improbaret, ſignificans hoc ei non deberi. *Grav.*

36. *Ne imperator appelletur.*] Bis igitur imperatores appellabantur, primum ab exercitu, deinde, litteris publice miſſis, a ſenatu. Hoc dicit, quaſi Piſo timeat imperator appellari: quia ſcelerum ſuorum ſibi ſit conſcius. *P. Manut.*

37. *Maſtrucatis.*] Fabius 1. Inſtit. cap. 9: *Maſtrugam, quod Sardum eſt, illudens Cicero ex induſtria dixit.* Erat maſtruca Sardorum veſtis. de qua in fragmentis orationis pro Scauro: *Quem purpura regalis non commovit, cum Sardorum maſtruca tentavit?* Vide Plautum Pœnulo actus 5, ſc. 5. Turnebus lib. X. cap. 24: *veſtem ſcorteam, qua peſſime olet, eſſe dicit, qua Sardi utebantur & barbari ſeptentrionales.* Prudentius libro poſteriore in Symmachum:

----- *Templa aurea flammis*
Solvere, maſtrucis proceres veſtire togatos.

Idem Turnebus lib. XX, cap. 9. ſic: *Montani autem in Sardinia quod agrum frumentarium non habebant, latrocinari ſolebant, & campos frumentarios populari. Ii pellibus muſmonum vel muſimonum ſe locabant, proinde maſtrucatos dixit ſcorteis munitos & pellitos.* Laudat Strabonem libro V: *Naſcuntur pilum caprinum pro vellere gerentes ietes, qui muſmones dicuntur. horum pellibus ſe loricant.* Vid. Ælianum lib. XVI. de Animalibus, cap. 34. Varro lib. II. de Re Ruſtica eunte: *Neque non quædam nationes harum caprarum pellibus ſunt ſtita, ut in Getulia & Sardinia.* Abram. *Cum maſtrucatis latrunlis.*] Interpretatio petenda à Turnebo d. c. 9. *Grut.*

38. *Græcum hominem.*] Græcis litteris deditum. nam homo veGræcus in Sardiniam proprætor miſſus non eſſet. Irriſit eum tyricus poëta Lucilius, Latinis verbis Græca miſcentem. Græm te, Albuti, quàm Romanum atque Sabinum, & quæ prærea lib. I. de Fin. a Cicerone recitantur. de eodem in Bruto. *Manut.*

39. *At-*

in ipſa provincia quaſi triumphaſſe. Itaque hanc ej
meritatem ſenatus ſupplicatione denegata notavit.

16 Sed fruatur ſanè hoc ſolatio: atque hanc inſignem
miniam, quoniam uni, præter ſe, inuſta eſt, pute
leviorem: dummodo, cujus exemplo ſe conſolatur
exitum exſpectet: præſertim cùm in Albucio nec P
t hac una MS. libidines, nec audacia Gabinii fuerit; hac tamen
plaga conciderit ignominia ſenatus.

17 39 Atqui duas Gallias qui decernit conſulibus v du
v duob. deeſt. in MS. P. B. hos retinet x ambo: qui autem alteram Galliam,
Syriam, aut Macedoniam, tamen alterum retinet
x ambos alii. utriusque pari ſcelere diſparem conditionem facit.
ciam, inquit, illas prætorias, ut Piſoni & Gabini
cedatur ſtatim. Si hic ſinat. Tum enim 41 tribun
tercedere poterit, nunc non poteſt. Itaque ego
qui nunc conſulibus iis, qui deſignati erunt, Syrian
cedoniamque decerno, decernam eaſdem prætori
& prætores annuas provincias habeant, & eos quà
mùm videamus, quos animo æquo videre non
mus.

VIII. Sed mihi credite: numquam ſuccedetu
niſi cùm 42 ea lege referetur, qua intercedi de p
ciis non licebit. Itaque, hoc tempore amiſſo, ann
integer vobis exſpectandus: quo interjecto, civium
mitas, ſociorum ærumna, ſceleratiſſimorum hor

18 impunitas propagatur. Quòd ſi eſſent illi optimi vi
men ego meâ ſententiâ C. Cæſari ſuccedendum n

39. *Atqui duas Gallias qui decernit.*] Sic ex MSS. Victori
locum conſtituit, conſentiente Erfurtenſi & Pall. P. Ma
alii: *At qui duas Gallias decernit.* In ſequentibus, *conſuli
bus*, in Erfurt. non legitur *duobus*, & poteſt abeſſe. *Gravi*

40. *Faciam, inquit, illas prætorias.*] Ut non conſules, ſ
tores eas obtineant, ac proinde duo Prætores confeſtim
mittantur, itaque Piſo & Gabinius revocentur. *Hotomanu*

41. *Tribunus intercedere.*] Cicero de Legibus III: *Plebes
ſe contra vim auxilii ergo creaſſit, Tribuni ejus ſunto. quodque
hibeſſint, quodque plebem rogaſſint, ratum eſto. ſanctique ſunto*
cedendi formula fuit vox *Veto*. Liv. lib. VI: *Faxo, ne j
iſta Veto, qua nunc continentes collegas noſtros auditis.* Idem.

42. *Ea lege referetur.*] Semproniâ nimirum, nam duæ
leges; Sempronia, ut prætoriarum decreto intercedi licer
ſularium non liceret; & Cornelia, ut, qui provinciam e
obtineret, is imperium tamdiu haberet, quoad in urbem
ſet. *Idem.*

putarem. Qua de re dicam, patres conſcripti, quod ſentio, atque illam interpellationem mei familiariſſimi, qua paullo ante interrupta eſt oratio mea, non pertimeſcam. Negat me vir optimus inimiciorem Gabinio debere eſſe quàm Cæſari. omnem enim illam tempeſtatem, cui ceſſerim, Cæſare impulſore atque adjutore eſſe excitatam. Cui ſi primùm ſic reſpondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei: poſſimne probare, cùm id me facere dicam, quod exemplo fortiſſimorum & clariſſimorum civium facere poſſim? 43 An non Ti. Gracchus (patrem dico, cujus utinam 44 filii ne degeneraſſent à gravitate patria!) tantam laudem eſt adeptus, quòd tribunus plebis ſolus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimiciſſimus & ipſius, & fratris ejus Africani, juravitque in y concione, ſe in gratiam non rediiſſe; ſed alienum ſibi videri dignitate imperii, quò duces eſſent hoſtium, Scipione triumphante, ducti, eòdem ipſum duci, 45 qui triumphaſſet? y contentione *MS.* P. LXXIII.

Quis

43. *An non Tiberius Gracchus.*] Periodum hanc poſteriores editiones diſtraxerant, revocavi hic in ſuum locum, volentibus omnibus mſſ. noſtris, nec non edd. priſcis, etiam Petri Victorii; ne id forte ſibi arroget Lambinus, ut tamen facit. *Gruterus.* Omnes MSS. quos vidi, & omnes editi ante Lambinianam non agnoſcunt τὸ *non*, quod ſine ſubſidio codicum inſeruit Lambinus, quem hic perperam ſequitur Gruterus & omnes recentiores, qui Gruterum expreſſerunt. In ſequente capite veram lectionem repoſuit Gruterus, ubi quoque legebatur in recentioribus: *An non vero M. ille Lepidus*, quod mirum hic ab eo fuiſſe neglectum. Ordinem periodorum, quem reſtituerunt ex vett. MSS. & edd. Lambinus & Gruterus confirmant etiam Erfurt. & Francii. *Grav.*

44. *Filii ne degeneraſſent.*] Satis notum eſt hujus duos fuiſſe filios, Tiberium & Cajum, homines populares, a ſenatu alienos, qui ſuis conſiliis & legibus pernicioſis rempublicam labefactarunt. *Hotom.* *Filii ne degeneraſſent.*] Tiberius & Cajus, qui, cum a Senatu defeciſſent & degeneraſſent a gravitate paterna, facti populares agrariis & judiciariis legibus, multas ſeditiones in republica concitarunt. Gracchis, ut ait Vellejus lib. II: *Si civilem dignitatis concupiſſent modum, quicquid tumultuando adipiſci geſtierunt, quietis obtuliſſet reſpublica.* Abram.

45. *Qui triumphaſſet.*] Hic ordo ſententiarum & periodorum integrarum erat perturbatus: ego in ordinem redegi. hoc tantum, præter codicum autem duorum auctoritatem, quâ fretus ordinem vulgatorum immutavi, adjuvit me ratio. Nam exemplum Ti. Gracchi, quemadmodum & M. Lepidi, pertinet ad conſilium inimicitiarum reipublicæ cauſâ ponendarum. Quare

ea

19 Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Craſſus, M. Scaurus. aliine inimici? omnes Metelli. At hi non modò illum inimicum ex Gallia ſententiis ſuis non detrahebant, ſed & propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum geſtum eſt: domitæ ſunt [z] à Cæſare maximæ nationes, ſed nondum legibus, nondum jure certo, nondum ſatis firma pace devinctæ. bellum affectum videmus, &, verè ut dicam, pænè confectum: ſed ita, ut, ſi idem extrema perſequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videamus. ſi ſucceditur: periculum ſit, ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus. Ergo ego ſenator, inimicus, ſi ita vultis, homini; amicus eſſe, ſicut ſemper fui, reipublicæ debeo.
20 Quid, ſi ipſas inimicitias depono reipublicæ cauſâ? quis me tandem jure reprehendat? præſertim cùm ego omnium meorum conſiliorum atque factorum exempla ſemper ex ſummorum hominum factis mihi cenſuerim petenda.

z à *deeſt in MS.*

IX. An [a] verò M. ille Lepidus, qui bis conſul & pontifex maximus[46] fuit, non ſolùm [b] memoriæ teſtimonio, ſed etiam annalium litteris & ſummi poëtæ voce laudatus eſt, quòd cum M. Fulvio collega, quo die cenſor eſt factus, homine inimiciſſimo, [47] in campo ſtatim

a non *alii.*
b memoria & teſt. *alii.*

ea conjunctim legi debent, & locanda ſunt poſt illa, *Quid ſi ipſas inimicitias, &c.* Lambinus.

46. *Pontifex Maximus.*] Pontifices hoc tempore fuere, VIII. majores, VII. minores. Unus fuit olim à Numa rege creatus Maximus, quod maximarum rerum, quæ ad ſacra & religionem pertinebant, judex eſſet & vindex privatorum & magiſtratuum, qui religionum leges non obſervabant. Dionyſ. lib. II. Cic. pro Dom. *Hotom.*

47. *In campo.*] Livius lib. XL: *Comitiis confectis, ut traditum eſt antiquitus, Cenſores in campo ad aram Martis ſellis curulibus conſederant: quo repente principes Senatorum cum agmine venerunt civitatis.* Ubi oratione Qu. Cæcilii Metelli in gratiam redierunt. Quod autem ait Cenſores in Capitolium fuiſſe deductos, eò primum omnium initi magiſtratus officium auſpicaturi ſe conferebant. Plutarchus Quæſtionibus Romanis 98: *Cur Cenſores inito magiſtratu nihil agunt prius quam anſeribus ſacris cibaria & Jovis ſimulacrum miniandum locaverint?* Sed tum de minio, tum de ſacris anſeribus Plinius lib. X. cap. 33. conſulatur. Satis ſit huic loco Cenſores inito magiſtratu primum omnium ſe in Capitolium contuliſſe. Porro *campus* abſolute frequenter uſurpatur pro *campo Martio.* ut in Piſonem, *Sit ſane Domina campi.* Horatius:

..., *His*

tim rediit in gratiam, ut commune officium cenſuræ communi animo ac voluntate defenderent? Atque, ut ve- 21
tera, quæ ſunt innumerabilia, mittam; tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum ſuis inimiciſſimis in gratiam rediit? quibus eum omnibus eadem reſpublica reconciliavit, quæ alienarat.

Multa prætereo, quòd intueor coràm hæc lumina at- 22
que ornamenta [c] reipublicæ P. Servilium & M. Lucullum (utinam etiam L. Lucullus ille [d] viveret!). Quæ fuerunt inimicitiæ graviores in civitate quàm Lucullorum atque Serviliorum? quas in viris fortiſſimis [48] non ſolùm exſtinxit reipublicæ dignitas & ipſorum, ſed etiam ad amicitiam conſuetudinemque traduxit. Quid? Q. Metellus Nepos, nonne conſul in templo Jovis optimi maximi permotus cùm auctoritate veſtra, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, abſens mecum, ſummo [e] ſuo beneficio, rediit in gratiam? An ego poſſum huic eſſe inimicus, cujus litteris, famâ, nuntiis, celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum?

P. B.
c reip. *deeſt in MS.*
d *alii* deſiderat, *alii aliter.*
e ſuo *deeſt in MS.*

Ardeo, mihi credite, patres conſcripti (id quod vosmet 23
de me exiſtimatis, & facitis ipſi) incredibili quodam amore patriæ: qui me amor & ſubvenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis, & rurſum, cùm omnia tela undique eſſe intenta in patriam viderem, ſubi-

. . . . *Hic generoſior*
Deſcendat in campum petitor.

Gellius lib. XII.; cap. 8. de hac ipſa re diſſerens: *Atque illi ubi voce præconis renuntiati ſunt, ibidem in campo ſtatim nondum dimiſſa concione ultro uterque & pati voluntate conjuncti complexique ſunt.* Abram.

48. *Non ſolum extinxit reip. dignitas & ipſorum.*] Franc. *Non ſolum extinxit reipubl. dignitas, ſed etiam quæque ipſorum ad amicitiam.* Erfurt. *Non ſolum extinxit r. p. dignitasque ipſorum, ſed etiam.* Nemo qui hæc accuratius expendet dubitare poterit Ciceronem ſcripſiſſe, ut eſt in Erfurtenſi: *Non ſolum extinxit reſpublica dignitasque ipſorum.* Reip. dignitas non extinxit inimicitias, ſed ipſa reſpub. ut paullo ante: *Quibus eum omnibus eadem reſpublica reconciliavit, quæ alienarat.* Cap. 10: *Cur eadem reſp. quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non poſſit.* Sic ſæpiſſime aliàs & in hac oratione, & alibi loquitur Cicero. Reip. acceſſit ad gratiæ reconciliationem facilius inveniendam, dignitas virorum nobiliſſimorum, quæ non ferebat ut reip. detrimento diutius ſimultates foverent. *Grævius.*

49. *Cùm*

ſubire coëgit atque excipere unum pro univerſis. hic me meus in rempublicam animus priſtinus ac perennis cum
24 G. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam. [f] Quod volent denique homines exiſtiment; nemini ego poſſum eſſe bene de republica merenti non amicus.

f Quid *MS.*

X. Etenim si iis, qui hæc omnia flammâ ac ferro delere voluerunt, non inimicitias ſolùm, ſed etiam bellum indixi atque intuli, [49] cùm partim mihi illorum familiares, partim etiam, me defendente, [g] capitis judiciis eſſent liberati: cur eadem reſpublica, quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non poſſit? Quod mihi odium cum P. Clodio fuit, niſi quòd pernicioſum patriæ civem fore putabam, qui, turpiſſima libidine incenſus, duas res ſanctiſſimas, [50] religionem & pudicitiam, uno ſcelere violaſſet? Num eſt igitur dubium ex iis rebus, quas is egit agitque quotidie, quin ego, in illo oppugnando, reipublicæ plus quàm otio meo; nonnulli, in eodem defendendo, ſuo plus otio quàm communi, proſpexerint?

g capitis *deeſt in MS.*

P. LXXIV.

25 Ego me à C. Cæſare in republica diſſenſiſſe fateor & ſenſiſſe vobiſcum: ſed nunc iiſdem vobis aſſentior, cum quibus anteà ſentiebam. Vos enim, ad quos litteras L. Piſo de ſuis rebus non audet mittere, qui Gabinii litteras inſigni quadam nota atque ignominia nova condemnaſtis, C. Cæſari [h] ſupplicationes decreviſtis, [51] numero, ut

h ſupplicationem *MS.*

49. *Cum partim mihi illorum familiares.*] Nota Syntaxim: *Cum partim illorum mihi familiares*, pro, *cum illi mihi partim familiares.* quod ad rem attinet pro Cœlio, ita loquitur de ipſo Catilina: *Me ipſum, me, inquam, quondam pæne ille decepit, cum & civis mihi bonus, & optimi cujusque cupidus, & firmus amicus, & fidelis videretur*, &c. Abram. Cic. II. de Orat. *Sed eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe voluerunt. Partim* dixerunt veteres, ut *reſtim*, *puppim*, pro partem. In hac autem conſtructione intelligitur *ad* vel *quoad ad.* G. Voſſ. in Ariſtarch. in libro de Conſtructione cap. 64. ubi vide plura. vide & Gell. Noct. Attic. x. 13. *Grav.*

50. *Religionem.*] Sacrificium bonæ Deæ, quod tam caſte ſanctèque celebratur a Virginibus Veſtalibus & matronis, ut etiam maſculorum animalium effigies & ſimulacra velentur. Pudicitiam itaque violavit, conatus cum Pompeja adulterium committere. Religionem ingreſſus habitu tibicinæ ſacrarium ſive opertum bonæ Deæ, quò nefas erat viros accedere, cum in ædibus Cæſaris eidem Deæ ſacra fiebant. *Abram.*

51. *Numero.*] Dierum quindecim, his conſulibus, quibus hæc habita oratio eſt. Cæſar ipſe lib. III. Bell. Gall. in extremo ita ſcrip-

ut nemini [i] uno ex bello, honore, ut omnino nemini. i ullo MSS. & alii.
Cur igitur exſpectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo ampliſſimus, & ordo is, qui eſt & publici conſilii & meorum omnium conſiliorum auctor & princeps. Vos ſequor, patres conſcripti, vobis obtempero, vobis aſſentior: qui, quamdiu C. Cæſaris conſilia in republica non maximè diligebatis, me quoque cum illo minus conjunctum videbatis. poſteaquàm rebus geſtis mentes veſtras voluntateſque mutaſtis, me non ſolùm comitem eſſe ſententiæ veſtræ, ſed etiam laudatorem vidiſtis.

XI. Sed quid eſt, quòd in hac cauſa maximè homines admirentur & reprehendant meum conſilium, cùm ego idem anteà multa [k] decrêrim, quæ magis ad hominis dignitatem quàm ad reipublicæ neceſſitatem pertinerent? [52] Supplicationem quindecim dierum decrevi ſententiâ meâ. Reipublicæ ſatis erat tot dierum, quot C. Mario. Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis. Ergo ille cumulus dierum hominis eſt dignitati tributus. 26
k decreverim alii.

In quo ego ([l] quo conſule referente, primùm decem dierum ſupplicatio decreta Cn. Pompejo, Mithridate interfecto confectoque Mithridatico bello, [m] cujus ſententiâ primùm duplicata eſt ſupplicatio conſularis; mihi enim eſtis aſſenſi, cùm, ejuſdem Pompeji litteris recitatis, confectis 27
l quo deeſt in MS. P. B.
m & cui MS.

ſcripſit: *Ob eas res ex litteris Cæſaris dies quindecim ſupplicatio decreta eſt, quod ante id tempus contigerat nulli.* Biennio autem poſt, rebus aliis additis, iiſque maximis, decreta ei ſupplicatio eſt dierum viginti, L. Domitio Ap. Claudio Coſſ. *P. Manut.*

52. *Supplicationem.*] Duplex genus ſupplicationis fuit. nam vel ante bellum, ad poſcendam Deorum pacem, vel ob victoriam ad gratiam Diis referendam, fuit indicta. Livius lib. XXXI: *Supplicatio inde a Conſulibus in triduum ex S. C. indicta eſt, obſecratique circa omnia pulvinaria Dii, quod bellum cum Philippo populus juſſiſſet, id bene ac fœliciter eveniret.* Vide paulo poſt, & lib. XXXVI. ante bella cum Antiocho & Perſe ſuſcepta ſupplicatio indicta deſcribitur. De ſupplicationibus poſt victoriam indictis plenſ habet auctores. De iis vide Valtrinum lib. VII. de Re Militari Romanorum. Videtur autem populus Romanus coronatus atque in veſte candida ſupplicaſſe. Cato lib. de Re Militari, ut citat Feſtus & Gellius lib. VII, cap. 4. Noct. Attic. *Ut populus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veneat.* De Veſte Candida. Livius lib. XLV: *Cum primo in veſte candida viſi eſſent, quod & gratulantes decebat.* Abram.

53. *Scri-*

fectis omnibus maritimis terreſtribusque bellis, ſup
n XV. MS. tionem dierum [n] duodecim decreviſtis) ſum Cn.Po
ulii decem. virtutem & animi magnitudinem admiratus, quòd,
recte. ipſe ceteris omnibus eſſet omni honore antelatus, an
rem honorem alteri tribuebat quàm ipſe erat conſe
Ergo in illa ſupplicatione, quam ego decrevi, re
tributa eſt diis immortalibus, & majorum inſtituti
o reip. deeſt utilitati [o] reipublicæ: ſed dignitas verborum, honc
in MS. novitas, & numerus dierum, Cæſaris ipſius laudi
riæque conceſſus eſt.

28 Relatum eſt ad nos nuper de ſtipendio exercitûs
decrevi ſolùm, ſed etiam, ut vos decerneretis, labc
multa diſſentientibus reſpondi: [53] ſcribendo affui.
p tuæ MS. quoque homini plus tribui quàm neſcio [p] cui nece
illum enim arbitrabar, etiam ſine hoc ſubſidio pecunia
tinere exercitum prædâ antè partâ & bellum con
poſſe: ſed decus illud & [54] ornamentum triumpl

53. *Scribendo affui.*] Summæ benevolentiæ argumentum
rat, cum ſenator S. C. de alicujus honore ſcribendo quaſi
adeſſet. Cic. ad Catonem ep. 6, lib. xv: *Fuiſſe jucundum*
ſcribendo adfuiſſes: hæc enim S. C. non ignoro ab amiciſſimis ejus
de honore agitur, ſcribi ſolere. Hotom. De hoc loquendi g
vide Briſſon. II. de Formulis. *Grav.*

54. *Ornamentum triumphi.*] Ad triumphi ſplendorem perti
ut quamplurimum in ærarium inferretur. Scipio major in t
pho: *Argenti tulit in ærarium pondo centum millia* XXXIII. i
unum, ut loquimur, millionem, ducenta triginta millia
natorum, ut ait Livius lib. XXX. Vide de ejus fratre A
Livium libro XXXVII. Vide eundem lib. XXXIX. de M.
& Cn. Manlii triumphis, & L. Manlii ovatione. & lib
triumphum Qu. Fulvii Flacci de Celtiberis, & iterum de
ribus. & librum XLV. de Luc. Æmilii Pauli triumpho. ut
nium lib. XXXIII. qui hoc idem teſtatur, & inſuper oſte
cap. quantum fuerit auri diverſis temporibus in ærario. Qu
Cæſaris triumphos ſpectat, audiendus eſt Appianus II. Bel
Civilium: *Pecunias vero in triumphis illatas fuiſſe tradunt* LXV
lia talentûm, coronas aureas bis mille octingentas viginti duas, q
ginti millia octingenta viginti quatuor pondo efficerent. Ad hunc
triumphi ſplendorem pertinuit Donativum, quod triump
militibus dividebant. Vide Livium lib. XXX. de Donativo
cani, lib. XXXIII. de Cn. Cornelii & Qu. Minutii trium
de Quint. Fulvio lib. XL. lib. XLI. de Tiberii Gracchi & L.
humii Albini donativis, lib. XLV. in Pauli triumpho: *Pe*
ſingulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti. Eodem
C. Octavius & Minutius ſua etiam dederunt militi do
Minutum igitur fuiſſet triumphi decus, ſi ſtipendium non

aendum noſtrâ parſimoniâ non putavi. Actum eſt de de-em legatis, quos alii omnino non dabant, alii exempla uærebant, alii tempus differebant, alii ſine ullis verbo-um ornamentis dabant. in ea quoque re ſic ſum locutus, t q omnes intelligerent, me id, quod reipublicæ cauſâ ntirem, facere uberiùs propter ipſius Cæſaris dignita-em.

q omnis MS.

XII. At ego idem nunc in provinciis decernendis, ui illas omnes res egi ſilentio, interpellor: cùm ſuperio-ibus cauſis r hominis ornamenta fuerint, in hac me ni-il aliud, niſi ratio belli, niſi ſumma utilitas reipublicæ noveat. Nam ipſe Cæſar, quid eſt, cur in provincia com-norari velit, niſi ut ea, quæ per eum affecta ſunt, per-ecta reipublicæ ſ tradantur? Amœnitas eum, credo, lo-orum, urbium pulchritudo, hominum nationumque llarum humanitas & lepos, victoriæ cupiditas, finium mperii noſtri t propagatio retinet. Quid illis terris aſpe-ius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? uid porrò tot victoriis præſtabilius? quid Oceano longiùs nveniri poteſt? An reditus in patriam habet aliquam of-enſionem? utrùm apud populum, à quo miſſus; an apud ſenatum, à quo ornatus eſt? an dies auget ejus deſide-rium? an magis oblivionem, ac laurea illa magnis peri-ulis parta, amittit longo intervallo viriditatem? Quare, i qui hominem non diligunt, nihil eſt, quòd eum de pro-rincia devocent. ad gloriam devocant: ad triumphum, d gratulationem, ad ſummum honorem ſenatûs, eque-tris ordinis gratiam, populi caritatem. 29

r hominis deeſt in MS.

ſ tradat MSS. tra-datur MS.

P. LXXV.

t propaga-tor MS.

Sed, ſi ille hac tam eximia fortuna propter utilitatem eipublicæ frui non properat, ut omnia illa conficiat: quid go ſenator facere debeo, quem, etiam ſi ille aliud vel-et, reipublicæ conſulere oporteret? Ego verò ſic intelli-o, patres conſcripti, nos hoc tempore in provinciis de-ernendis, perpetuæ pacis habere oportere rationem. nam uis v hoc non ſentit, omnia alia eſſe nobis vacua ab mni periculo, atque x etiam ab omni ſuſpicione belli? 30

v *ita Vict. alii* hoc tempore.

x etiam ſuſp. MS.

ss Jam-

x ærario erogatum, ſed ex præda & manubiis Cæſar militibus uis ſtipendium ſolvere debuiſſet. Adde quòd, honoris cauſâ, riumphi ſumptus ex ærario ſolebant erogare. Livius lib. XXXIII: *Qu. Minutius Conſul de Liguribus Bojisque Gallis in monte Albano riumphavit. Is triumphus ut loco, & fama rerum geſtarum, & quod umptum non erogatum ex ærario omnes ſciebant, inhonoratior fuit.* ibram.

 ss. Jam-

31 [55] Jamdiu mare videmus illud immenſum, cujus fervore non ſolum maritimi curſus, ſed urbes etiam & viæ militares jam tenebantur, virtute Cn. Pompeji ſic à populo Romano, ab Oceano uſque ad ultimum Pontum, tamquam unum aliquem portum, tutum & clauſum teneri: [56] nationes eas, quæ numero hominum ac multitudine ipſa poterant in provincias noſtras redundare, ita ab eodem eſſe partim reciſas, partim repreſſas, ut Aſia, quæ imperium antea noſtrum terminabat, nunc tribus novis provinciis ipſa cingatur. Poſſum de omni regione, de omni hoſtium genere dicere. nulla gens eſt, quæ non aut ita y ſubacta ſit, ut vix exſtet: aut ita domita, ut quieſcat: aut ita pacata, ut victoria noſtra imperioque lætetur.

P. B. y ſublata *MSS.*

32 XIII. [57] Bellum Gallicum, patres conſcripti, C. Cæſare imperatore geſtum eſt: anteà tantummodò repulſum. ſemper illas nationes noſtri imperatores refutandas potiùs bello quàm laceſſendas putaverunt. Ipſe ille C. Marius, cujus divina atque eximia virtus magnis populi Romani luctibus funeribusque ſubvenit, influentes in Italiam Gallorum [58] maximas copias repreſſit, non ipſe ad eorum urbes ſedesque penetravit. Modo ille meorum laborum, periculorum, conſiliorum [59] ſocius, C. z Pontinius,

z Pomtinius *Grut.*

55. *Jamdiu.*] Ab anno V. C. DCXC. quo Pompejus Mithridaticum bellum confecit, totumque orientem ſuâ victoriâ pacavit, Conſulibus Cicerone & Antonio. *Abram.*

65. *Nationes.*] Ponticos, Cilicas, Cappadocas, Paphlagonas, Syros, Armenos, Judæos, Albanos, Iberos, & alias hujuſmodi. quarum aliæ in fidem æquo fœdere receptæ ſunt, aliæ vectigales & ſtipendiariæ factæ, aliæ redactæ in provinciam. Pro Sextio: *Externa bella regum, gentium, nationum jampridem ita extincta ſunt, ut præclare cum iis agamus, quos pacatos eſſe patiamur.* Idem.

57. *Bellum Gallicum.*] Non eadem eſt ratio Gallorum & gentium ceterarum. Nam ceteras gentes bello laceſſiverunt Romani, & virtute domuerunt: at ante Cæſarem nemo Romanorum imperatorum auſus eſt bello provocare Gallos, ſed bene ſe & præclare rem geſſiſſe putaverunt ſuperiores Imperatores, ſi laceſſiti reſtitiſſent & vim vi repuliſſent. ſolus poſt urbem conditam Cæſar tanta virtute fuit, ut ultro bellum intulerit quieſcentibus, & ad eorum urbes penetrarit. *Idem.*

58. *Maximas copias.*] E trecentis armatorum millibus conflatas, præter mulieres & impuberes, ut ait Plutarchus in Marii vita. *Idem.*

59. *Socius.*] In opprimenda Catilinæ conjuratione. fuit enim pr-

nius, fortiſſimus vir, ortum repentè bellum Allobrogum, atque hac ſcelerata conjuratione excitatum, prœliis ſregit, eosque domuit, qui laceſſierant: & ea victoria contentus, republica metu liberata, quievit. C. Cæſaris longè aliam video fuiſſe rationem. non enim ſibi ſolùm cum iis, quos jam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum eſſe duxit, ſed totàm Galliam in noſtram ditionem eſſe redigendam.

Itaque cum [60] acerrimis nationibus & maximis Germanorum & Helvetiorum prœliis feliciſſimè decertavit: [61] ceteras contrivit, domuit, compulit, imperio populi Romani parere aſſuefecit, &, quas regiones quasque gentes nullæ nobis antea litteræ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noſter imperator, noſterque exercitus & populi Romani arma peragrarunt. [62] Semitam tantum Galliæ tenebamus anteà, patres conſcripti: ceteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè immanibus, & barbaris, & bellicoſis tenebantur, quas nationes nemo umquam fuit, qui non frangi domarique cuperet: nemo ſapienter de republica noſtra cogitavit jam inde à principio hujus 33 P. LXXVI.

prætor Cicerone conſule. poſt præturam in Galliam ulteriorem ivit: rebellantesque Allobroges repreſſit. Dio lib. XXXVII. Liv. epitome lib. CIII. *P. Manut.*

60. *Acerrimis.*] Acerrimi fuerunt Germani quibuscum Cæſar in Gallia dimicavit, de quibus Rex Arioviſtus ita gloriatur apud Cæſarem I commentario de Bello Gallico: *Cum vellet congrederetur, intellecturum quid invicti Germani, exercitatiſſimi in armis, qui intra annos quatuordecim tectum non ſubiiſſent, virtute poſſent.* Et Appianus in Celticis etiam fabuloſe: *Mortis contemptores ob ſpem reſurrectionis, in frigus perinde ferebant ac calorem, & ipſi herbis pro cibo, equi lignis veſcebantur, cum egeſtate premerentur.* Acerrimi Helvetii. Cæſar ipſo commentariorum initio: *Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quod fere quotidianis præliis cum Germanis contendunt.* Abram.

61. *Ceteras contrivit.*] *Conterruit* liber manuſcriptus. *Urſin.* *Ceteras contrivit, domuit, compulit &c.*] Ita collocat Pal. nonus: qui tamen habet *conteruit* præterito antiquo: cui proximè accedunt Gembl. ac Victor. in quibus, *conterruit.* Lambinus ultimum illud mutavit in *contudit.* Grut.

62. *Semitam tantum Galliæ.*] Anguſtam quandam partem Galliarum. Galliam Narbonenſem intelligit, quæ jampridem Domitii Ænobarbi, Fabii Maximi Allobrogis, & aliorum armis in populi Romani ditionem conceſſerat. Semitam Galliæ vocat, quod ea provincia eſſet velut aditus quidam patefactus ad ceteras Galliæ regiones. *Abram.*

jus imperii, quin Galliam maximè timendam huic imperio [a] putaret : ſed propter vim ac multitudinem gentium illarum numquam eſt anteà cum omnibus dimicatum. reſtitimus ſemper laceſſiti. nunc denique eſt perfectum, ut imperii noſtri terrarumque illarum idem eſſet extremum.

a deputaret *MS.*

34 XIV. Alpibus Italiam munierat antè natura, non ſine aliquo divino numine. nam, ſi ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuiſſet, numquam hæc urbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet; quæ jam licet [b] confidant. nihil eſt enim ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod ſit Italiæ pertimeſcendum. Sed tamen una atque altera æſtas, vel metu, vel ſpe, vel pœna, vel præmiis, vel armis, vel legibus poteſt totam Galliam ſempiternis vinculis adſtringere. [63] impolitæ verò res & acerbæ ſi erunt relictæ: quamquam ſunt [c] acciſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renovandum bellum [d] revireſcent.

b confiderunt *MS.*

c *ita Manut.* abſciſſæ *alii.*

d reviridescent *MS.*

35 Quare [64] ſit in ejus tutela Gallia, cujus virtuti, fidei, feli-

63. *Impolitæ res & acerbæ, ſi erunt relictæ, quamquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad revocandum bellum revireſcent.*] *Abſcindi* dicuntur ea, quæ conjuncta disrumpuntur : quod hic non quadrat : itaque malim, *acciſæ*, quam *abſciſſæ*, & apud Virgilium lib. VII. eo verſu:

Non licet amborum populos excindere regum.

ſcriptum eſſe, *excidere*, in Mediceo libro ait Pierius Valerianus, vir de litteris optime meritus. nam *excindo* unde deducatur non video. *P. Manut.* *Impolitæ vero res & acerbæ.*] Imperfectæ & inchoatæ, translatio ducitur ab arboribus, quæ tonſæ repullulant & revireſcunt. Eodem genere translationis uſus eſt Plautus Pœnulo, actu 1, ſc. 1:

Agoraſt. *Placet conſilium.* Milph. *Immo etiam ubi expolivero.*
Magis hoc tum demum dices, nunc etiam rude eſt.

Et paullo durius Aſinaria, actu 2, ſc. 2:

Jam hoc opus eſt exaſciatum. Abram.

Acerbum poni pro rudi, imperfecto, inchoato nullum præter hoc exemplum in ſcriptis antiquorum occurrit. Si ſic Cicero ſcripſit, ut omnes codices præ ſe ferunt, tranſtulit hanc vocem *acerbus* à pomis immaturis, quæ quaſi rudia ſunt & nondum perfecta ad res inchoatas : ſicut & *acerba virgo* eſt immatura, quæ nondum pervenit ad illam perfectionem, ut apta ſit conjugali fœderi. *Græv.*

64. *Sit in ejus tutela Gallia.*] De urbium & provinciarum patronis obiter illud notandum, victores ut plurimum devictarum a ſe gentium fuiſſe patronos. Noſter Officiorum lib. I: *Tantopere*

felicitati commendata eſt. [e] Etenim ſi Fortunæ muneribus ampliſſimis ornatus ſæpius ejus deæ periculum facere nollet, ſi in patriam, ſi ad deos penates, ſi ad eam dignitatem, quam in civitate ſibi propoſitam videt, ſi ad jucundiſſimos [65] liberos, ſi ad clariſſimum generum redire properaret: ſi in Capitolium invehi victor cum illa inſigni [f] laurea geſtiret: ſi denique timeret caſum aliquem, qui illi tantum addere jam non poteſt, quantum auferre: [g] vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, à quo profligata ſunt, confici velle. Cùm verò [h] ille ſuæ gloriæ jampridem, reipublicæ nondum ſatisfecerit, & malit tamen tardiùs ad ſuorum laborum fructus pervenire, quàm non explere ſuſceptum reipublicæ munus: nec imperatorem incenſum ad rempublicam bene gerendam revocare, nec totam Gallici belli rationem, propè jam explicatam, perturbare atque impedire [i] debemus.

e Quia ſi MS.
f laude MSS. & edd. vett.
g nos MS.
h ille gloriæ MS.
P. B.
i debeamus MS.

XV. Nam illa ſententiæ virorum clariſſimorum minimè probandæ ſunt: [k] quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem. qui ulteriorem: omnia illa, de quibus diſſerui paullo antè, perturbat: ſimul oſtendit, [66] eam ſe ſciſcere legem, quam eſſe le- 36

k atque alter MS.

re apud noſtros juſtitia culta eſt, ut hi, qui civitates aut nationes, devictas bello, in fidem cepiſſent, earum patroni eſſent more majorum. Ita Sicilia in Marcellorum tutelam conceſſit. ut noſter Verrina de ſignis docuit c. 41. Sic Allobroges a Q. Fabio Maximo devicti in clientelam Fabiorum venerunt. Appianus II. Civilium: *Allobroges vero dubitantes rem cum Fabio Sanga Allobrogum patrono communicarunt, quemadmodum omnibus civitatibus aliquis eſt in urbe patronus.* Tamdiu igitur retinendum Cæſarem ait in provincia, dum Gallos penitus debellet, iique devicti victoris patrocinium & clientelam implorent. Hunc autem tutelæ honorem mulieribus etiam delatum invenimus; in quodam Pulvenatium decreto, quod refert Briſſonius lib. II. Formularum. quem vide. Sed hæc opinor poſteriora ſunt ævo Ciceronis, moribus ad aſſentationem devolutis. *Abram.*

65. *Liberos.*] Liberos magnam eſſe reditus illecebram notius eſt quam ut probandum eſſe videatur. Liberos habuit unam Juliam nuptam Cn. Pompejo, tamen numero multitudinis dixit. ut & Verrina de prætura urbana: *Ille quod pudicitiam liberorum, hic quod vitam patris famamque ſororis defenderat.* Sempronius Aſellio laudatus apud Gellium lib. II, cap. 13. Noct. Attic. *Liberosque ſuos, eum, quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat, produci juſſit populoque commendavit.* Vide Sextianam cap. 24. Cajus D. de Verb. Signific. *Non eſt ſine liberis, cui vel unus filius unave filia eſt,* &c. Idem.

66. *Eam legem ſciſcere.*] Id eſt, legem Vatiniam probare. Vari-

legem neget: &, quæ pars provinciæ ſit, cui non poſſ intercedi, hanc ſe avellere: [67] quæ defenſorem habeat non tangere: ſimul & illud facit, ut, quod illi à popul datum ſit, id non violet: quod ſenatus dederit, id ſena tor properet auferre.

37 Alter belli Gallici rationem habet: fungitur officio boı ſenatoris: legem, quam non putat, eam quoque ſerva præfinit enim ſucceſſori diem. [68] qui mihi nihil videtı minùs à dignitate diſciplinaque majorum diſſidere, quà: ut, qui conſul Kalendis Jan. habere provinciam debet, ut eam deſponſam, non decretam habere videatur. Fuı

l in ea MS. rit toto in conſulatu l ſine provincia, cui fuerit, antı quàm deſignatus eſſet, provincia decreta. ſortietur, ı non? nam & non ſortiri abſurdum eſt, & quod ſortitı ſis non habere. Proficiſcetur paludatus? quò? quò pe

V

tinius tribunus pl. tulerat, ut Cæſari Ciſalpina Gallia cum Illyı co & tribus legionibus mandaretur, ei denique legendorum ſi legatorum poteſtatem dederat. Hanc legem multi contra auſp cia latam contendebant: quia Bibulus Cos. de cœlo tum ſerv rat, cum Vatinius tribunus pl. leges ſuas ferebat. Ulteriore Galliam ſenatus Cæſari mandaverat. *Hotom.* *Eam legem ſciſcere* Plebis autem eſt legem ſciſcere, populi univerſi jubere. Pro l Flacco 15: *Nullam illi noſtri ſapientiſſimi & ſanctiſſimi viri vim con cionis eſſe voluerunt. Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus juberet ſummota concione, diſtributis partibus, tributim & centuriatim di ſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, auditis auctoribus, re mult dies promulgata & cognita, juberi vetarique voluerunt.* Hinc, ut a Feſtus: *Scita plebei appellantur ea, quæ plebs ſuo ſuffragio, ſine Pı tribus juſſit plebejo magiſtratu rogante.* Abram.

67. *Quæ defenſorem habeat.*] Id eſt, quæ tribunum habeat qu eam in Cæſaris poteſtate retineat. ſignificat citeriorem Galliar quæ a populo mandata fuerat. *Hotom.*

68. *Qui mihi nihil videtur minus à dignitate diſciplinaque majorı diſſidere.*] Ita Pall. omnes, præter nonum, in quo non viſituı *diſciplinaque majorum diſſidere*, habetque, *que*, non *qui*, quod l in S. Vict. qui item deſtituitur illo *diſſidere*. tentant heic P. Mı nutius ac Lambinus, aliter atque aliter, ſed quibus nondur poſſum accedere. *Gruter.* In Erfurt. deſiderantur quoque verba quæ Gruterus in aliis MSS. deſiderari notavit. In eodem legitu *que* pro *qui*. Locus ſane eſt contaminatus. Mihi videtur legen dum, *diſſidere, quum, qui Conſul Kal. Januariis*, &c. Is qui cen ſuit, ulteriorem Galliam Cæſari relinquendam, non minus majorum inſtitutis diſcrepat, cum diem præfinit, qua Cæſari de beat ſuccedere Conſul, qui illam provinciam ſortitus eſt, ni mirum Kal. Martias, qua lege is Conſul per duos menſes care bit ſua provincia, illamque habebit magis deſponſam quàı decretam per illud tempus. *Grav.*

69. D

'enire ante certam diem non licebit. Januario, Februa- m Martiis
io, provinciam non habebit. Kalendis ei denique [m] Mar- *MS.*
ii, naſcetur repentè provincia. Attamen his ſententiis Pi- 38
ɔ in provincia permanebit. Quæ cùm gravia ſunt, tum
ihil gravius illo, quòd [69] multari imperatorem [n] demi- n demuni-
utione provinciæ contumeliosum eſt : neque ſolum tione *MS.*
ımmo in viro ſed etiam mediocri in homine ne acci- *& Gul.*
at providendum.

XVI. EGO VOS intelligo, patres conſcripti, multos ecreviſſe honores eximios C. Cæſari & propè [70] ſingu- ıres, quod ita meritus erat, gratis: ſin etiam, ut quàm P. LXXVII. onjunctiſſimus huic ordini eſſet, ſapientes ac divini fui- tis. Neminem umquam eſt hic ordo complexus honori- ıus & beneficiis ſuis, qui ullam dignitatem præſtabilio- em eâ, quam per vos eſſet adeptus, putarit. nemo um- |uam hîc potuit eſſe princeps, qui maluerit eſſe popula- is. Sed homines aut propter dignitatem ſuam diffiſi ipſi ibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab hujus or- inis conjunctione depulſi, ſæpe ex hoc portu ſe in illos uctus propè neceſſariò contulerunt. qui, ſi ex illa jacta- ione curſuque populari, bene geſta republica referunt dſpectum in curiam, atque huic ampliſſimæ dignitati ommendati eſſe volunt, non modò non repellendi ſunt, erùm etiam expetendi.

Monemur [71] a fortiſſimo viro atque optimo poſt ho- 39
mi-

[69]. *Deminutione.*] Circumſcribere magiſtratum dicebatur Sena- ıs, cum partem vel exercitûs, vel provinciæ, vel poteſtatis limebat. Vide Milonianam 89: *Senatus, credo, Prætorem eum rcumſcripſiſſet.* Id autem fere contumelioſum, ut cum Fabio ictatori poteſtas eſt diminuta, & imperium cum magiſtro equi- ım æquatum: *Omnes eam rogationem, quique Romæ, quique in xercitu erant, æqui atque iniqui, præter ipſum Dictatorem, in contu- eliam ejus latam acceperunt.* Verba ſunt Livii lib. XXII. *Abram.*

[70]. *Singularis; quod ita meritus erat gratis; ſin etiam, ut &c. eſ- t, ſapientes ac divini fuiſtis.*] Hanc lectionem ante triginta an- os produxit Gulielmius in Quæſtionibus Plautinis, Mercato- s cap. v. ex membranis Gembl. ac Turing. quorum auctorita- :m firmat item Pal. nonus. habuit ipſe Janus locum pro inte- rato, at mihi adhuc ſyllaba deeſſe videtur, abſorpta à voce ræcedenti, ſcribendum literâ unâ minus: *ſingulareis; ſi quod ita eritus erat, grati; ſin etiam ut quàm conjunctiſſimus huic ordini eſ- t; ſapientes ac divini fuiſtis;* ſenſu bono & apertiſſimo, hoc eſt erè Ciceroniano. antea legebatur; *ſingulareis, quod ita meritus at; gratis etiam ut &c. eſſet. Sapientes ac divini fuiſtis.* Gruter.

[71]. *A fortiſſimo viro.*] Senatui Marcius Philippus Conſul in-

minum memoriam conſule, ut provideamus, ne citerior Gallia [72] nobis invitis alicui [o] decernatur, poſt eos conſules, qui [p] nunc erunt deſignati: perpetuoque poſthac ab iis, qui hunc ordinem oppugnent, populari ac turbulenta ratione teneatur. [73] Quam ego plagam etſi non [q] contemno, patres conſcripti, præſertim monitus à ſapientiſſimo conſule & diligentiſſimo cuſtode pacis & otii, tamen vehementiùs arbitror pertimeſcendum, ſi hominum clariſſimorum ac potentiſſimorum aut honorem minuero, aut ſtudium erga hunc ordinem repudiaro. nam ut C. Julius omnibus à ſenatu eximiis aut novis [r] rebus ornatus, per manus hanc provinciam tradat ei, cui minimè vos velitis: per quem ordinem ipſe ampliſſimam ſit gloriam conſecutus, [ſ] ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad [t] ſuſpicandum nullo modo poſſum. Poſtremò, quo quiſque animo futurus ſit, neſcio: quid ſperem video. præſtare hoc ſenator debeo, quantum poſſum, ne quis vir clarus, aut potens, huic ordini jure iraſci poſſe videatur. Atque hoc, ſi inimiciſſimus eſſem C. Cæſari, ſentirem tamen reipublicæ cauſâ.

o decern. *deeſt in MS.*
p vicerunt deſign. *id. MS.*
q continuo *MS.*
r honoribus *Lamb.*
ſ ſine libertate *MS.*
t ſuſpicationem *MS.*
P. B.

XVII. SED NON alienum eſſe arbitror, quo minùs ſæpe aut interpeller à nonnullis, [74] aut tacitorum exiſtima-

terfuit. ſupra: *Tuus pater Philippe.* quibus eum præſentem compellat; ut tamen de Lentulo altero Conſule interpretarer induxit me tum epiſtola 6, lib. II. ad Quintum Fratrem: *Conſul eſt egregius Lentulus non impediente collega: ſic, inquam, bonus, ut meliorem non viderim.* tum quòd Philippus erat Cæſari conjunctior, quàm ut eum palam oppugnaret, Juliam enim Cæſaris ſororis filiam, Auguſti matrem habebat uxorem, ut Vellejus, Appianus, &, ut ceteros omittam, ipſe Cicero tradiderunt. *Abram.*

72. *Nobis invitis alicui decernatur.*] Exemplo Vatinii, qui eam Cæſari dedit invito ſenatu. *Decernatur*, aut non proprie Cicero dixit, aut mendoſum eſt. ſubaudiri enim conſtat, a populo, tribunicia lege: cum dicat, *nobis invitis.* at hoc verbum de populo non ſolet uſurpari. decernit enim ſenatus, populus jubet. *P. Manut.*

73. *Quam ego plagam etſi non contemno &c.*] Videtur attendiſſe Gulielmius ſcripturæ Gemblacenſi, in quo *palam*, quod & inveni in Pal. nono. ſed quid heic *pala* iſta velit nondum adſequor. ſubeſſe ei figuratum quippiam video, verùm quale non video. *Gruter.*

74. *Aut tacitorum exiſtimatione.*] Eſt lectio plerorumque Pall. dicerem omnium; ſi nonnulli non præferrent *extimationem*; habentque & Gembl. & S. Vict. Vulgata, *tacita æſtimatio*, quod ne quidem in edd. primis. Palatinus nonus ſolum habet, *aut exiſtimatione*; quod forſan genuinum eſt. *Idem.*

75. C.

matione reprehendar, explicare breviter, quæ mihi ſit ratio & cauſa cum Cæſare. Ac primùm illud tempus familiaritatis & conſuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ [75] C. Varroni, conſobrino noſtro, ab omnium noſtrûm adoleſcentia fuit, prætermitto. Poſteaquàm ſum v penitus in rempublicam ingreſſus, ita diſſenſi ab illo, ut in disjunctione ſententiæ conjuncti tamen x amicitià maneremus.

v penit. delet Lamb.

x amicitiam amaremus MSS.

41 Conſul ille egit eas res, quarum me participem eſſe voluit: quibus ego ſi minùs aſſentiebar, tamen illius mihi judicium gratum eſſe debebat. [76] me ille, ut quinqueviratum acciperem, rogavit: me in tribus ſibi conjunctiſſimis conſularibus eſſe voluit: [77] mihi legationem, quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit. quæ ego omnia non ingrato animo, ſed [78] obſtinatione quadam ſententiæ re-

75. *C. Varroni.*] De Claris Oratoribus ejus meminit, quem locum vide apud Manutium. Hujus etiam meminit in Verrem. Sed non ut doctrina & ingenio, ita moribus fuit probatus. Si quidem, ut narrat Valerius lib. VIII, cap. 2. libidinis habuit commercium cum Octacilia Laterenſi: *Is, cum poſt curulem ædilitatem judex quæſtionis eſſet, mortuus eſt*, inquit Orator, & eam ob cauſſam neque frequens hujus mentio apud Ciceronem, neque pro ingenii ſui claritate ad nominis celebritatem emerſit. *Abram.*

76. *Me ille ut quinqueviratum acciperem, rogavit.*] Ant. Auguſtinus *vigintiviratum* emendat ex hiſtoria, cujus meminit Dio. lib. XXXVIII. Suetonius in Auguſto, Cicero ipſe ep. 11. lib. IX. ad Atticum, cum de Cæſare inquit, *Repudiari ſe totum magis etiam quam olim in XX. viratu putabit: ac ſolet cum ſe purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me ſibi fuiſſe inimicum, ut ne honorem quidem a ſe accipere vellem.* Plane in primo Cæſaris conſulatu creati fuere XX. viri, agro campano æſtimando: ſed videndum eſt, num Quinqueviri quoque creati fuerint agro æſtimato dividendo, atque de iis, non de illis rogarit Tullium Cæſar. *Urſin.* *Quinqueviratum.*] Malim legere, *vigintiviratum*, ut eſt in ep. 6. & 3. lib. II. & in epiſt. 2. lib. IX. ad Attic. & apud Quinctilianum lib. XII. cap. 1. Vellejum lib. II. Suetonius quoque, M. Attium Balbum, ſororis Cæſaris virum, inter vigintiviros agrum Campanum plebi lege Julia diviſiſſe, ſcribit in Auguſto, quare ſi malim, ſex locorum teſtimonio unum corrigi, quam ex uno tria mutari, abſurde mihi facere non videar. *P. Manut.*

77. *Mihi legationem, quam vellem.*] Quam Marcus recuſavit hanc Quinctus frater accepit. Porro legationum non una forma erat: ſed major interdum aut minor legatis poteſtas a præſidibus mandabatur. *Hotom.*

78. *Obſtinatione quadam ſententiæ.*] Ne de meo ſtatu declinarem, quod

repudiavi. quàm ſapienter non diſputo: multis enim non probabo: conſtanter quidem & fortiter certè. qui cùm me firmiſſimis opibus contra ſcelus inimicorum munire & populares impetus populari præſidio propulſare poſſem, quamvis excipere fortunam, ſubire vim atque injuriam malui, quàm aut à veſtris ſanctiſſimis mentibus diffidere, aut de meo ſtatu declinare. Sed non is ſolùm gratus debet eſſe, qui accepit beneficium, verùm etiam is, cui poteſtas accipiendi fuit. [79] Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, & convenire iis rebus, quas geſſeram, non putabam. Illum quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem [y] civem, ſuum generum, ſentiebam.

y civium *Grav.* è *MSS.*

P. LXXVIII.

42 Traduxit ad plebem inimicum meum: ſive iratus mihi, quòd me ſecum ne beneficiis quidem videbat poſſe conjungi: ſive exoratus. Ne [z] hæc quidem fuit injuria. nam poſtea me, ut ſibi eſſem legatus, non ſolùm ſuaſit, verùm etiam rogavit. Ne id quidem accepi: non quò alienum mea dignitate arbitrarer, ſed quòd tantum reipublicæ ſceleris impendere à conſulibus proximis non ſuſpicabar.

z ita *Grav. Grut.* hoc.

XVIII. Ergo adhuc magis eſt mihi verendum, ne mea ſuperbia in illius liberalitate, quàm [a] ne illius injuria in noſtra amicitia reprehendatur. 43 Ecce illa tempeſtas, caligo bonorum, & ſubita atque improviſa formido, tenebræ reipublicæ, ruina atque incendium civitatis, terror injectus Cæſari de ejus actis, metus cædis bonis omnibus: conſulum ſcelus, cupiditas, egeſtas, audacia [80] Si non ſum adju-

a ejus inj. *MS.*

quod infra dicit, aut, ne diſſentirem a vobis: quibus invitis & legem agrariam Cæſar tulerat, & legatos quoque, ſine S. C. lege Vatinia ipſe deligebat. unde in Vatinium: *Age, factum eſt horum aliquid in aliis, raro, ſed tamen factum eſt, ut populus deligeret imperatorem: quis legatos umquam audivit ſine S. C. ante te nemo, poſt continuo fecit idem in duobus prodigiis reipublicæ Clodius.* P. Manut.

79. *Ego illa ornamenta.*] Reddit rationem cur Cæſaris beneficiis uſus non fuerit: quia ipſe, qui ſemper optimatum & ordinis ampliſſimi ſectam ſecutus fuerat, convenire non putabat vitæ anteactæ, ut cum Pompejo, Craſſo & Cæſare ſocietatem coiret contra optimates: & cum tantæ auctoritatis & innocentiæ eſſet, nolebat judicium prætextu legationis declinare. *Abram.*

80. *Si non ſum adjutus, non debui.*] Vulgata *debuit.* ſed contra Pall. Ahalæque librum, item S. Victoris. *Gruterus.* Erfurtenſis tamen, *ſi non ſum adjutus, non debuit.* vere. *Non debuit me juvare*

adjutus: non [b] debui. ſi deſertus: ſibi fortaſſe providit. b debuit MS.
ſi etiam oppugnatus, ut quidam aut putant aut volunt:
violata amicitia eſt, accepi injuriam, inimicus eſſe debui,
non [c] nego. ſed, ſi idem ille tum me ſalvum eſſe voluit, c negabo MS.
cùm vos me ut cariſſimum filium deſiderabatis: & ſi vos
[d] iidem pertinere ad cauſam illam putabatis, voluntatem d idem MS.
C. Cæſaris à ſalute mea non abhorrere: &, ſi illius voluntatis
generum ejus habeo teſtem, qui idem Italiam in municipiis;
populum Romanum in concione; vos, mei ſemper
cupidiſſimos, in Capitolio, ad meam ſalutem incitavit:
ſi denique Cn. Pompejus idem mihi teſtis de voluntate
Cæſaris & ſponſor eſt illi de mea: nonne vobis videor
& ultimi temporis recordatione, & proximi memoriâ,
medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum
natura non poſſem evellere, ex animo quidem certè
excidere? Ego verò, ſi mihi non licet per aliquos ita glo- 44
riari, me dolorem atque inimicitias meas reipublicæ con-
ceſſiſſe, quod magni cujusdam hominis & perſapientis P. B.
videtur: utar hoc, quod non tam ad laudem adipiſcendam,
quàm ad vitandam vituperationem valet, hominem
me eſſe gratum, & non modò tantis beneficiis, ſed etiam
mediocri hominum benivolentia commoveri.

XIX. A viris fortiſſimis & de me optimè meritis
quibusdam peto, ut, ſi ego illos meorum laborum &
incommodorum participes eſſe nolui, ne illi me ſuarum
inimicitiarum ſocium velint eſſe, præſertim cùm mihi
[e] iidem illi conceſſerint, ut etiam acta illa Cæſaris, quæ e idem MS.
neque oppugnavi anteà, neque defendi, meo [f] jam jure f omnia jure MS.
poſſim defendere.

Nam [81] ſummi civitatis viri, quorum ego conſilio rem- 45
pu-

re Cæſar, qui ejus beneficia contemſi, & quia in ejus Conſulatu ab illo diſſenſi, & multa improbavi. Pertinet *debuit* ad Cæſarem, æque, ut in ſequentibus illa verba, *ſibi fortaſſe providit*. Grævius.

81. *Summi civitatis viri.*] M. Catonem præcipue intelligit, qui & Ciceroni præclaram operam navavit in opprimenda conjuratione Catilinæ, & ei, ut ſuſpicari libet, auctor fuit, ne ſe Pompeio, Craſſo, Cæſari conjungeret, & Cæſaris leges jure latas negabat, & tamen præ ceteris Clodium vere Tribunum plebis fuiſſe, & quascunque leges tuliſſet, quantumvis injuſtas, jure latas fuiſſe contendebat: quia videlicet, ſi tribunatus Clodii reſcinderetur, reſciſſa fuiſſet etiam illa Clodii rogatio, qua rogatione Cato Prætoris nomine miſſus eſt in Inſulam Cyprum ad as-

publicam conſervavi, & quorum auctoritate illam conjunctionem Cæſaris defugi, Julias leges & ceteras, illo conſule, rogatas, jure latas negant. iidem illam proſcriptionem capitis mei, contra ſalutem reipublicæ, ſed ſalvis auſpiciis rogatam eſſe dicebant. [82] Itaque vir ſumma auctoritate, ſummâ eloquentiâ, dixit graviter, caſum illum meum funus eſſe reipublicæ, ſed funus juſtum & indictum. mihi ipſi omnino perhonorificum, diſceſſum meum funus dici reipublicæ. Reliqua non reprehendo: ſed mihi ad id, quod ſentio, aſſumo. nam, ſi illud jure rogatum dicere auſi ſunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cælo ſervarat: oblitine erant, tum, cùm ille, qui id egerat, plebejus eſt lege curiata factus, dici de cælo eſſe ſervatum? qui ſi plebejus omnino eſſe non potuit, quî tribunus plebis potuit eſſe? &, [83] cujus tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt, g quod irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe: ejus non ſolùm tribunatus, ſed etiam perniciosiſſimæ res, auſpiciorum religione conſervata, jure latæ videbuntur?

g quod non irr. *Lamb.*

46 Quare aut vobis ſtatuendum eſt, legem Æliam manere, [84] legem Fuſiam non eſſe abrogatam, non omnibus faſtis

le-

aſportandas pecunias Regis Ptolemæi, & faciendam bonorum ejus auctionem. *Abram.*

82. *Itaque vir ſumma auctoritate.*] Quis iſte fuerit mihi non liquet. Cato certe non fuit, qui tum aberat, cum ageretur de reditu Ciceronis. Bibulum, Luc. Domitium, duos Lentulos non indiſertos fuiſſe prædicat, lib. de Claris Oratoribus, ſed M. Marcellum eloquentiâ longe ceteris anteponit; qui & Prætor erat cum agebatur de reditu Ciceronis, & conabatur acta Cæſaris reſcindere: ut ex Suetonio conſtat. *Idem.*

83. *Cujus tribunatus ſi ratus eſt.*] Emendo, *ſi ratus non eſt*, libris omnibus invitis non tantum: verum etiam in verbis proximis ita legendum cenſeo, ut Lambinus animadvertit: *Nihil eſt quod ratum ex actis Cæſaris poſſit eſſe.* Et hoc amplius, pro illis verbis: *Auſpiciorum religione conſervata*, ſcribendum arbitror, *Non ſervata.* *In pari cauſa*, inquit, *paria jura ſtatuenda ſunt.* Si Cæſaris acta idcirco irrita eſſe non debent, quia tum de cœlo ſervatum eſt, neque auſpiciorum religio ſervata eſt (ut Bibulus contendebat) neque etiam adoptio & tribunatus P. Clodii irritus fuiſſe judicandus eſt, cum eodem die de cœlo ſervatum ſit, nec in illa traductione auſpiciorum religio ſervata ſit. *Hotom.*

84. *Legem Fuſiam.*] Ne omnibus faſtis diebus legem ferri liceret. nam Clodius legem tulerat contrariam, ut omnes dies faſti comitiales eſſent, cum antea comitialibus omnibus legem ferri liceret, non omnes autem faſti utique comitiales eſſent. Qui autem dies faſti ſint & nefaſti vide in Com. verb. Jur. *Idem.*

85. De

legem ferri licere: cùm lex feratur, [85] de cælo ſervari, P. LXXIX.
obnuntiari, intercedi licere: cenſorium judicium ac [86] notionem, [87] & illud morum ſeveriſſimum magiſterium, non eſſe nefariis legibus de civitate ſublatum: ſi patricius tribunus plebis fuerit, contra leges ſacratas: ſi plebejus, contra auſpicia fuiſſe: aut mihi concedant homines oportet, [h] aut in rebus bonis non exquirere jura ea, quæ ipſi in perditis non [i] exquirunt, præſertim cùm ab illis [k] aliquoties conditio C. Cæſari lata ſit, ut easdem res alio modo ferret: qua conditione auſpicia requirebant, leges comprobabant: in Clodio auſpiciorum ratio ſit eadem, leges omnes ſint everſæ ac perditæ civitatis.

h aut *delet Manut.* aut rebus *MS.*
i exquirant *MS.*
k aliquotiens *MS.*

XX. EXTREMUM illud eſt. [l] ego, ſi eſſent inimici- 47
tiæ mihi cum C. Cæſare, tamen hoc tempore reipùblicæ conſulere, inimicitias in aliud tempus reſervare deberem. poſſem etiam ſummorum virorum exemplo inimicitias reipublicæ cauſâ deponere: ſed, cum inimicitiæ fuerint numquam; opinio injuriæ beneficio ſit exſtincta: ſententia mea, patres conſcripti, ſi dignitas agitur C. Cæſaris, homini tribuam: ſi honos quidam, ſenatûs concordiæ conſulam: ſi auctoritas decretorum veſtrorum, conſtantiam ordinis in eodem ornando imperatore ſervabo: ſi perpetua ratio Gallici belli, reipublicæ providebo: ſi aliquod meum privatum officium, me non ingratum eſſe præſtabo. Atque hoc velim probare omnibus, patres conſcri-

l Cum ego *MS.*

85. *De cælo ſervari, obnunciari, intercedi licere.*] Quæ ſuſtulit Clodius ut, cum vellet legem, nullo impediente, ferre poſſet. quamquam de interceſſione ſublata nusquam legi: nec ſublatam tribuniciam interceſſionem a tribuno pl. crederem, niſi adderetur, *cum lex feratur.* ita Clodius populo cavit, non ſenatui, cum intercedi S. C. poſſet, legibus non poſſet. *P. Manut.*

86. *Notionem.*] Vox ſæpe adhibita non tantum ubi de Cenſoribus ſermo, quomodo ſæpe apud Tullium, ſed etiam ubi de aliis magiſtratibus. Eam Livio reſtituit vir ſummus J. F. Gronovius, lib. XXVII. c. 25. *Ad cenſores, non ad ſenatum, notionem de eo pertinere.* Hinc merito filius ejus Jacobus Gronovius ridet Oiſelii ſtupiditatem ad Gell. XVII, 18. reſtituentis pro *notiones cenſorias, notas* vel *notationes.* Tantum ſanè intereſt inter *notas* & *notiones*, quantum inter cauſſæ cognitionem & rei condemnationem. *Verburg.*

87. *Et illud morum ſeveriſſimum magiſterium.*] Reſtat & iſtud in Pal. nono & Turing. item S. Victor. expreſſitque Petrus Victorius. Vulgata, *& illum morem ſeveriſſimum magiſtratuum.* Gruter.

ſcripti: ſed leviſſimè feram, ſi fortè aut iis minùs probaro, [m] qui meum inimicum, repugnante veſtra auctoritate, texerunt: aut iis, ſi qui meum cum inimico ſuo reditum in gratiam vituperabunt, cùm ipſi & cum meo, & cum ſuo inimico in gratiam non dubitarint redire.

m *alii* ſi qui.

P. LV.

M. TULLII CICERONIS PRO L. CORNELIO BALBO, ORATIO OCTAVA ET TRICESIMA.

ARGUMENTUM.

L. Gellius, Cn. Cornelius conſules legem ex Senatùs ſententia tulerunt, ut cives Romani eſſent ii, quos Cn. Pompejus imperator, magnis in Hiſpania rebus geſtis, de conſilii ſententia ſigillatim civitate donaſſet. ex ea lege Pompejus L. Cornelium Balbum, cujus virtutem ac fidem in eo bello cognoverat, civitatis jure donavit. id accuſator irritum eſſe dicebat, quoniam ex fœderato populo nemo poſſet, niſi is populus fundus factus eſſet, in civitatem Romanam venire: Gaditanum pòpulum, cum Balbus civitate donaretur, fundum factum non eſſe: ergo donationem illam ratam eſſe non poſſe. Tota cauſſa pendet a fœdere, id eſt ab interpretatione eorum verborum, ut populus fundus fieret. aliter enim accuſator, aliter ea Cicero interpretabatur: accuſator ſic, fundum fieri populum, cum auctor eſſet ejus rei, quam alienaret: Cicero, cum acciperet unam pluresve leges Romæ latas, ut iis legibus in poſterum, aeque ac populus Romanus, uteretur, & in populo fœderato, tanquam in aliquo fundo, leges ea reſiderent. P. Manutius. [Habita A. V. C. DCXCVII.]

I. I. [1] SI AUCTORITATES patronorum in judiciis valerent, ab ampliſſimis viris [2] L. Cornelii cauſa defenſa eſt: ſi uſus, à peritiſſimis: ſi ingenia, ab eloquentiſſimis: ſi ſtudia, ab amiciſſimis, & cùm beneficiis

1. *SI auctoritates &c.*] Hanc Veneti orationem collocatam habent poſt ſequentem de Provinciis Coſſ. quod & ipſum indicandum putavimus. *Camerar.*

2. *L. Cornelii cauſa.*] Eſt hic Balbus major procurator Cæſaris, qui

ciis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate conjunctis. Quæ ſunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantam vos in me eſſe voluiſtis, uſus mediocris, ingenii minimè voluntati paris. [3] nam ceteris, à quibus eſt defenſus, hunc debere plurimum video: ego, quantum ei debeam, [a] alio loco.

a oſtendam alio *alii*.

[4] Principio orationis hoc oppono, me omnibus, qui amici fuerint ſaluti & dignitati meæ, ſi minùs referendâ gratiâ ſatisfacere potuerim, at prædicandâ & habendâ certè ſatis eſſe facturum. Quæ fuerit heſterno die Cn. Pompeji gravitas in dicendo, judices, quæ facultas, quæ copia, non opinione tacita veſtrorum animorum, ſed perſpicua admiratione declarari videbatur. nihil enim umquam audivi, quod mihi de jure [5] ſubtiliùs dici videretur, [6] nihil de memoria, de more, de exemplis [b] acutiùs, nihil pe- 2

b acut. *deeſt in MS.*

qui apud eum gratiâ plurimum valuit, & conſulatum Auguſto imperante geſſit. ejus fratris filius, Balbus minor, de Garamantibus triumphavit, auctore Plinio lib. V. cap. 5. lib. VII. cap. 37. Strabone lib. III. Solino cap. 42. cum quibus faſti Capitolini conſentiunt. *P. Manut.*

3. *Nam ceteris &c.*] Hotomanus lib. II. Obſerv. cap. 20. lacunam heic aliquam putat. & certè oratio non cohæret. *Grut.*

4. *Principio orationis hoc oppono.*] *Pono* Ant. Auguſtinus. *Urſin.*

5. *Subtilius.*] Subtiliter & acute non idem ſunt, quod hic locus oſtendit. nam cum Pompeji diverſæ virtutes commemorentur ſeptem: de prima ſubtilius, de ſecunda dicitur acutius. eſt autem ſubtilitas orationis, quæ ſingula perſequitur, nihil ut res ea, quæ agitur, deſiderare poſſit. quæ maxime virtus in diſputando requiritur. lib. II. Offic. *Alia eſt illa, cum veritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas.* Acad. I. *Zeno, cum Arceſilam anteiret, & peracute moveretur, corrigere conatus eſt diſciplinam.* P. Manut.

6. *Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius.*] Locus hic varie legitur in libris manuſcriptis: ſed in meo, etſi non omnino emendate, minus tamen mendoſe, ſic: *Nihil majore memoria: de exemplis acutius.* ut inde verior aliqua lectio elici poſſit. *Urſin.* *Nihil de memoria, de more, de exemplis.*) Nihil variant Pall. præter nonum, in quo, *nihil de memoria majore exemplis.* Lambinus emendavit, *nihil de more majorum, de exemplis.* non male, ſi conjecturæ recipiendæ in contextum. quid enim ſi contendam, Tullium ſcripſiſſe *de memoria majorum &c.* quid ſi alius aliter? *Gruter.* Erfurtenſis etiam Lambini conjecturam firmat. in quo itidem legitur, *nihil de memoria, de majore.* Plane aſſentior Manutio, *de memoria* non eſſe a Ciceronis manu, ſed natum ex lectione, *de more majorum*, quam librarii corruperant. Id quod oſtendit varietas lectionis, cum in nonnullis legatur, *nihil de memoria majore*, in aliis, *nihil de memoria,* de

periitiùs de fœderibus, nihil illuſtriore auctoritate de bellis; nihil de republica graviùs, nihil de ipſo modeſtiùs, nihil de cauſa & crimine ornatiùs.

c litterati ac *alii.* d doctriniſque *alii.* P. B. e faceret tractare *MS.*

3 Ut mihi jam verum videatur illud eſſe, quod nonnulli [c] litteris ac ſtudiis [d] doctrinæ dediti, quaſi quiddam incredibile dicere putabantur, eum, qui omnes animo virtutes penitus comprehendiſſet, omnia, quæ [e] facere vellet, facillimè tractare. Quæ enim in L. Craſſo potuit, homine nato ad dicendi ſingularem quandam facultatem, ſi hanc cauſam ageret, major eſſe ubertas, varietas, copia, quàm fuit in eo, qui tantum potuit impertire huic ſtudio temporis, quantum ipſe à pueritia uſque ad hanc ætatem à continuis bellis & victoriis conquievit?

f in *MS.*

4 Quo mihi difficilior eſt hic extremus perorandi locus, etenim ei ſuccedo orationi, quæ non prætervecta ſit aures veſtras, ſed in animis omnium penitus inſederit: ut plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quàm non modò [f] ex mea, ſed cujuſquam oratione capere poſſitis.

g fuerit *MS.* h *alii* auctorem. i rei *MS.*

II. Sed mos eſt gerendus non modò Cornelio, cujus ego voluntati in ejus periculis nullo modo deeſſe poſſum; ſed etiam Cn. Pompejo, qui ſui facti, ſui judicii, ſui beneficii, voluit me eſſe, ut apud eoſdem vos, judices, nuper in alia cauſa [g] fuerim, [7] & prædicatorem & [h] actorem.

5 [8] Ac mihi quidem hoc dignum [i] reo videtur, hoc deberi

de majore, in aliis, *nihil de memoria, de more.* Cum *more* in membranis quibuſdam majore negligentiâ ſcribæ, aut alio caſu, excidiſſet, & vocabulum deſiderari cognoſceretur, perſuaſit ſibi alius, cum pro *de more* inveniret, in aliis *de majore*, Ciceronem reliquiſſe, *de memoria, de more.* Grævius.

7. *Et prædicatorem & actorem.*] Sic habent libri veteres omnes, & ita legendum. nam vulgati habent, *& auctorem.* non recte. *Lambinus.* *Et prædicatorem & actorem.*] Ita quoque præter Lambinianos Pal. nonus. antea editi, *auctorem.* Gruterus. Sed, quæſo vos, quid eſt *actor facti, judicii, beneficii?* quamvis id retineat Erfurtenſis. Sed Franc. & edit. prima, & aliæ recte *auctorem*, hoc eſt, ut bene Manutius, approbatorem. Sic *auctor legis* apud Suet. & Cic. qui legem ferendam approbat & ſuadet populo. Liv. VI, *S. C. factum eſt, ut duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.* h. e. approbarent, quicquid illius anni comitiis populus conſtituerit jubere. *Græv.*

8. *Ac mihi quidem hoc dignum reo videtur.*] Erfurt. *dignum rei*, quod non temere factum. De Aruſp. Reſponſis cap. 24: *Unum eſſe in hac civitate dignum hujus imperii*, ubi vide quæ notavi. *Idem.*

9. Non

beri hujus excellentis viri præſtantiſſimæ gloriæ, hoc proprium eſſe veſtri officii, hoc ſatis eſſe cauſæ, ut, quod feciſſe Cn. Pompejum conſtet, id omnes [k] & licuiſſe concedant. Nam verius nihil eſt, quàm quod heſterno die dixit ipſe, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, ut nullius in delicti crimen vocaretur. [9] Non enim furatus eſſe civitatem, non genus ſuum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur: [l] unum objicitur, natum eſſe Gadibus: quod negat nemo. [10] [m] ceterùm accuſator fatetur, hunc in Hiſpania, [11] duriſſimo [n] bello, cum Q. Metello, cum C. Memmio, & in claſſe & in exercitu fuiſſe, [o] &, ut Pompejus in Hiſpaniam venerit, Memmiumque habere quæſtorem cœperit, numquam à Memmio diſceſſiſſe: Karthaginem eſſe profectum: acerrimis illis prœliis & maximis, [12] Sucronenſi & Durienſi, interfuiſſe: cum

k ei *MS.*

l ubi *MS.*

m cetera *MSS. & Grav.*

n bellorum Q. Met. *MS.*

o Pompeii in Hiſp. *MS.*

9. *Non enim furatus eſſe civitatem &c.*] Non ſe pro cive geſſiſſe, quum civis non eſſet, atque ita jus civitatis quaſi furto, inſcio atque injuſſu P. R. ſibi adſumpſiſſe, quod fieri potuerat tribus ſequentibus, quos Cicero ſtatim enumerat, modis, & quo nomine alibi Ligur quidam exagitatur, qui ſe in nomen & familiam Æliorum adoptaverat. Manutius ſenſum hujus loci probè percepit, non item doctiſſimus Paſſeratius: qui in Prælect. in Propert. huc trahit illud Gellii è Præfatione *furatus otium.* Verburg.

10. *Cetera accuſator fatetur.*] Veneti *ceterùm* adverbialiter, ut & Terentius & Cicero alibi; nam *cetera* adverbialiter hoc loco à Cicerone vix poſitum eſſe videtur. Quod Maro uſurpavit: *Cetera parce puer bello.* Camer.

11. *Diutiſſimo bello.*] Immo certè, ut alii *duriſſimo bello.* Idem. *Duriſſimo bello.*] Bello Sertoriano, quod Q. Sertorius, e partibus Marianis profugus, in Hiſpania concitavit. de quo, ut Appianum I. Civilium, Plutarchum & alios omittam, vide Florum libro III, cap. 22. Cui bello cum Qu. Metellus Pius non ſufficeret, miſſus eſt Cn. Pompejus adhuc eques Romanus cum imperio proconſulari. de quo noſter oratione pro lege Manilia cap. 21. *Abram.*

12. *Sucronenſi & Durienſi.*] Apud duo flumina, Sucronem & Duriam. Plutarchus in Pompejo & Sertorio: qua de re hæc apud Salluſtium in epiſtola Pompeji ad ſenatum: *Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & prœliis apud flumen Duriam, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitus deleti ſatis clara vobis ſunt.* P. Manut. *Durienſi.*] Durius eſt fluvius Luſitaniæ notiſſimus, qui huc non pertinet, ſed *Turis* & *Turias* & *Turia* eſt fluvius, qui Valentiam præterfluit, & nunc *Guadalaxar* appellatur. Alius eſt in illo tractu fluvius, qui *Turius* dicitur, & *Tyrius* & Ty-

populuſque Romanus ampliſſimæ dignitatis præmia dedit, non poſtulanti [d] imperia, verùm etiam recuſanti: hujus de facto, judices, ita quæri, ut id agatur, licueritne ei facere, quod fecit, an verò, non dicam, non licuerit, ſed nefas fuerit (contra fœdus enim, id eſt, contra populi Romani religionem & fidem feciſſe dicitur) non turpe populo Romano? nonne vobis?

d *alii diſtinguunt ante* imp.

11 V. Audivi hoc de parente meo puer: cùm Q. Metellus, Lucii filius, cauſam de pecuniis repetundis diceret, ille, ille vir, cui [e] patriæ ſalus dulcior quàm conſpectus fuit: qui de civitate decedere quàm de ſententia maluit: hoc igitur cauſam dicente, cùm ipſius tabulæ circumferrentur inſpiciendi nominis cauſâ, fuiſſe [f] judicem ex illis equitibus Romanis, graviſſimis viris, neminem, [17] quin removeret oculos & ſe totum averteret, ne fortè, quod ille in tabulas [g] publicas retuliſſet, dubitaſſe quiſquam, verumne an falſum eſſet videretur. nos Cn. Pompeji [18] decretum, judicium, de conſilii ſententia pronuntiatum recognoſcemus? cum legibus conferemus? [19] cum fœderibus omnia acerbiſſimâ diligentiâ [h] perpendemus?

e patria *MS.*

P. LVII.

f judex *MS.*

g publicas *deeſt in MS.*

h *ita MSS. alii* pertendemus.

12 Athenis ajunt, cùm quidam apud eos, qui ſanctè graviter-

17. *Quin removeret oculos.*] Scribit ad Attic. l. I. tandem rem his verbis: *Tabulas Metelli Numidici, cum ea, ut mos eſt, circumferrentur, noſtri judices adſpicere noluerunt.* Et Val. Max. l. II. c. 10. *P. Manut.*

18. *Decretum, judicium, de conſilii ſententia &c.*] Pal. nonus non agnoſcit *judicium*, & per me licet ejiciatur ſede iſta, quamvis ſciam conjunxiſſe utrumque libro II. in Verrem fine capitis 23. *Gruter.* Sane *judicium* cum Grutero delendum hic cenſeo, quamvis refragentur libri, quos inſpexi. Proculdubio interpretatio eſt vocis præcedentis, quæ irrepſit ex margine, aut legendum *decretum & judicium.* Græv.

19. *Cum fœderibus omnia.*] Nec Lambinus, nec Gruterus intellexerunt, quid ſit *acerba diligentia*, nimirum hoc nomine ſignificatur accuratiſſima diligentia, cum omnia moroſiſſime examinantur, ut nihil ne minimum quidem nomen inexploratum relinquatur. ut *acerbiſſima exactio* III. ep. 8. ad Appium Pulchrum, eſt cum nemini parcitur, ad aſſem exiguntur omnia: *Ne in venditionem tributorum & illam acerbiſſimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum atque oſtiorum inducerentur ſumtus minime neceſſarii.* Sueton. Calig. 43: *Legionibus & auxiliis undique excitis, delectibus ubique acerbiſſime actis.* Claud. 35: *Salutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit, & quidem omnibus, & acerbiſſimos*, qui diligentiſſime omnia excuterent & perſcrutarentur. *Idem.*

20. *Quaſi*

viterque vixiſſet, & teſtimonium publicè dixiſſet, & (ut mos Græcorum eſt) jurandi cauſâ ad aras accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamaſſe. Cùm Græci homines ſpectati viri noluerint religione videri potiùs quàm veritate fidem eſſe conſtrictam : nos etiam in ipſa religione & legum & fœderum conſervanda, qualis fuerit Cn. Pompejus, dubitabimus?

Utrùm enim [i] inſcientem vultis contra fœdera feciſſe, 13
an [k] ſcientem? ſi ſcientem? ô nomen noſtri imperii! ô populi Romani excellens dignitas! ô Cn. Pompeji ſic latè longéque diffuſa laus, ut ejus gloriæ domicilium communis imperii finibus terminetur! ô nationes, urbes, populi, reges, tetrarchæ, tyranni, teſtes Cn. Pompeji non ſolùm virtutis in bello, ſed etiam religionis in pace! vos denique [l] mutæ regiones imploro & ſola terrarum ultimarum: vos maria, portus, inſulæ litoraque. Quæ eſt enim ora, quæ ſedes, qui locus, in quo non exſtent hujus cùm fortitudinis, tum verò humanitatis, tum animi, tum conſilii impreſſa veſtigia? Hunc quiſquam incredibili quadam atque inaudita gravitate, virtute, conſtantia præditum, fœdera ſcientem neglexiſſe, violaſſe, rupiſſe, dicere audebit?

i ſcient. *MS.*
k inſcient. *id. MS.*
l mutas nationes *MS.* mutæ religiones *ed. pr.*

VI. GRATIFICATUR mihi geſtu accuſator: inſcientem Cn. Pompejum feciſſe ſignificat. [20] quaſi verò levius 14
ſit, P. B.

20. *Quaſi vero non levius ſit.*] Approbatâ Err. Memmii conjecturâ ſic olim repoſui. Nam libri omnes vulg. ſic habent: *Quaſi vero levius ſit, cum in tanta republica verſere, & max. negot. praſis, facere aliquid, quod ſc. non lic. quam omnino neſc. quid liceat.* Quæ lectio ferri non poteſt, & pugnat cum ſenſu Ciceronis. Vult enim Cicero eſſe gravius peccatum ei, qui in republica adminiſtranda verſetur, neſcire quid liceat, quàm facere, quod ſciat non licere: aut certe hoc non eſſe levius quàm illud. At, ut habent libri vulgati, a quibus non diſcrepant manuſcr. plane contrarium dicitur. Qui enim ita loquitur, *quaſi vero levius ſit,* &c. ironicωs loquitur, & tantundem valet, ac ſi ita loqueretur, non eſt levius, & cet. Qui autem ſic: *Quaſi vero non levius ſit, &c.* ſignificat levius eſſe. vel igitur ſic reponendum eſt, ut olim edidimus, & ut conjecit eſſe legendum Err. Memmius: vel ſic, *Quaſi vero levius ſit, cum in tanta republica verſere, & maximis negotiis praſis, omnino neſcire quid liceat, quam facere aliquid, quod ſcias non licere. Etenim, &c.* quomodo nunc edidi. Manet tamen ſcrupulus ex eo, quod libri omnes habeant, *an omnino, &c.* non *quam omn.* Ex quo ſuſpicor interdum, ſic eſſe a Cicerone ſcriptum, *Quaſi vero ſit dubium, utrum levius ſit; facere aliquid, quod ſcias non licere, an, cum in tanta rep. verſere, & maximis negotiis praſis, omnino neſcire, quid liceat.* Lambinus.

ſit, cùm in tanta republica verſere, & maximis negotiis præſis, facere aliquid, quod ſcias non licere: [21] an omnino neſcire quid liceat. Etenim [m] cùm in Hiſpania bellum acerrimum & maximum geſſerat, quo jure Gaditana civitas eſſet neſciebat? an, cujus linguam populi non noſſet, interpretationem fœderis non tenebat? Id igitur quiſquam Cn. Pompejum ignoraſſe dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo uſu, nullo ſtudio militari præditi, quod librarioli denique ſcire profiteantur?

m utrum in *MS.*

15 Equidem contrà exiſtimo, judices, cùm in omni genere ac varietate artium, etiam illarum, quæ ſine ſummo otio non facilè diſcuntur, Cn. Pompejus excellat, ſingularem quandam laudem ejus & præſtabilem eſſe ſcientiam in fœderibus, [n] pactionibus, conditionibus, populorum, regum, exterarum nationum: in univerſo denique belli jure ac pacis. niſi fortè, quæ nos libri docent in umbra & otio, ea Cn. Pompejum, neque cùm requieſceret, litteræ; neque, cùm rem gereret, res ipſæ docere potuerunt. [22] Atque ut ego ſentio, judices, cauſa dicta eſt temporis magis. ego non hujus, inquam, genere judicii plura dicam. Eſt enim [o] hujus ſæculi labes quædam

n pactationibus *MS.*

o hæc *MS.*

p &

21. *An omnino neſcire, quid liceat.*] *Quam omnino &c.* Pantagathus. *Urſin.*

22. *Atque ut ego ſentio, judices, cauſa dicta eſt temporis magis. ego non hujus inquam genere judicii plura dicam.*] In omnibus quos vidi codicibus, mendoſe ſcriptus hic locus reperitur, quem Pantagathus, minus corruptæ ſcripturæ ſecutus veſtigia, ita emendavit: *Atque ut ego ſentio, judices, cauſa dicta eſt Pompeji magis quam hujus. quo in genere judicii plura non dicam.* ſive, *in quo ego genere &c.* Idem. *Cauſſa dicta eſt.*] Hactenus & mendo verba vacant, nec in ſententia vitii quidquam eſt. ea, quæ ſequuntur, valde perturbata, ſenſus hic fortaſſe fuit: ſe locutum eſſe de Pompejo potius quàm de cauſſa: nunc ea dicturum, quæ ad legem, ad exempla moremque civitatis pertinent, de quibus judicium eſt. paullo poſt: *Omittam igitur Pompejum in oratione mea reliqua: de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua conſuetudine civitatis noſtræ renovabo ea, quæ dicta ſunt.* P. Manut. *Temporis magis. ego non hujus, inquam, genere judicii plura dicam &c.*] Lambinus locum ſupplet ex neſcio quorum libris, noſtri ſcripti nihil variant; niſi quod Pal. nonus habeat, *temporum magis. Ego nunc ut vis, inquam, &c.* ad quam lectionem aliquot alii alludunt; quorum variantes ſcripturas producere heic pudet, ſatis eſt alleviſſe oræ librorum meorum. Hotomanus tamen ait ſe locum ita reſtituere ex mſſ. *temporis magis hujus vitio quàm hominis; neque ego de tam iniquo genere.* Gruter.

23. *Ex*

p & macula virtuti invidere, velle ipſum florem dignitatis infringere.

p atque *id. MS.*

16 Etenim, ſi Cn. Pompejus abhinc annos quingentos fuiſſet is vir, à quo ſenatus adoleſcentulo atque equite Romano ſæpe q communis ſalutis auxilium expetiſſet: cujus res geſtæ omnes gentes, cum clariſſima victoria, terrâ marique peragraſſent: cujus tres triumphi teſtes eſſent, totum orbem terrarum noſtro imperio teneri: quem r populus Romanus ſ ſingularibus honoribus decoraſſet: ſi nunc apud vos, id, quod is feciſſet, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profectò. mors enim cùm extinxiſſet invidiam, res ejus geſtæ ſempiterni nominis gloriâ niterentur. Cujus igitur audita virtus dubitationi locum non daret: hujus præſens, experta atque perſpecta, obtrectatorum voce lædetur?

q communi ſaluti *MS.*
r *ſex ſeqq. voces deſunt in MS.*
ſ ſingularibusque *MS.* ſingularibus Quir. *ed. pr.*
P. LVIII.

17 VII. Omittam igitur Pompejum jam t oratione mea reliqua: ſed vos, judices, animis ac memoria tenetote. de lege, de fœdere, v de exemplis, de perpetua conſuetudine civitatis noſtræ renovabo ea, quæ dicta ſunt. nihil enim mihi novi, nihil integri, neque M. Craſſus, qui totam cauſam & pro facultate & pro fide ſua diligentiſſimè vobis explicavit, neque Cn. Pompejus, cujus oratio omnibus ornamentis abundavit, ad dicendum reliquit. Sed, quoniam, me recuſante, placuit ambobus adhiberi hunc à me quaſi perpoliendi quendam operis extremum laborem: peto à vobis, ut me officii potiùs quàm dicendi ſtudio hanc ſuſcepiſſe operam ac munus putetis.

t orationem meam relinquam *MS.*
v de exemplis *deeſt in MS.*

18 Ac priùs quàm aggrediar ad jus cauſamque Cornelii, quiddam de communi conditione omnium noſtrûm, deprecandæ malivolentiæ cauſâ, breviter commemorandum videtur. Si, quo quiſque loco noſtrûm eſt, judices, natus, aut, ſi in qua fortuna eſt naſcendi initio conſtitutus, hunc vitæ ſtatum uſque ad ſenectutem obtinere debet, &, ſi omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipſorum illuſtravit labor & induſtria, pœnâ ſunt afficiendi: non gravior L. Cornelio quàm multis viris bonis atque fortibus conſtitui lex vitæ & conditio videtur. Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere & fortunæ gradu non modò amicitias & rei familiaris copias conſecuta eſt, ſed ſummam laudem, honores, gloriam, dignitatem: non intelligo, cur potiùs invidia x violatura virtutem L. Cornelii, quàm æquitas veſtra pudorem ejus adjutura videatur.

x violatur virtute *MS.*
P. B.

19 Itaque, quod maximè petendum eſt, à vobis idcirco non peto, judices, ne de veſtra ſapientia atque de veſtra humanitate dubitare videar. Eſt autem petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici ſitis induſtriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniendam putetis. illud peto, ut, ſi cauſam ipſam per ſe firmam eſſe & ſtabilem videritis, hominis ipſius ornamenta adjumento y cauſæ potiùs quàm impedimento eſſe malitis.

y totius cauſæ *MS.*

VIII. Nascitur, judices, cauſa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius [23] ex ſenatûs ſententia tulerunt. [24] qua lege videmus, ſatis eſſe ſanctum, uti cives Romani ſint ii, quos Cn. Pompejus [25] de conſilii ſententia z ſigillatim civitate donaverit. Donatum eſſe L. Cornelium præſens Pompejus dicit: indicant publicæ tabulæ: accuſator fatetur. ſed negat ex fœderato populo quemquam potuiſſe, [26] niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc civitatem venire.

z ſingill. *MS.*

O

23. *Ex ſenatus ſententia.*] Jam alibi diximus leges Conſulares ad populum latas fuiſſe præviâ Senatûs ſententiâ. vide Sextianam cap. 65: *Deſcriptionem civitatis.* Quod de legibus curiatis debet intelligi, Dionyſius lib. IX. Antiq. Τὰς μὲν φατριακὰς ψηφοφορίας ἔδει προβουλευσαμένης τῆς βουλῆς, &c. *Tributorum curiatorum ſuffragia præmiſſo Senatûs decreto ferri oportebat.* Τὰς δὲ φυλετικὰς μήτε προβουλεύματος γενομένου. *Tributa ſine prævio Senatusconſulto.* vide Livium lib. XL: *Et leges de ambitu Conſules ex auctoritate Senatûs ad populum tulerunt.* Abram.

24. *Qua lege videmus ſatis eſſe ſancti.*] Pantagathus, *videamus ſanxiſſe ſenatum.* Urſin.

25. *De conſilii ſententia.*] Conſilium militare intelligit, de quo plura diximus in Vatinium cap. 15. ad illa verba: *Bellici conſilii auctores.* Cæſar lib. III. de Bello Gall. *His nuntiis acceptis Galba, conſilio celeriter advocato, ſententias exquirere cœpit.* Intererant autem huic conſilio Legati, Quæſtores, Tribuni militum, primorum ordinum Centuriones: interdum etiam Equites: quò ſpectaſſe videtur Poëta IX. Æneid.

Ductores Teucrûm primi & delecta juventus,
Conſilium ſummis regni de rebus agebant.

vide eius interpretes & Lipſium lib. II. de Militia Romanorum, ac Valtrinum lib. III. cap. 10. de Re Militari. *Abram.*

26. *Niſi is populus fundus factus eſſet.*] Hanc ſententiam Gellius lib. XVI. cap. 13. commotus, opinor, auctoritate Ciceronis, comprobavit. quamquam idem lib. XIX. cap. 8. a Cicerone & à ſe-ipſo diſſentiens, fundum accipit pro eo, qui auctor eſt, & qui approbat. *Hæc ego*, inquit, *dixi, non ut hujus ſententiæ legisque fundus ſubſcriptorque fierem; ſed ut ne Cæſaris, viri docti, opinionem* ἀπαραμύθητον *deſtituerem.* Mihi omnino Feſtus Pompejus &

Plau-

O præclarum interpretem juris! auctorem antiquitatis! correctorem atque emendatorem noſtræ civitatis! [27] qui hanc pœnam fœderibus adſcribat, ut omnium præmiorum beneficiorumque noſtrorum expertes faciat fœderatos. 20

Plautus veriorem eſſe accuſatoris interpretationem, Ciceronem autem, ſervientem cauſſæ, ſenſum pervertiſſe, facile perſuadent. quid enim apertius iis verbis Feſti? *Fundus dicitur populus eſſe rei, quam alienat, hoc eſt auctor.* Nec obſcurum illud Plauti in Trin. *Nunc mihi is propere conveniendus eſt; ut, quæ cum ejus filio egi, ei rei fundus pater ſit potior eo.* L. Cornelius Balbus appellatur, quia, licet a Pompejo ſit civitate donatus, beneficium tamen illud L. Cornelii Lentuli gratiâ conſecutus eſt: a quo & prænomen & nomen de more ſumpſit. atque is Lentulus videtur eſſe, qui belli civilis anno primo conſul fuit: quod quidem ex epiſtola Balbi licet intelligere, quæ inter eas ad Attic. lib. IX. legitur. Idem Balbus, cum adoptatus eſſet a Theophane Mytilenæo, Pompeji liberto, Theophanis cognomen accepit. id apud Capitolinum in Balbino ſcriptum eſt his verbis: *Familia vetuſtiſſima, ut ipſe dicebat, a Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum civitatem meruerat, cum eſſet ſua patria nobiliſſimus, idemque hiſtoriæ ſcriptor.* Et in hac oratione: *Adoptio Theophanis agitata eſt.* P. Manutius. Vide quid de hac locutione & re, *niſi is populus fundus factus eſſet*, memoriæ prodiderint viri doctiſſimi Sigonius lib. I. de Jure Italiæ cap. 4. & diſſertationes de Populis Fundis Nicolai Rigaltii, Iſmaëlis Bullialdi & Henrici Valleſii, quæ ſunt in noſtro Antiquitatum Romanarum theſauro, in tomo ſecundo p. 1932. & ſequentibus. Recte vero Valleſius ὁ πάνυ obſervavit, fundum, cum de populis dicatur, non ſignificare ſtatum quendam aut conditionem populorum, eo modo, quo, cum populus liber aut fœderatus ac ſocius appellatur, ſtatus & conditio illius declarari ſolet. Fundum enim populum nihil aliud eſſe quàm auctorem ſubſcriptoremque. Itaque populum non dici fundum eſſe, ſed fundum fieri. quæ ſunt certiſſima & veriſſima. Nam *fundum alicui rei* eſſe nihil aliud eſt, quàm auctorem alicui rei eſſe, rem aliquam approbare, & auctoritate ſua efficere, ut illa res rata ſit, ut patet ex Plauti, Feſti, Gellii locis, quæ viri docti attulerunt, & magis patebit ex ſequentibus, cum ſingula hujus orationis argumenta expendemus. *Grævius.*

27. *Qui hanc pœnam fœderibus adſcribat.*] Pœna illa erat, quod nemini fœderatorum liceret civitatem Romanam accipere, quæ illi offerebatur ab Imperatore Romano, niſi populus ille, cujus civis fuerat, fundus factus huic juri civitatis, quo donabatur, eſſet, hoc eſt, niſi approbaſſet illud beneficium imperatoris Romani, ut eo liceret illi, in quem collatum erat, frui. Itaque dicit hoc ſi verum eſſet, *omnium præmiorum beneficiorumque noſtrorum expertes fieri fœderatos.* quia in nullum poſſet a Romano beneficium conferri, niſi illi fundus fieret populus, a quo duxerit ortum, quod meritò Cicero negat. *Idem.*

tos. [28] Quid enim potuit dici imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis eſt proprium fœderatorum quàm omnium liberorum. Sed [29] totum hoc, judices, in ea fuit poſitum ſemper ra-

28. *Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis eſt proprium fœderatorum quàm omnium liberorum.*] In iis verbis aliquam eſſe obſcuritatem recte Bullialdus animadvertit. Eſt igitur hujus loci ſenſus iſte, non poſſe quempiam ex populo aliquo in civitate Romana participem fieri, niſi is populus fundus factus ſit, id non magis pertinere ad fœderatos quàm ad liberos populos. Par enim utrobique ratio eſt. Atqui in populis liberis id falſum eſt, ergo etiam in fœderatis. Hoc eſt argumentum Ciceronis, quod oratorio more fuſius exequitur. Atque ita explicanda eſſe hæc verba ipſe indicat Cicero non longe poſtea, cum ait cap. 11. *Sed cum eſt illud imperitiſſime dictum de populis fundis, quod commune eſt liberorum, non proprie fœderatorum. Ex quo intelligi neceſſe eſt, aut neminem ex ſociis civem fieri poſſe: aut etiam poſſe ex fœderatis.* Minor autem illa propoſitio Ciceronis, id ſcilicet falſum eſſe in populis liberis multis exemplis a Cicerone mox comprobatur in cap. 11. Multi in civitatem recepti ex liberis fœderatiſque populis. Sic H. Valleſius in diſſertatione de Populis fundis. Accuſatoris Balbi imperitia, quam exagitat Tullius, in hoc poſita eſt, quod tradiderit, neminem poſſe jus civitatis Romanorum accipere, niſi populus ſuus fundus factus fuerit huic juri, hoc eſt, niſi approbaverit jus illud accipiendi. Quod imperitiſſime dictum eſſe contendit. Nam ſi hoc verum eſſet, neminem etiam ex ſociis civem poſſe fieri, niſi civitas ſociorum, in qua natus ſit & educatus, ante fundus huic rei factus eſſet. *Nam id*, inquit, *non magis eſt proprium fœderatorum quam omnium liberorum.* Id jus nimirum, ut poſſint fundi fieri illis rebus, ac illis legibus, quas ex Romanis legibus adſciſcebant. Hoc licebat tam liberis populis quàm fœderatis, non vero ut fundi fierent illi beneficio, quod Romani in bene meritos de republica conferebant ſuo arbitratu. Hujus rei judicatio neque ad fœderatos, nec ad ſocios & liberos pertinebat. Non enim jus fundum fieri extendebatur ad jus civitatis Romanæ. Alioqui nullus potuiſſet fœderatus aut ſocius civis Romanus fieri, niſi Imperator Romanus cognoviſſet populum illius hominis, quem hoc jure volebat donare, fundum huic beneficio factum eſſe. Hæc ſi tenemus, facile prætervehemur ceteros ſcopulos, qui tantam crucem fixerunt hominibus doctis. Cum igitur abſurdum hoc eſſe Cicero docuerit, populum debere fundum fieri juri civitatis, hoc eſt approbare & ratum habere illud beneficium populi Romani, quo donaretur ſocius, aut fœderatus, ſubnectit & oſtendit in ſequentibus, quidnam illud ſit *fundum fieri*, idque plane non pertinere ad jus civitatis, ſive beneficia populi Romani. Nulli itaque ſunt populi fundi, quos finxerunt docti. *Gravius.*

29. *Totum hoc, judices, in ea fuit poſitum ratione, &c.*] Hoc eſt, id

ratione atque ſententia, ut, [30] cum juſſiſſet populus Romanus aliquid: ſi id adſciviſſent ſocii populi ac Latini, &, [31] ſi [a] ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tamquam in fundo, reſediſſet: [32] ut tum lege eadem is populus teneretur; [33] non ut de noſtro jure aliquid minueretur: ſed ut illi populi aut jure eo, quod à nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio uterentur.

a *ex eâ alii malè.*

P. LIX. 21

[b] Tulit apud majores noſtros legem C. Furius de teſtamentis: tulit [34] Q. Voconius de mulierum hereditatibus: innumerabiles aliæ leges de civili jure ſunt latæ. quas Latini voluerunt, adſciverunt. ipſa denique Julia, qua lege civitas eſt ſociis & Latinis data, [35] qui fundi populi facti non

b *hinc uſque ad* Poſtremo *omnia deſunt in MS. & ed. pr.*

id omne, cum dicitur populus fundus fieri alicui legi, in hoc conſiſtit, quod poſſit legem a Romanis latam approbare, & pro ſua uti. *Grav.*

30. *Ut cum juſſiſſet prætor.*] Immò, ut Veneti, *P. R.* reperiuntur autem hæ ſcripturæ ſæpe inter ſe permutatæ. *Camerar.*

31. *Si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tanquam in fundo, reſediſſet.*] Non eſt hæc vera ratio, cur dicatur *populus legi fundus fieri*, ſed ludit in vocabulo *fundus*, ut ſæpe in multis aliis. Vera ratio eſt, ſi ea lex, quam habebant Romani, approbata eſſet & rata habita ab aliquo populo ſocio, aut fœderato, tum apud illum populum illo loco erat hæc lex, ac ſi ab ipſis eſſet lata. *Grav.*

32. *Ut tum lege eadem.*] Pantagathus delebat particulam *tum*. Urſin.

33. *Non ut de noſtro jure aliquid minueretur.*] Id eſt, non ut minus juris eſſet populo Romano, ſi quem vellet ex eo populo, qui legem aliquam adſciviſſet, civitate Romana donare. Atque hoc eſt quod ait Cicero poſt: *Videbat enim populos de ſuo jure, non de noſtro fundos fieri ſolere.* Sic recte Valleſius. Jus Romanorum erat, ut civitate donarent quem vellent: jus fœderatorum & liberorum erat, ut legem Romanam adſciſcerent, quam vellent, & pro ſua uterentur. In illud jus Romanorum nihil juris erat fœderatis, de ſuo jure, hoc eſt de illo quod vellent ex legibus Romanis ſuo adſcribi, poterant agere liberrime: poterant illi legi aut fundi fieri, aut eam non adſciſcere, prout eis videbatur è re ſua eſſe. Porro ſcripſi ex Erfurt. Franc. & edd. priſcis *diminueretur*, pro vulgato *minueretur*. Græv.

34. *Q. Voconius.*] De lege Voconia vide doctiſſimam Diſſertationem ſummi noſtri amici Jacobi Perizonii. *Idem.*

35. *Qui fundi populi facti non eſſent.*] Hotomannus putat quædam ante hæc deeſſe, qui conſulatur lib. 11. Obſervat. cap. 20. *Gruter. Qui populi fundi facti non eſſent, civitatem non haberent.* Profert Cicero caput legis Juliæ, in quo mentio fiebat populorum fundorum. Et recte omnino Bullialdus obſervat legem loqui de univerſitate, id eſt, de univerſo populo, cui civitas daretur, non de

non eſſent, civitatem non haberent. In quo magna contentio Heraclienſium & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus [36] fœderis ſui libertatem civitati ante-

de ſingulari civitate unius populi, contra quam Nicolaus Rigaltius ſenſerat. Hic ergo ſenſus eſt hujus capitis legis Juliæ, ut ex ſociis & Latinis in tantum populi civitatem Romanam haberent, qui auctores ſubſcriptoresque hujus legis eſſent, ſeu, qui eam legem ſuâ ſententiâ ſuisque decretis comprobaſſent. Sed miror, quod ajunt Rigaltius & Bullialdus, accuſatorem Balbi hoc præcipue capite legis Juliæ uſum fuiſſe. Id enim Cicero non dicit. Errat etiam meo judicio idem Bullialdus, cum ſcribit legislatorem hoc capite jus Romanæ civitatis ad pauciores reſtrinxiſſe, ad populos ſcilicet bene meritos, qui leges Romanas adſciſcendo obnoxios ſe illis feciſſent. Non enim aliæ leges hoc capite intelliguntur, ſed ipſa lex Julia. Itaque dupliciter fallitur Bullialdus in hujus capitis explicatione, tum quòd hæc verba, *ut qui populi*, de omnibus exteris populis dici exiſtimavit, cum tamen dicantur de ſociis & Latinis, tum, quod verba illa quæ ſequuntur *fundi facti eſſent*, ad omnes populi Romani leges retulit, cum de ſola lege Julia accipienda ſint, cui fundos fieri oportebat ſocios Italici nominis ac Latinos, ſi civitatem conſequi vellent. Porro totus hic locus ita ſcribendus videtur: *Ipſa denique Julia, qua lege civitas ita eſt ſociis & Latinis data, ut qui populi fundi facti non eſſent, civitatem non haberent.* Hæc enim ultima verba Ciceronis ipſius ſunt, non legis Juliæ, ut plerique exiſtimant. *H. Valleſius.* Invitis omnibus MSS. & edd. *ita* & *ut* inculcat Valleſius. In hanc ſententiam virum ſummum impulit, quod crediderit cum aliis, *qui populi fundi non eſſent*, caput eſſe legis Juliæ, falſò. Non ſunt hæc verba legis Juliæ, ſed Ciceronis, quod de ultimis *civitatem non haberent* ipſe vidit Valleſius. Cui bono, quæſo, Cæſar hæc verba ſuæ legi, qua civitatem Latinis dabat, adjeciſſet. Nemo Romanorum ac Latinorum ignorabat, nullum ſociorum lege Romana teneri, niſi ipſe fundus illi legi fieret, ac invito non beneficium dari & obtrudi. Cicero, cum dixit lege Furia, Voconia aliisque Romæ latis legibus ſocios ac fœderatos non teneri, niſi illi fundi facti eſſent, addit, quin nec lege Julia, quæ civitatem dat Latinis ac ſociis, illos teneri, qui nollent hoc beneficio uti. nec enim civitatis jus ullum populum illa lege potuiſſe conſequi, niſi qui fundus ei legi Juliæ factus eſſet. Hæc Cicero adjecit, non legebantur in ullo capite legis Juliæ. Minus obſcuritatis eſſet, ſi pro *haberent*, ſcriberetur, aut ſcripſiſſet Tullius, *habebant*, ſed illud quoque ferri poteſt & explicari. *Grævius.*

36. *Juris ſui libertatem.*] Ergo municipia quædam legibus ſuis vivebant, ea ſcilicet, quæ civitatem habebant ſine ſuffragio: de quibus loquitur Gellius lib. XVI. cap. 13. & Livius lib. IX. adducto trium Hernicorum populorum exemplo. *P. Manut.* *Fœderis ſui libertatem civitati anteferrent.*] Ita Pall. meliores, item Erfurd. & S. Victor. prius cuſi. *juris ſui libert. civitati antef.* Hotoma-

anteferret. Poſtremò hæc vis eſt iſtius & juris & verbi, ut fundi populi, beneficio noſtro, non ſuo jure, fiant. Cùm aliquid populus Romanus juſſit, id ſi eſt ejuſmodi, 22
ut quibuſdam populis ſive fœderatis, ſive liberis, permittendum eſſe videatur, ut ſtatuant ipſi non de noſtris, ſed de ſuis rebus, quo jure uti velint: tum, utrùm fundi facti ſint, an non, quærendum eſſe videatur. de noſtra verò republica, de noſtro imperio, de noſtris bellis, de victoria, de ſalute, fundos populos fieri noluerunt.

IX. Atqui, ſi imperatoribus noſtris, ſi ſenatui, ſi populo Romano non licebit propoſitis præmiis elicere ex civitatibus ſociorum atque amicorum fortiſſimum atque optimum quemque ad ſubeunda pro ſalute noſtra pericula, ſumma utilitate ac maximo ſæpe præſidio in periculis, atque aſperis temporibus carendum [c] erit. Sed, 23
per deos immortales! quæ eſt iſta ſocietas, quæ amicitia, quod fœdus, ut aut noſtra civitas careat in ſuis periculis Maſſilienſi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino: aut, ſi quis ex illis populis ſit exortus, qui noſtros duces auxilio laboris, commeatûs, periculo ſuo juverit, qui cum hoſte noſtro cominus in acie ſæpe pugnarit, qui ſe ſæpe telis hoſtium, qui dimicationi capitis, qui morti objecerit: nulla conditione hujus civitatis præmiis affici poſſit?

c nobis erit *MS.*

Etenim in [d] populum Romanum grave eſt, non poſſe 24
uti ſociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis noſtris ſua communicare: in ſocios verò ipſos, & in eos, de quibus agimus, fœderatos, injurioſum & contumelioſum eſt, his præmiis & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos & [e] conjunctiſſimos ſocios, quæ pateant ſtipendiariis, pateant hoſtibus, pateant ſæpe ſervis. Nam & ſtipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multos civitate donatos videmus: &, 37 qui hoſtes ad

P. R.
d P. R. *MS.*
e conjunctos *MS.*

manus lib. 11. Obſerv. cap. 20. adjiciendam putat *civitati noſtræ*. Gruter. Recte *fœderis*, ſed *civitate* cur prætulerit Gruterus *civitati* contra Latinæ linguæ rationem & omnes editiones tam vetuſtiores quam recentiores Victor. Lamb. Manutii & aliorum non exputo. *Grav.*

37. *Qui hoſtes ad noſtros.*] Exemplum ponet in Sabinis cap. 13. Sed id rarum. Quod vel ex eo liquere poteſt, quòd ne Oneſimo quidem Macedoni civitas data fuit, ſed in formulam ſociorum referri juſſus a Senatu, eique Tarenti domus empta. Vide Livium XLIV. Pedianus in Piſonem refert Mutino cuidam, *quod in Sicilia* cum

ad noſtros imperatores perfugiſſent, & magno uſui reipublicæ noſtræ fuiſſent, ſcimus civitate eſſe donatos: ſervos denique, [38] quorum jus & fortunæ conditio infima eſt, bene de republica meritos, perſæpe libertate, id eſt, [39] civitate publicè donari videbamus.

X. HANC tu igitur, patrone fœderum ac fœderatorum, conditionem ſtatuis Gaditanis, tuis civibus, ut, quod iis, quos [f] Gaditanis adjutoribus armis ſubegimus atque in ditionem noſtram redegimus, liceat, ſi populus Romanus permiſerit, ut ab ſenatu, ab imperatoribus noſtris, civitate donentur: [40] id ne liceat ipſis? qui ſi ſuis decretis legibusve ſanxiſſent, ne quis ſuorum civium caſtra imperatorum populi Romani iniret: ne quis ſe pro noſtro imperio in periculum capitis atque in vitæ diſcrimen inferret: Gaditanorum auxiliis, cùm vellemus, uti nobis non liceret. privatim verò, ne quis vir, & animo & virtute præcellens, pro noſtro imperio periculo ſuo dimicaret: graviter id jure ferremus, minui auxilia populi Romani, debilitari animos fortiſſimorum virorum, alieni-

[f] magnis MSS.

cum equitatu ſuo tranſierat ad nos, civitatem datam, ædesque & pecuniam ex ærario. Abram.

38. *Quorum jus & fortunæ conditio infima eſt.*] Copula & non eſt in plerisque ſcriptis. ideoque malebat Gulielmius, *vi fortunæ.* at ego præpoſuerim lectionem S. Victoris, *quorum vis, fortuna, conditio, infima eſt:* niſi fortè præſtet *jus.* Gruter. *Vis* hic locum non habet. Rectius alii *jus.* Servorum hæc eſt ſors & fortuna, ut cogantur omnia ferre & pati, hinc Floro III. 20. *ſervi per fortunam in omnia obnoxii ſunt*, hoc eſt, coguntur omnes injurias & contumelias dominorum ferre, quibus non datur actio injuriarum in dominos. Ideo ſunt deterioris juris quàm alii homines, & illorum conditio omnium eſt peſſima, propterea Floro ibidem eleganter dicuntur *ſecundum genus* hominum, hoc eſt inferioris loci & ordinis quam ceteri homines, de quo loquendi genere dixi in Heſiodeis lectionibus cap. 4. Quid ſi Cicero ſcripſerit, *quorum vi fortunæ conditio infima eſt.* Nam primo abeſt copula in iis quoque libris veteribus, quos ego verſavi; deinde quia jus & vis eodem modo ſcribitur in antiquioribus membranis, nimirum *iis.* Cum alii itaque intruſerunt copulam, *us* tranſiit in *ius.* Fortunæ autem vi, ſive injuriâ ad imam hominum conditionem ſunt redacti, quæ eſt mancipiorum. *Græv.*

39. *Publice donari videbamus.*] *Judicamus* videtur legendum, ut reſpondeat ſuperioribus, *videmus, ſcimus.* Urſin.

40. *Id ne liceat ipſis?*] Delebat hic interrogationis notam Pantagathus, quam ad verbum *privari* paullo infra reponebat, & recte: pro *id eſt* vetus liber habet *&*, ut ſit, *pro libertate & civitate.* Idem.

41. Pe-

nigenarum nos [g] hominum ſtudiis atque [h] externa vir- g hominum *alii*
tute privari. *delent.*

Atqui nihil intereſt, judices, utrùm hæc fœderati jura 26
conſtituant, ut ne cui liceat ex his civitatibus ad noſtro- h paterna
rum bellorum pericula accedere: an, quæ nos eorum ci- *alii.*
vibus, virtutis cauſâ, tribuerimus, ea rata eſſe non poſ-
ſint. nihil enim magis uteremur his adjutoribus, ſublatis P. LX.
præmiis virtutis, quàm, ſi omnino his verſari in noſtris
bellis non liceret. Etenim, cùm pro ſua patria pauci poſt
genus hominum natum reperti ſint, qui, [i] nullis præ- i multis
miis propoſitis, vitam ſuam hoſtium telis objecerint: pro *Lamb. malè.*
aliena republica quemquam fore putatis, qui ſe opponat
periculis, non modò nullo propoſito præmio, ſed etiam
interdicto?

XI. SED, cùm eſt illud imperitiſſimè dictum de [41] popu- 27
lis fundis, quod commune eſt liberorum populorum, non
proprium fœderatorum: ex quo intelligi neceſſe eſt, aut
neminem ex ſociis civem fieri poſſe; aut etiam poſſe ex
fœderatis: tum verò jus omne noſter iſte magiſter mu-
tandæ civitatis ignorat; quod eſt, judices, non ſolùm in
legibus publicis poſitum, ſed etiam in privatorum volun-
tate. Jure enim noſtro neque mutare civitatem quiſquam
invitus poteſt, [42] neque, ſi velit, mutare non poteſt,
modò adſciſcatur ab ea civitate, cujus eſſe ſe civitatis ve-
lit: ut, ſi Gaditani ſciverint nominatim de aliquo cive
Romano, ut ſit is civis Gaditanus, magna poteſtas ſit
noſtro civi mutandæ civitatis, nec fœdere impediatur,
quo minùs ex cive Romano civis Gaditanus poſſit eſſe.

Duarum civitatum civis eſſe noſtro jure civili nemo po- 28
teſt: non eſſe hujus civitatis civis, qui ſe alii civitati di-
carit, poteſt. Neque ſolùm dicatione, quod in calamitate
cla-

41. *Populis fundis.*] Beneficium populi Romani aliud nullum fuit, quam quod omnibus fœderatis, ſociis ac liberis legem quam vellent ex jure civili Romano adoptare pro ſua & illâ uti liceret, ſi modo populus factus eſſet fundus. Hoc ut poſſint fundi fieri legibus, quas adſciſcebant, adipiſcebantur non ſuo jure, ſed benefició populi Romani, qui id omnibus, quos dixi, permiſerat. *Græv.*

42. *Neque, ſi velit, mutare non poteſt.*] Ita eſt in vulgatis, & puto rectè: Ant. Auguſtinus legit, *Neque ſi velit, non mutare non poteſt*: in quo idem ſentit cum aliis, ſed putat non poſſe idem ſentiri ſine illo *non.* atqui ſi ita interpungat, videbit non opus eſſe *non. neque ſi velit mutare non poteſt.* Urſin.

43. Q

clariſſimis viris Q. Maximo, C. Lænati, Q. l
Nuceriæ, C. Catoni Tarracone, [43] Q. Cæpioni,
tilio Smyrnæ, vidimus accidiſſe, ut earum ci
fierent cives, hanc antè amittere non potuiſſent
hujus ſolum civitatis mutatione vertiſſent: ſed etiai
minio poteſt civitatis fieri mutatio. neque enim i
ſa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine
P. B. apud majores legati noſtri in Græciam proficiſce
terpretem ſecum habere voluerunt, ad populum
ut is Publicius, ſi domum reveniſſet, & inde Ro
diiſſet, ne minus civis eſſet. Multi etiam ſuperi
moria cives Romani ſua voluntate indemnati &
mes, his rebus relictis, alias ſe in civitates contu
29 XII. Quòd ſi civi Romano licet eſſe Gaditar
exſilio, ſive poſtliminio, ſive rejectione hujus c
ut jam ad fœdus veniam, quod ad cauſam nihil
(de civitatis enim jure, non de fœderibus diſce
quid eſt, quamobrem civi Gaditano in hanc civit
k cùm omn. Grav. nire non liceat? Equidem longè ſecus ſentio. nar
ex omnibus civitatibus via ſit in noſtram, cúmqu
civibus pateat iter ad ceteras civitates: tum verò,
que nobiſcum maxime [44] ſocietate, amicitiâ, ſp

43. *Q. Cæpioni.*] Quintus Cæpio, ut refert Valerius Lib. II. *Præturæ ſplendore, triumphi claritate, Conſulatûs decore, Pontificis ſacerdotio, ut Senatus patronus diceretur aſſecutus, cis vinculis ſpiritum depoſuit, corpuſque ejus funeſti carnifici laceratum, in ſcalis Gemoniïs jacens, magno cum horrore totiu muni conſpectum eſt.* Diſſentit, ut vides, a Cicerone, qui laſſe dicit, & apud Smyrnenſes adeptum jus civitatis. Bruto 135. *Q. Cæpio, vir acer & fortis, cui fortuna belli cri vidia calamitati fuit.* Imo non diſſentit Valerius; fuer duo Cæpiones. De poſteriore idem lib. IV. cap. de Ami *cius Rheginus, &c. Tribunus plebis Cæpionem in carcerem c quod illius culpâ exercitus noſter a Cimbris & Teutonibus vid letus, veteris arctaque amicitiæ memor, publicâ cuſtodiâ liber eatenus amicum egiſſe contentus, etiam fugæ ejus comes acceſ* Epitomen Livii lib. LXVII. & II. de Oratore, Strabone *Abram.*

44. *Societate, amicitiâ, ſponſione, pactione, fœdere.*] Sc *συμμαχία*, & obligationem habet auxilii ferendi, ami habet. Inter ſponſionem, pactionem & fœdus eſt verſitas, ut notat Sigonius lib. I. de Antiq. Jure Itali Livius lib. IX. *Ocriculani ſponſione in amicitiam accepti.* ſponſio fiebat per magiſtratus quoslibet, fœdus per ſo les. Livius lib. IX. agens de furcis Caudinis & ſponſi

pactione, fœdere conjuncta eſt; ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, civitatis, continere videtur. Atqui ceteræ [45] civitates omnes non dubitarent noſtros recipere in ſuas civitates, ſi idem nos juris haberemus, quod ceteri. ſed nos non poſſumus & hujus eſſe civitatis, & cujusvis præterea: ceteris conceſſum eſt.

Itaque in Græcis civitatibus videmus, Athenis Rho- 30
dios, Lacedæmonios, ceteros undique adſcribi, multarumque eſſe eosdem homines civitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, noſtros cives, Athenis in numero judicum atque [l] Areopagitarum, certa tribu, certo numero; cùm ignorarent, ſi illam civitatem eſſent adepti, hanc ſe perdidiſſe, niſi poſtliminio recuperaſſent. Peritus verò noſtri juris ac moris nemo umquam, qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam civitatem ſe dicavit.

l Ariop. *MS.*

XIII. Sed hic totus locus disputationis atque orationis meæ, judices, pertinet ad commune jus mutandarum civitatum: nihil habet, quod ſit proprium religionis ac [m] fœderum. Defendo enim rem univerſam, nullam eſſe gentem ex omni regione terrarum, neque tam diſſidentem à populo Romano odio quodam atque diſſidio, neque tam fide benevolentiâque conjunctam, ex qua nobis interdictum ſit, ut [n] neque adſciſcere civem, aut civitate donare poſſimus. O jura præclara atque di- 31
vinitùs [46] jam inde à principio Romani nominis à majoribus

P. LXI.

m fœderis *MS.*

n ne *Manut.* ne quem *Grav.*

ut vulgo credunt, Claudiusque etiam ſcribit fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt. Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet, aut obſidibus, ubi precatione res tranſigitur. Per quem populum fiat quo minus legibus dictis ſtetur, ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur? Spoponderunt Conſules, Legati, Quæſtores, Tribuni militum: nominaque omnium, qui ſpoponderunt, extant. ubi ſi ex fœdere acta res eſſet, præterquam duorum fetialium non extarent. Et propter neceſſariam fœderis dilationem obſides etiam ſexcenti equites imperati. Abram.

45. *Civitates omnes non dubitarent noſtros recipere &c.*] Hæc eſt lectio Pall. omnium, quibus accedit Erfurd. ac S. Vict. nam vulgata transpoſuit, *civitates non dubitarent noſtros omneis &c.* qua inductus fuit Gulielmius, ut conjiceret, *noſtros homines:* quod nulla tam capax eſſet civitas, quæ omnes Roman. ad ſe reciperet. videatur cap. v. in Pœnulum. *Gruter.*

46. *Jam inde a principio.*] Nota loquendi rationem Livio imprimis familiarem, ut libro I. *Jam inde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat regiam ſtirpem apud ſe educari.* Et alibi frequenter. Plautus Caſina:
Ut vos mihi æquos jam inde principio dicam. Abram.

o noſtris *deeſt in MS.*

bus ° noſtris comparata! ne quis noſtrûm plus quàm unius civitatis eſſe poſſit: (diſſimilitudo enim civitatum varietatem juris habeat neceſſe eſt) ne quis invitus civitate mutetur: neve in civitate maneat invitus. Hæc ſunt enim fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis, ſui quemque juris & retinendi & dimittendi eſſe dominum. Illud verò ſine ulla dubitatione maximè noſtrum fundavit imperium, & populi Romani nomen auxit, quod princeps ille, creator hujus urbis, Romulus, fœdere Sabino docuit, etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere. cujus auctoritate & exemplo numquam eſt intermiſſa à majoribus noſtris largitio & communicatio civitatis. Itaque & ex Latio multi, & Tuſculani, & Lanuvini, & ex ceteris generibus gentes univerſæ in civitatem ſunt receptæ; ut Sabinorum, Volſcorum, Hernicorum: quibus ex civitatibus nec coacti eſſent p civitatem mutare, ſi qui noluiſſent: nec, ſi qui eſſent civitatem noſtram beneficio populi Romani q conſecuti, violatum fœdus eorum videretur.

p civitate mutari *MS.*
q ſecuti *MS.*

r Etenim quæd. *MS.*
ſ except. *deeſt in MS.* P. B.
t civitate *deeſt in MS.*
v Ahalæ *MS.*

32 XIV. r At enim quædam fœdera exſtant, ut Germanorum, Inſubrium, Helvetiorum, 47 Japidum, nonnullorum item ex Gallia Barbarorum, quorum in fœderibus exceptum eſt, ne quis eorum à nobis civis recipiatur. Quòd ſi exceptio facit, ne liceat: ibi neceſſe eſt licere, ubi non eſt exceptum. Ubi eſt igitur ſ exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat t civitate? nusquam. ac ſicubi eſſet; lex id v Gellia & Cornelia, 48 quæ definitè poteſtatem Pompejo civitatem donandi dederat, ſuſtuliſſet. Exceptum eſt, inquit, fœdus, ſiquidem ſacroſanctum eſt. Ignoſco tibi, ſi neque Pœnorum jura calles: (reliqueras enim civitatem tuam:) neque noſtras potuiſti leges inſpicere: ipſæ enim te 49 à cognitione ſua judicio publico repulerunt.

Quid

47. *Japidum.*] *Japydum* videtur ſcribendum. Græci enim Ἰάπυγας dicunt. *F. Urſinus.* Graviter errat Urſinus, alii ſunt Japides, alii Japyges. Hi ſunt in extrema Italia, in tres diviſi populos, in Daunios, Meſſapios, Peucetios; illi ſunt in prima Italia, cum ex Illyride in illam tendimus, ut in præcedenti eſt notatum animadverſione. *Gravius.*

48. *Quæ definitè poteſtatem.*] Hotomanus lib. II. Obſervat. cap. 20. corrigit *indefinitè.* Pall. habent *definitam*, nonnulli etiam *definita.* nam nonus *definita eſt poteſtatem.* vulgara ſatisfacit. *Gruter.*

49. *A cognitione ſua.*] Pantagathus, *a cognitione ſui*, & recte. *Urſin.*

50. In

Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompejo x à Gellio & à Lentulo, conſulibus, lata eſt, [50] in qua aliquid ſacroſanctum y exceptum videretur? Primùm enim ſacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plebesve ſanxiſſet: deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, [51] z aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœnæ, cùm caput ejus, qui contrà facit, conſecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere ejusmodi? [52] Utrùm capitis conſecratione, an obteſtatione legis ſacroſanctum eſſe confirmas? nihil omnino umquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum eſſe dico: de qui- 33

x Gellio & Lent. *alii.*
y except. *deeſt in aliis.*
z & obteſtatione legis *Abram.*

50. *In qua aliquid ſacroſanctum videretur.*] Pantagathus, *in quo aliquid ſacroſanctum lege videretur.* Urſin. Lego cum duobus antiquis libris, uno Fulvii Urſini, altero Maſæjano: *In qua aliquid ſacroſanctum exceptum videretur?* hoc ſenſu ſcriptum eſt in Gellia & Cornelia lege, ut excipiatur, ſi quid ſacroſanctum eſt: (hoc enim infra patet) ipſa tamen lex proprie nihil nominat, quod ut ſacroſanctum excipiat. At excipit, ſi quid ſacroſanctum eſt. Quid tum? non ideo excipit fœdus Gaditanum: quod ſacroſanctum non eſt: cum de eo populus nihil juſſerit. *P. Manut.*

51. *Aut obteſtatione & conſecratione legis aut pœna.*] Ita eſt in vulgatis. Ant. Auguſtinus reponit *pœna* pro *pœnæ*, aliquanto melius: ſed neque hoc plane implet ſenſum. nam infra oſtendit idem eſſe conſecrationem & pœnam, quod ſi eſt, inepte disjunxiſſet, quod eſt idem, enumerando membra ſacroſancti, quæ ſunt tria: genus (quod intelligo materiam religionis) obteſtatio legis (quod eſt aut jusjurandum aut iræ deorum imprecatio) conſecratio pœnæ ſive capitis, quod quid ſit ipſe ſtatim declarat. quare totum hunc locum ita cum Pantagatho legerim: *Aut genere ipſo, aut obteſtatione legis, aut conſecratione pœna cum &c.* ac libentius legerim *ſacroſancta*, quam *ſacranda*, quaſi *ſacra ſancta.* Urſin. *Aut obteſtatione & conſecratione legis.*] Perſpicue mendoſus locus: quem ex iis, quæ ſequuntur, ita reſtituo: *ut obteſtatione legis:* hæc enim interpretatio eſt ad illud, *genere ipſo*, quod vero delemus, *& conſecratione*; id ea ratione facimus, quia de conſecratione ſubjungitur, *aut pœna*, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur: ut idem bis dici non oporteat. duobus enim modis ſanctiones ſacroſanctæ ſunt, aut obteſtatione legis, aut pœna. atque hæc diſtinctio perſpicue cognoſcitur infra, cum ait: *Utrum a capitis conſecratione, an obteſtatione legis ſacroſanctum eſſe confirmas?* Totum igitur locum, ſublatis mendis ſententiam obſcurantibus, ita legendum exiſtimo: *Sanctiones ſacroſancta ſunt aut genere ipſo, ut obteſtatione legis, aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur.* P. Manut.

52. *Utrum a capitis conſecratione.*] Ant. Auguſtinus delet *a*, & recte. *Urſin.*

 53. *Ne-*

quibus etiam ſi latum eſſet, neque legem, [53] neque pœnam latam eſſe, ne quem civem reciperemus: tamen id eſſet, quod populus poſtea juſſiſſet, ratum; [54] neque quidquam illis verbis, ſi quid ſacroſanctum eſſet, eſſe exceptum videretur. de his, cùm populus Romanus nihil umquam juſſerit, quidquam audes dicere ſacroſanctum fuiſſe?

34 XV. Nec verò hæc oratio mea ad [a] infirmandum fœdus Gaditanorum, judices, pertinet. neque enim eſt meum, contra opinionem vetuſtatis, contra jus optimè meritæ civitatis, contra auctoritatem ſenatûs dicere. Duris enim quondam temporibus reipublicæ noſtræ, cùm præpotens terrâ marique Karthago, nixa duabus Hiſpaniis, huic imperio immineret, & cùm [55] duo fulmina noſtri imperii ſubitò, in Hiſpania, Cn. & P. Scipiones, exſtincti occidiſſent: L. [b] Marcius, primipili centurio, [56] cum Gaditanis fœdus [c] iciſſe dicitur. quod cùm magis fide

[a] firmand. *MS.*

[b] Marius *MS.*

P. LXII.

[c] feciſſe *MSS. Grav. alii.*

53. *Neque pœnam latam eſſe, ne quem civem.*] Editio princeps, *gratam vel ratam eſſe.* quod *gratam* exſtat in noſtris mſſ. item Gembl. S. Vict. mutatque Gulielmius in *rogatam.* verba denique ſic transponenda putat: *nihil ad plebem latum eſſe dico; neque legem, neque pœnam rogatam eſſe, ne quem civem reciperemus,* modeſtiore conjectura, addo & veriſimiliore quam Lambini, cujus audacem diligentiam meritò deteſtemur. *Grut.*

54. *Neque quidquam illis verbis, nec ſiquid ſacroſanctum.*] Locus obſcurus, &, ut arbitror, depravatus: & tamen multo melior ex veterum librorum ſcriptura a nobis factus. Hæc verba autem, *nec, ſiquid ſacroſanctum eſſet,* ad illa ſuperiora referenda ſunt. *Exceptum eſt,* inquit, *fœdus ſiquidem ſacroſanctum eſt.* & ad illa, *Quid fuit in ea rogatione, &c. in qua aliquid ſacroſ. videretur?* Porro autem licet etiam legere, *& ſiquid ſacroſanctum eſſet,* ſeu, *&, ſi fœdus ſacroſanctum eſſet,* &c. ſeu deleta copula, *&, ſi fœdus ſacroſanctum eſſet,* &c. eadem ſententia, nam in illo, *nec, ſiquid ſacroſ.* duæ negationes magis negant, more Græcorum. Omnino malim legi, *ſi fœdus ſacroſanctum eſſet, &c.* ſeu, *nec, ſi fœdus ſacroſ. eſſet, &c.* Lamb. *Nihil omnino unquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem, neque legem, neque pœnam, latum eſſe dico: neque quicquam illis verbis, quid ſacroſanctum eſſet, exceptum eſſe videtur, de quibus etiam ſi latum eſſet, ne quem civem reciperemus, tamen id eſſet, quod populus poſtea juſſiſſet, ratum, de his, &c.*] Ita hunc locum legit Pantagathus. *F. Urſinus.*

55. *Duo fulmina noſtri imperii.*] Lambinus *lumina.* malè: certè contra Pall. & quondam excuſos. imò contra Virgilium; cui *Scipiadæ, duo fulmina belli.* Gruter.

56. *Cum Gaditanis.*] Magnam adhibet cautionem in verbis, *dicitur,* & paulo ante *vetuſtatis opinionem.* quia revera non ſtatim poſt necem duorum Scipionum fœdus percuſſum eſt cum Gaditanis,

ſide illius populi, [57] juſtitiâ veſtrâ, vetuſtate denique ipſa, quàm [58] aliquo publico vinculo religionis teneretur: ſapientes homines, & publici juris periti, Gaditani, M. Lepido, Q. Catulo conſulibus, à ſenatu de fœdere poſtulaverunt. Tum eſt cum Gaditanis fœdus vel renovatum, vel ictum. de quo fœdere populus Romanus ſententiam non tulit, qui injuſſu ſuo, nullo pacto poteſt religione obligari.

Ita Gaditana civitas, quod beneficiis ſuis erga [d] rempu- 35
blicam noſtram conſequi potuit, quod imperatorum teſtimoniis, quod vetuſtate, quod Q. Catuli, ſummi viri, auctoritate, quod judicio ſenatûs, quod fœdere, conſecuta eſt: quod publica religione ſanciri potuit, id abeſt. populus enim ſe nuſquam obligavit. neque ideò eſt Gaditanorum cauſa deterior. graviſſimis enim & plurimis rebus

[d] rem noſtram *MS.*

nis, diuque poſt Africani adventum Gades manſerunt in Carthaginenſium poteſtate, ut ea civitas tutum Afris perfugium exhiberet. Asdrubal a Scipione victus apud Livium XXVIII. *Nocte relicto exercitu Gades profugit.* Paulo poſt tamen ad Scipionem: *Perfugæ a Gadibus venerunt, pollicentes urbem Punicumque præſidium quod in ea eſſet, & imperatorem præſidii cum claſſe prodituros eſſe. fide accepta dataque perfugis, & Martius eò cum expeditis cohortibus, & Lælius cum ſeptem triremibus quinqueremi eſt miſſus, ut terra marique communi conſilio rem gererent*, &c. *Sed patefacta immature proditio eſt, comprehenſosque omnes Mago Adherbali prætori Carthaginem devehendos tradit.* Et ita re infecta: *Paucos poſt dies ambo rediere, &c.* Mago juſſus in Italiam trajicere, pecuniam, *quantam potuit a Gaditanis exegit, non ærario modo eorum, ſed etiam templis ſpoliatis, & privatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum conferre*, &c. *Mago cum Gades repetiſſet excluſus, &c. ad colloquium Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus, cum Quæſtore elicuit, laceratosque verberibus cruci affigi juſſit, &c. Poſt Magonis ab Oceani ora diſceſſum Gaditani Romanis deduntur.* Hæc ſparſim e Livio lib. XXVIII. lib. autem XXXII. obſcure meminit fœderis Marciani: *Gaditanis item petentibus remiſſum, ne præfectus Gades mitteretur; adverſus quos iis in fidem populi Romani venientibus, cum Luc. Martio Septimio conveniſſet.* Abram.

57. *Judicia noſtra.*] Placet *veſtra*, ut eſt in manuſcripto. *Urſin.*

58. *Aliquo publico vinculo religionis.*] Aliquo populi Romani juſſu, quo populus uterque religione obligaretur: ut deinde ſacroſanctum fœdus illud eſſet; propterea dicit infra, *veterem illam ſpeciem fœderis Marciani*, pro, imaginem quandam fœderis, non vere fœdus, de quo populus nihil ſanxiſſet. Atque hæc verba tantum ad populum ſpectant. nam de ſenatu non dicitur, *publ. religio*, ſed de populo, de quo paullo poſt: *Quod publica religione ſanciri potuit*, id abeſt. *P. Manut.*

bus eſt fulta. ſed iſti diſputationi certè nihil eſt loci. Sacroſanctum enim nihil poteſt eſſe, niſi quod per populum plebemve [e] ſancitum eſt.

e ſanctum eſt *MSS.*
f P. R. *MS.*
g isdem *MS.*

XVI. QUòD SI hoc fœdus, quod [f] populus Romanus, auctore ſenatu, commendatione & judicio vetuſtatis, voluntate & ſententiis ſuis comprobat, [g] idem ſuffragiis comprobaſſet: quid erat, cur ex ipſo fœdere Gaditanum in civitatem noſtram recipi non liceret? nihil eſt enim aliud in fœdere, niſi, [59] UT PIA ET ÆTERNA PAX ſit. Quid id ad civitatem? Adjunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnibus fœderibus: [60] MAJESTATEM POPULI ROMANI COMITER [h] CONSERVANTO. id habet hanc vim, ut ſit ille in fœdere inferior.

h CONSERVANT, *aut* CONSERVENT *alii.*
i ſervandi *MS.*
k ſileatur *MS.*
P. B.
l digna *MS.*
m *monſtrant* alii.

36 Primùm verbi genus hoc [i] conſervandi, quo magis in legibus quàm in fœderibus uti ſolemus, imperantis eſt, non precantis. Deinde, cùm alterius populi majeſtas conſervari jubetur, de altero [k] ſiletur: certè ille populus in ſuperiori conditione cauſaque ponitur, cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur. In quo erat accuſatoris interpretatio [l] indigna reſponſione, qui ita dicebat, *Comiter* eſſe *communiter:* quaſi verò priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur. — „ *qui erranti comiter* [m] *monſtrat viam*, benignè & non gravatè: *communiter* quidem certè non [n] convenit.

n communiter conv. *alii.*
o velit eſſe ſalvam *Grav.*
p à *deeſt in MS.*

37 Et ſimul abſurda res eſt, caveri fœdere, ut majeſtatem populi Romani communiter conſervent: id eſt, ut populus Romanus ſuam majeſtatem [o] eſſe ſalvam velit. quod ſi jam ita eſſet, ut eſſe non poteſt: tamen de noſtra majeſtate, nihil de illorum caveretur. Poteſtne igitur noſtra majeſtas [p] à Gaditanis benignè conſervari, ſi ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non poſſumus? poteſt eſſe ulla denique majeſtas, ſi impedimur, quo minùs per populum Romanum, beneficiorum, virtutis cauſâ,

59. *Ut pia & æterna pax ſit.*] Halicarnaſſeus lib. VI. refert hæc verba fœderis Latini: Ῥωμαίοις καὶ τὴν Λατίνων πόλεσιν ἁπάσαις εἰρήνη πρὸς ἀλλήλους ἔστω, μέχρις ἂν οὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχωσι. *Romanis & univerſis Latinorum civitatibus pax eſto, quamdiu cælum & terra in eodem ſtatu permanſerint.* XII. Æneidos:

Nulla dies pacem hanc Italiæ, nec fœdera rumpet. Abram.

60. *Majeſtatem populi R.*] *Ut majeſtatem &c.* Pantagathus. *Urſin.*

61. *Omni*

ſā, tribuendorum poteſtatem imperatoribus noſtris deferamus?

XVII. SED QUID ego diſputo, quæ mihi tum, ſi Gaditani contra me dicerent, verè poſſe dici viderentur? illis enim [q] repetentibus L. Cornelium, reſponderem, legem populum Romanum juſſiſſe de civitate tribuenda. [r] huic generi legum fundos populos fieri non ſolere. Cn. Pompejum de conſilii ſententia civitatem huic dediſſe, nullum populi noſtri juſſum Gaditanos habere: itaque nihil eſſe ſacroſanctum, quod lege exceptum videretur. ſi eſſet: tamen in fœdere nihil eſſe cautum, præter pacem. additum etiam eſſe illud, ut majeſtatem illi noſtram conſervare deberent: quæ certè minueretur, ſi aut adjutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non liceret, aut præmii tribuendi poteſtatem nullam haberemus. 38

q referentib. *MS.*

r hoc genere *alii.*

Nunc verò quid ego contra Gaditanos loquar, cùm id, quod defendo, voluntate eorum, auctoritate, legatione ipſa comprobetur? qui à principio ſui generis ac reipublicæ, ab omni ſtudio ſenſuque Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenque flexerunt? quos, cùm maxima bella nobis inferrentur, mœnibus excluſerunt? claſſibus inſecuti ſunt? corporibus, copiis, opibus depulerunt? qui & veterem illam ſpeciem fœderis Marciani ſemper [61] omni [ſ] arce duxerunt ſanctiorem, & hoc fœdere, Catuli ſenatûſque auctoritate, ſe nobiſcum conjunctiſſimos eſſe arbitrati ſunt? quorum mœnia, delubra, agros, [t] ut ipſe Hercules, itinerum ac laborum ſuorum, ſic majores noſtri imperii ac nominis populi Romani terminos eſſe voluerunt? 39

P. LXIII.

ſ Marte *aut* arâ *alii.*

t ut Herc. *MS.*

Te-

61. *Omni ſanctiorem Marte.*] *Arce* pro *Marte* in meo vetuſtiſſimo libro ſcriptum reperitur. quam lectionem etſi tueri facile poſſim, adductis ex oratione pro P. Sulla, pro Domo & aliunde exemplis formulæ loquendi hujusmodi, ob ea tamen quæ præcedunt verba *fœderis Marciani*, vulgatam ſcripturam libenter retineo. *Urſin.* Cum non tantum Fulvii Urſini vetuſtiſſimus liber, ſed & optimus Erfurt. *arce* præ ſe ferant, nullus dubitavi tum Grutero id amplecti. In Franc. eſt *arte*, quamvis alia manus, ſed longe recentior, ad *ar* appoſuiſſet *m*. Exempla, quæ Guilielmius attulit, quibus oſtendit arcem eſſe quodvis firmum monumentum, quod tuetur eos, qui ad eam confugiunt, non ſinunt nos ambigere de veritate hujus ſcriptionis. Si Cicero uſus eſſet vocabulo Marte, & alluſiſſet illo ad Marcii nomen, ut ſentit Manutius & Urſinus, nihil eſſet frigidius, & μειρακιώδους reprehenſionem non poſſet effugere. *Gravius.*

62. *Bru-*

40 Teſtantur & mortuos noſtros imperatores, quorum vivit immortalis memoria & gloria, Scipiones, [62] Brutos, Horatios, Caſſios, Metellos, & hunc præſentem Cn. Pompejum, quem procul ab eorum mœnibus, acre & magnum bellum gerentem, commeatu pecuniâque juverunt: & hoc tempore ipſo populum Romanum, quem in caritate annonæ, ut ſæpe antè fecerant, frumento ſuppeditato, levaverunt: ſe hoc jus eſſe velle, ut ſibi & liberis, ſi qui eximia virtute fuerint, ſit in noſtris caſtris, ſit in imperatorum prætoriis, ſit denique inter ſigna atque in acie locus; ſit his gradibus adſcenſus etiam ad civitatem.

41 XVIII. QUOD SI Afris, ſi Sardis, ſi Hiſpanis, agris ſtipendioque multatis, virtute adipiſci licet civitatem: Gaditanis autem, officiis, vetuſtate, fide, periculis, fœdere conjunctis, hoc idem non licebit: non fœdus ſibi nobiscum, ſed iniquiſſimas leges impoſitas à nobis eſſe arbitrabuntur. Atque hanc, judices, non à me fingi orationem, ſed me dicere, quæ Gaditani judicarint, res ipſa declarat. Hoſpitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos feciſſe publicè dico. proferam teſtes, proferam legatos: excitabo laudatores, [y] quos ad hoc judicium, ſummos homines ac nobiliſſimos, deprecatores hujus periculi, miſſos videtis. re denique [63] multo ante Gadibus [x] inaudita, fore, huic ut ab illo periculum crearetur, [64] graviſſima tum in iſtum civem ſuum Gaditani ſenatusconſulta fecerunt.

P. B.
y quos *deeſt in MS.*
x jam audita *alii.*

Po-

62. *Brutos, Horatios, Caſſios.*] Pro *Horatios* habent *Hortios* libri veteres, unde conjicere quispiam poſſet, *Porcios* ſcribendum eſſe. Ant. Auguſtinus legit *Gracchos*: recte, ſi habet hiſtoriam Gracchi alicujus imperatoris in Hiſpania mortui. *Urſin.*

63. *Multo ante Gadibus inaudita.*] Sic habent omnes, quos vidi, libri veteres. neque dubium cuiquam debet eſſe, quin ita ſit legendum. *inaudita* autem participium eſt, a verbo *inaudio*: nequis putet eſſe compoſitum ex, *in*, &, *auditus*: quod ſignificat, non auditus: ut ſupplicia inaudita, ſcelera inaudita, id eſt, non audita. hoc loco autem, *inaudita*, idem fere valet, quod, audita. quod cum ſcioli non intellexiſſent, ex eo fecerunt, *jam audita*: quod reperitur in libris vulgatis. *Lambinus.*

64. *Graviſſima tum in iſtum civem ſuum Gaditani S. C. fecerunt.*] Vetus liber habet, *Gaditani Senatus convitia fuerunt* Urſin. *Graviſſima Senatus conſulta fecerunt.*] Si obtemperandum libris olim impreſſis ſcriptisque, reſtituendum, *convitia.* neque aliter etiam S. Vict. capiundum autem iſtud non de Balbo, ſed de accuſatore

Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri (quoniam hoc magnopere delectare verbo) ſi tum ſit fundus, cùm ſcita ac juſſa noſtra ſuâ ſententiâ comprobat, quàm cùm hoſpitium fecit, ut & civitate illum mutatum eſſe fateretur, & jus civitatis honore digniſſimum judicaret? potuit certius interponere judicium voluntatis ſuæ, quàm cùm etiam accuſatorem hujus multa & pœna multavit? potuit magis de re judicare, quàm cùm ad veſtrum judicium [y] cives ampliſſimos legavit, teſtes hujus [z] juris, vitæ laudatores, periculi deprecatores? 42

[y] civis *MS.*
[z] vivi *MS.*

Etenim quis eſt tam demens, quin ſentiat, jus hoc Gaditanis eſſe retinendum, ne interſeptum ſit iis iter perpetuò ad hoc ampliſſimum præmium civitatis: & magnopere [a] iis eſſe lætandum, hujus L. Cornelii benivolentiam erga [b] ſuos remanere Gadibus: gratiam & facultatem commendandi in hac civitate verſari? Quis enim [c] noſtrûm eſt, cui non illa civitas ſit hujus ſtudio, cura, diligentia, commendatior? 43

[a] his læt. *MS.*
[b] vos *MS.*
[c] noſtrûm, cui *MS.*

XIX. Omitto, quantis ornamentis populum iſtum C. Cæſar, cùm eſſet in Hiſpania prætor, affecerit, controverſias ſedarit, jura ipſorum permiſſu ſtatuerit; [65] inveteratam quondam barbariam ex Gaditanorum moribus diſciplinaque delerit; ſumma in eam civitatem, hujus rogatu, ſtudia & beneficia contulerit. multa prætereo: quæ quotidie labore hujus & ſtudio, aut omnino, aut certè faciliùs [d] conſequuntur. Itaque & adſunt [e] principes civitatis, & defendunt: amore, ut ſuum [f] civem: teſtimonio, ut noſtrum: officio, [g] ut ex nobiliſſimo civi ſanctiſſimum hoſpitem: ſtudio, ut diligentiſſimum defenſorem commodorum ſuorum.

[d] conſequantur *MS.*
[e] civitates *MS.*
P. LXIV.
[f] civem *delet Gul.*
[g] ut nobiliſſimum *edd. vett.*

Ac, ne ipſi [h] Gaditani arbitrentur, quamquam nullo incommodo afficiantur, ſi liceat eorum cives virtutis cauſâ in noſtram civitatem venire, tamen hoc ipſo inferius eſſe ſuum fœdus quàm ceterorum: conſolabor & hos præſentes viros optimos, & illam fideliſſimam atque amiciſſimam nobis civitatem, ſimul & vos, non ignorantes, judices, admonebo, quo de jure hoc judicium conſtitutum ſit, de eo numquam omnino eſſe dubitatum. Quos igi- 44 45

[h] Gad. *deeſt in MS.*

tore Balbi Gaditano, ut liquet ex capite 14. hæc timidè pono, quia otium non eſt penitius rem indagandi. *Gruter.*

65. *Inveteratam q. barbariam.*] De humanis hoſtiis ſe explicare fatetur Henr. Valeſius ad Excerpta Dionis. *Gronov.*

igitur prudentiſſimos interpretes fœderum, quos p
mos bellici juris, quos diligentiſſimos in exquirend
ditionibus civitatum atque cauſis, [i] eſſe arbitrab
eos profectò, qui jam imperia ac bella geſſerunt.

XX. Etenim, ſi Q. Scævola ille augur, cùm
jure prædiatorio conſuleretur, homo juris periti
conſultores ſuos nonnumquam [67] ad Furium & [l]
lium, prædiatores, rejiciebat: ſi nos [68] de aqua

i eſſe *non eſt in MS.*
k prædiator prædiatori *MS.*
l Caſcellum *alii & MS.*

66. *De jure prædiatorio.*] In Verrem de prætura urban *illa conſuetudo in bonis, prædibus prædiiſque vendendis omni ſulum, Cenſorum, Prætorum, quæſtorum denique, ut optima ne ſit is, cujus res ſit, cujum periculum.* Item: *Prædibus & populo cautum eſt, & ſi non putas cautum, ſcilicet tu prætor, bona, quos voles, immittes?* ubi Aſconius: *Prædes fidejuſſo na prædia prædum ipſorum bona ſatisdationibus obnoxia.* E quid ſit jus prædiatorium facile intelligas. Turnebus A lib. XX, cap. 30: *Prædia dicta, item ut prædes a præſtan ea pignori data, ut publice mancupes præſtent fidem.* Verba ſi ronis IV. de Lingua, quibus ille addit: *Ceterum prædes ex in antiquo lexico. Οἱ ὑπὲρ φόρυ δήμυ ἐνδεδεμένοι. Qui pro v bus populi obligati ſunt. Prædiatores ὠνηταὶ ὑπαρχόντων, qu ſcilicet bona & fortunas emunt. Hinc jus prædiatorium apu nem, quo obligata ſunt bona ærario & populo.* Vide Valeriu lib. VIII, c. 12. pene hæc ipſa Ciceronis verba referente *bram.* Eſt id caput de jure, quod eſt ſancitum de præ bonoprædiis, hoc eſt poſſeſſionibus reipublicæ obligati dicebantur per excellentiam *prædia* & *bonoprædia*, teſte A & *prædiatores* erant, quorum bona erant obſtricta public & *lex prædiatoria* apud Suetonium in Claudio. vide Salma Modo Uſurarum. *Græv.*

67. *Ad Furium & Caſcellium.*] Eſt à Gembl. & Pal. no ceteri *Caſcellum*, quomodo & S. Vict. vulgata *Caſellium.* dum exemplaribus Valerii Maximi lib. VIII. cap. 12. re dum potius *Caſellius.* hocque item aliis argumentis evin cus noſter Pighius, qui videatur in Faſtis ad annum ur ditæ DCXXXIII. *Gruter.*

68. *De aqua noſtra Tuſculana.*] Aquam habuit Orator Tuſculana Crabra nomine, pro qua vectigal pendebat nis. tertia Agraria: *Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal quia a municipio fundum accepi, ſi a Sulla mihi datus eſſet, ge non penderem.* Epiſtola ad Tironem 18, lib. XVI. ad F *Crabra quid agatur, etſi nunc quidem nimium eſt aqua, tame ſcire.* Vide Frontinum de Aquæductibus. Certe fuit in a terius villæ Academiæ felicior, in qua miro divinæ prov dono calidæ & oculis ſalubres repente manare cœperu etiamnum vocantur *balneum Ciceronis.* In quas elegans Tullii epigramma his verbis concluſum:

Ut quoniam totum legitur ſine fine per orbem,

Tuſculana M. Tugionem potiùs quàm C. Aquillium conſulebamus, quòd aſſiduus uſus, uni rei deditus & ingenium & artem ſæpe vincit: quis dubitet de fœderibus & de toto jure pacis & belli [69] omnibus juris peritiſſimis imperatores noſtros anteferre?

Poſſumusne igitur tibi probare auctorem exempli atque facti illius, quod à te reprehenditur, C. Marium? 46
quæris aliquem graviorem? conſtantiorem? præſtantiorem virtute, prudentiâ, religione, æquitate? m Is igitur [70] M. Annium Appium, fortiſſimum virum, ſumma virtute præditum, civitate donavit, cùm Camertinum fœdus ſanctiſſimum atque æquiſſimum ſciret eſſe. Poteſt igitur, judices, L. Cornelius n condemnari, ut non C. Marii factum condemnetur?

m Is igit. non eſt in MS.

n cond. æque aptè, ut non. MS. P. B.

Exſiſtat ergo ille vir o parumper cogitatione veſtra, quoniam re non poteſt: ut conſpiciatis eum mentibus, quem oculis non poteſtis. dicat, ſe non imperitum fœderis, non rudem exemplorum, [71] non ignarum belli fuiſſe: [72] ſe P. Africani diſcipulum ac militem: ſe ſtipendiis, ſe legationibus bellicis eruditum: ſe, ſi tanta bella legiſſet, quan- 47

o parum per cogitationem MS.

· *Sint plures oculis qua medeantur aqua.* Vide Plinium libro XXXI, cap. 2. *Abram.*

69. *Omnibus juris peritiſſimis.*] Vetus liber, *hominibus juris peritiſſimis.* Urſin.

70. *M. Annium, Appium.*] Appium, prænomen eſſe, nemo ignorat: itaque vel, *Apulum*, vel *Papum*, legendum puto, quamquam, cum hunc Appium fuiſſe Camertem conſtet, rectius puto, *Papum*, aut aliquid ſimile. Auctor eſt Valerius Max. lib. v. cap. 2. non hunc unum, ſed duas Camertium cohortes a Mario civitate donatas, confirmat Plutarchus, qui mille Camertes nominat. quo ſimul intelligitur, quingentos in cohorte milites fuiſſe. *P. Manut.*

71. *Non ignarum belli fuiſſe.*] Pal. nonus, *neque ignarum.* Gembl. *non æquè ignarum*, unde faciundum fortaſſis, inquit Gulielmius, *non denique ignarum &c.* Gruter.

72. *Se P. Africani diſcipulum.*] Scipionis Æmiliani. Valerius lib. VIII. cap. ultimo. Marius, *cum apud Numantiam ſub eo Scipione duce ſtipendia equeſtria mereret, & forte inter cœnam quidam Scipionem interrogaſſet, ſi quid illi accidiſſet, quemnam reſp. æque magnum habitura eſſet Imperatorem, reſpiciens ſe ſupra ipſum* Marium, *cubantem, vel hunc dixit.* Vide Plutarchum. Legatus autem fuit bello Jugurthino Qu. Metelli Numidici, bello Italico P. Rutilii Rufi. Septies etiam Conſul fuit. Quod ait, *Si tanta bella legiſſet, quanta geſſit & confecit, ſi tot Conſulibus meruiſſet, quoties ipſe Conſul fuiſſet.* Credo legendum *quoties ipſe Conſul fuit.* Sed vix a me impetro novitatem. *Abram.*

73. *Pan-*

p & *deeſt in MS.* quanta geſſit [p] & confecit: ſi tot conſulibus meruiſſet; quoties ipſe conſul fuiſſet, omnia jura belli perdiſcere ac noſſe potuiſſe: ſibi non fuiſſe dubium, quin nullo fœdere à republica bene gerenda impediretur: à ſe ex conjunctiſſima atque amiciſſima civitate fortiſſimum quemque q Fulginatium *alii.* eſſe delectum: neque [q] Iguvinatium, neque Camertium fœdere eſſe exceptum; quo minùs eorum civibus à populo Romano præmia virtutis tribuerentur.

48 XXI. ITAQUE, cùm [73] paucis annis poſt hanc civi- r ſi acerr. *MS.* tatis donationem [r] acerrima de civitate quæſtio, Licinia & Mucia lege, veniſſet: num quis eorum, qui de fœderatis civitatibus eſſet civitate donatus, in judicium eſt ſ Poletinus *MS.* vocatus? nam [ſ] Spoletinus [t] L. Matrinius, unus ex iis, t T. Macrinus *alii.* quos C. Marius civitate donaſſet, dixit cauſam ex colonia Latina, in primis firma & illuſtri. [74] quem cùm diſertus homo L. Antiſtius accuſaret, Spoletinus dixit, fundum populum Spoletinum non eſſe factum. videbat enim, populos de ſuo jure, non de noſtro, fundos fieri ſolere; ſed, cùm lege Appuleja coloniæ non eſſent deductæ, qua v detulerat *J. F. Gron.* lege Saturninus C. Mario [v] tulerat, ut in ſingulas colonias ternos cives Romanos facere poſſet, negabat hoc beneficium, re ipſa ſublata, valere debere.

49 Nihil habet ſimilitudinis iſta accuſatio: ſed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, ut non per L. Craſſum, affinem ſuum, hominem incredibili eloquentia, ſed paucis ipſe verbis cauſam illam gravitate ſua defenderit & P. LXV. probarit. Quis enim eſſet, judices, qui imperatoribus noſtris, in bello, in acie, in exercitu, delectum virtutis; qui ſociis, qui fœderatis, in defendenda republica noſtra ſpem præmiorum eripi vellet? Quòd ſi vultus C. Marii, ſi vox, ſi ille imperatorius [75] ardor oculorum, ſi recentes trium-

73. *Paucis annis poſt.*] Legem de civitate tulerunt Luc. Licinius Craſſus & Q. Mutius Scævola, anno urbis conditæ DCLVIII. Marius cum Cimbris pugnavit quinto ſuo conſulatu DLII. quamvis alii uno anno tardius ponunt horum Conſulatum, totamque adeo Chronologiam. Quicquid ſit, ſex annis lata lex Licinia Mutia poſt Camertes a Mario civitate donatos. *Abram.*

74. *Quem cum diſertus homo L. Antiſtius accuſaret, Spoletinus dixit fundum populum Spoletinum non eſſe factum.*] Pantagathus ingenioſe hunc locum ita reſtituit: *Quem cum diſertus homo L. Antiſtius accuſaret, iſtud ei non dixit, fundum Spoletinum populum non eſſe factum.* Urſin.

75. *Ardor oculorum.*] Peculiaris in Mario fuit ardor oculorum. Min-

triumphi, ſi præſens valuit adſpectus: valeat auctoritas, valeant res geſtæ, valeat memoria, valeat fortiſſimi & clariſſimi viri nomen æternum. ſit hoc diſcrimen inter gratioſos cives atque fortes, ut illi vivi fruantur opibus ſuis: horum, etiam mortuorum, (ſi quiſquam hujus imperii defenſor mori poteſt) vivat auctoritas immortalis.

XXII. QUID? Cn. Pompejus, pater, rebus Italico bello maximis geſtis, P. Cæſium, equitem Romanum, virum bonum, x qui vivit Ravennæ, fœderato ex populo, nonne civitate donavit? quid? cohortes duas univerſas y Camertium? 76 quid? Heracleinſium legionem, P. Craſſus, vir ampliſſimus, ex ea civitate, quacum propè ſingulare fœdus Pyrrhi temporibus, C. Fabricio conſule, ictum putatur? quid? Maſſilienſem Ariſtonem Sulla? quid? quoniam de Gaditanis agimus, 77 idem heros novem Gaditanos? quid? vir ſanctiſſimus, & ſumma religione ac modeſtiâ, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum? quid? hic, qui z adeſt, à quo hæc, quæ ego nunc percurro, ſubtiliſſime ſunt omnia perpolita, M. Craſſus, non 78 Aletrinenſem fœderatum civitate donavit, homo a tum gra-

x virum Ravennatem *MS.*
y Cameratium *MS.*
z abeſt *MS.*
a cum *MS.*

Minturnenſes Marium necare decreverant, miſerantque Cimbrum equitem qui rem tranſigeret. Is ſtricto gladio ad eum ingreſſus eſt, cum locus in quo erat eſſet obſcurior. Plutarchus: *Λέγεται τὰ μὲν ὄμματα τοῦ Μαρίου, φλόγα πολλὴν ἐκβάλλοντα τῷ στρατιώτῃ φανῆναι, φωνὴν δὲ μεγάλην ἐκ τοῦ ἐπισκίου γενέσθαι· Σὺ δὴ τολμᾷς, ἄνθρωπε, Γάϊον Μάριον ἀναιρεῖν; ἐξῆλθεν οὖν εὐθὺς ὁ βάρβαρος φυγῇ, καὶ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ καταβαλὼν ἐχώρει διὰ θυρῶν, τοῦτο μόνον βοῶν, Οὐ δύναμαι Γάϊον Μάριον ἀποκτεῖναι.* *Ajunt oculos Marii copioſam flammam emittentes militi apparuiſſe, magnamque vocem ex tenebroſo loco emiſſam. Tunc etiam, o homo, audes C. Marium interficere? Fuga ſe ſtatim proripuit barbarus, abjectoque in medium gladio per fores erupit, hoc ſolum inclamans, Non poſſum C. Marium occidere.* Abram.

76. *Heraclienſium legionem.*] Quidam legunt, *Heraclienſem Alexam*, & paulo poſt: *idem prætor*, pro *idem Heros.* Fuit autem Heraclea Tarentinorum colonia, ut ait Livius lib. VIII. de qua pro Archia 6: *Venit Heracleam, quæ cum eſſet civitas æquiſſimo jure ac fœdere.* Idem. *Quid? Heraclienſum legionem &c.*] Locus deſperatus. nam editio vetus; *Quid Eracliſina lex? At P. Craſſus*, quomodo & Pall. præter nonum, in quo, *Quid derade ſe malexat P. Craſſus.* S. Vict. *Quid Heracles imalexam P. Craſſus.* Gruter.

77. *Idem Heros IX. Gaditanus.*] Vetus liber, *Idem Prætor LX. Gaditanos.* Urſin.

78. *Aletrinenſem.*] Pal. ſec. *Avernienſem.* ſec. *Avenienſem.* nonus *Avennenſem.* S. Vict. *Avennienſem.* Grut. Sane nec Cluverio ſe probat hoc ἐθνικὸν, vel ideo, quia Cicero alibi ſolitus dicere

Ale-

gravitate & prudentiâ præſtans, tum vel nimiùm parcus in largienda civitate?

51 Hic tu Cn. Pompeji beneficium, vel potius judicium & factum, infirmare conaris, qui fecit, quod C. Marium feciſſe audierat: fecit, quod P. Craſſum, quod L. Sullam, quod Q. Metellum, quod denique domeſticum auctorem, patrem ſuum, facere viderat? neque verò in uno Cornelio id fecit. nam & [b] Gaditanum Haſdrubalem ex bello illo Africano, & [79] Mamertinos [c] obvios, & quoſdam Uticenſes & Saguntinos [d] fabros, civitate [e] donavit. Etenim, cùm ceteris præmiis digni ſunt, qui ſuo labore & periculo noſtram rempublicam defendunt: tum certè digniſſimi ſunt, qui civitate ea donentur, pro qua pericula ac tela ſubierunt. Atque utinam, qui ubique ſunt propugnatores hujus imperii, poſſent in hanc civitatem venire, & contrà oppugnatores reipublicæ de civitate exterminari! Neque enim ille ſummus poëta noſter Hannibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorum, voluit eſſe, „ [80] *Hoſtem qui feriet, erit*, inquit, *mihi*

b Gaditanos *MS.* P. B.
c Obbios *Grut. conj.*
d Fabios *MS.*
e donavit *non eſt in MS.*

Aletrinatem. Et ſane omnia alia oppidorum vocabula, unde cives in hoc loco citantur, ſunt remotiora ab Roma quàm eſt Aletrium. Itaque, quum neque ſcripti codices eam vocem confirment, cogitandum jure de alia urbe, ut forſan fuerit *Avenionenſem* vel *Aventicenſem*, quod poſtremum ut lectioni ſcriptæ proximum præfero. Et nota urbs Aventicum apud Helvetios. In citatione Gruteri agnoſcis apertum lapſum. *Gron.*

79. *Et Mamertinos Ovios.*] Sic hunc locum emendat Bucananus, cum in libris omnibus vulg. & manuſcr. quos quidem viderim, ita legatur: *Nam & Gaditianum Aſdrubalem ex bello Africano, & Mamertinos obvios, & quoſdam Uticenſes & Saguntinos fabros civitate donavit.* his autem verbis ſuam emendationem probat Bucananus. Vox, *obvios*, hic proculdubio locum non habet. Neque dubito, quin pro eo ſubſtituendum ſit, *Ovios.* Oviorum enim familia in primis clara erat apud Campanos, ut ex T. Livii libro IX. & ex hiſtoria belli Punici ſecundi facile intelligi poteſt. Porro Mamertini, coloni erant Campanorum. nam Campani milites Meſſanam in præſidium miſſi, veteribus incolis expulſis, ſeſe Mamertinos dixerunt, ut ſcribit Polybius libro I. Itaque non mirum, ſi multa veterum e Campania familiarum nomina ibi reſtiterint, quale Oviorum. ab ove enim multæ veteribus cognomento appellatæ fuerunt familiæ, ut, præter eam, quam dixi, apud eoſdem Campanos *Offilii*, pro, *Ovilii*, & Romæ, *Ovivii*, & Fabius *Ovicula*, & in Pelignis Ovidii, quod ab ὀϊδίον declinatum videtur. *Lambinus.*

80. *Hoſtem qui feriet.*] Pantagathus totum hunc locum ita legit: *Hoſtem qui feriet mihi erit, inquit, Carthaginienſis, quiſquis erit* ci-

mihi Karthaginienſis, *Quisquis erit*, [f] *cujatis*: etſi id habent [f] *civitatis MSS.*
hoc leve & ſemper habuerunt. [81] Itaque & cives undi-
que fortes viros adſciverunt, & hominum ignobilium vir-
tutem perſæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt.

XXIII. HABETIS imperatorum ſummorum & ſa- 52
pientiſſimorum hominum, clariſſimorum virorum, inter-
pretationem juris ac fœderum: dabo etiam judicum,
qui huic quæſtioni præfuerunt: dabo univerſi populi Ro-
mani: dabo [g] ſanctiſſimum etiam judicium ſenatûs. Ju- [g] *& ſapientiſſimum jud. Græv. MS.*
dices cùm præ ſe ferrent palàmque loquerentur, quid
eſſent lege Papia de M. [h] Craſſo, Mamertinis repetenti-
bus, judicaturi: Mamertini, publicè ſuſceptâ cauſâ, de- [h] *Caſſio alii.*
ſtiterunt. Multi, in civitatem recepti ex liberis fœderatis-
que populis, [i] ſunt liberati: nemo umquam eſt de civita- [i] *ſunt lib. non eſt in vett. edd.*
te accuſatus, quòd aut populus fundus factus non eſſet,
aut quòd fœdere civitatis mutandæ jus impediretur.

Audebo etiam hoc contendere, numquam eſſe con- 53
demnatum, quem conſtaret ab imperatore noſtro civi-
tate donatum. Cognoſcite nunc populi Romani judicium,
multis rebus interpoſitum, atque in maximis cauſis e
ipſa atque uſu comprobatum. Cum Latinis omnibus fœ-
dus ictum, Sp. Caſſio, Poſtumio Cominio, conſulibus, P. LXVI.
quis ignorat? quod quidem nuper in columna [k] ænea [k] *ahenea MS.*
meminimus poſt Roſtra inciſum & perſcriptum fuiſſe.
Quomodo igitur L. [l] Coſſinius Tiburs, pater hujus equi- [l] *Caſſ. alii.*
tis Romani, optimi atque ornatiſſimi viri, [82] damnato

T.

civis: *at illi & id habent hodie, & ſemper habuerunt.* Urſin. *Hoſtem qui feriet, erit, inquit, mihi Carthag.*] Hæc eſt ſcriptura edd. obſoletarum, item Pall. nec non Gembl. ac S. Vict. neque verbum adjectum emphaſi ſua; neque vocum trajectio gratia caret, occultato verſu longo, quem Cicero intexere ne alienum quidem orationi, niſi rariſſimè, ſolet. *Gulielmius.* Grut.

81. *Itaque & ſibi undique fortes viros.*] Satis feliciter (non enim dicam ingenioſe) hunc locum reſtitui. Nam cum & lectio vulgata: *Itaque & cives undique fortes viros, &c.* me ſemper hic offendiſſet, & in uno libro manuſcr. reperiſſem ſcriptum, *civi undique*: ego, qui & ſcirem, *v*, pro, *b*, librarios illos ſcribere interdum ſolitos, & viderem, ſententiam, ut *ſibi* legatur, poſtulare, ex, *civi*, feci, *ſibi*. Lamb. Nulla opus mutatione, Carthaginienſes cives adſciverunt undique, hoc eſt jure civitatis donarunt viros fortes. Juſtinus XXII, 1, de Agathocle: *Cum Syracuſas conceſſiſſet, adſcitusque in civitatem inter incolas eſſet, civitatis jus eſſet conſecutus.* Græv.

82. *Damnato Cœlio.*] *C. Ælio* Pantagathus, ut puto, ex hiſtoria. *Urſin.*

83. *An*

T. Cœlio; quomodo ex eadem civitate T. Coponius, civis item ſumma virtute & dignitate (nepotes T. & C. Coponios noſtis) damnato C. Maſſone civis Romanus eſt
54 factus? An linguâ & ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit: manu & virtute non potuit? anne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit: de hoſtibus non [m] licebit? an, quod adipiſci poterunt dicendo, id eis aſſequi pugnando non [m] licebit? [83] an [n] accuſatori majores noſtri majora præmia quàm [o] bellatori eſſe voluerunt?

[m] licebat *MS.*

[n] accuſatorum *MS.*

[o] bellatorum *id. MS.*

XXIV. Quòd si acerbiſſima [84] lege Servilia principes viri, ac graviſſimi & ſapientiſſimi cives, hanc Latinis, id eſt fœderatis, viam ad civitatem populi juſſu patere paſſi ſunt: neque in his eſt hoc reprehenſum Licinia & Mucia lege, cùm præſertim [p] genus ipſum accuſationis, & nomen ejusmodi præmium, quod nemo aſſequi poſſit, niſi ex ſenatoris calamitate, neque ſenatori, neque bono cuiquam nimis jucundum eſſe poſſet: dubitandum fuit, quin, quo in genere judicum præmia rata eſſent, in eodem judicia imperatorum valerent? num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur aut Servilia lege, aut ceteris, quibus Latinis hominibus erat propoſitum aliqua ex re præmium civitatis?

[p] hoc genus *MS.*

55 Cognoſcite nunc judicium ſenatûs, quod ſemper eſt judicio populi comprobatum. [85] Sacra Cereris, judices, ſumma majores noſtri religione confici cæremoniâque voluerunt: quæ cum eſſent aſſumpta de Græcia, & per Græ-

83. *An accuſatori majores noſtri majora præmia quam bellatori eſſe voluerunt.*] Erfurt. *An accuſatores maiores noſtri majora præmia quàm bellatorum eſſe voluerunt.* Scribendum: *An accuſatoris majores noſtri majora præmia quam bellatorum eiſſe voluerunt.* Grævius.

84. *Lege Servilia.*] Judiciis a Senatu ad equeſtrem ordinem translatis, C. Gracchus divilerat popolum Romanum, & bicipitem ex una fecerat civitatem, ut ait Florus lib. III, cap. 17: *Equidem Servilius Cæpio, Senatum Livius Druſus aſſerere, &c. Druſus plebem ad ſe Gracchanis legibus, eisdem ſocios ad plebem ſpe civitatis erexit.* contra Servilius legem tulit acerbiſſimam de civitate ſociis neganda. Nam, ut ait Epitome Livii lib. VII: *Cum deinde promiſſa ſociis civitas pr‧itari non poſſet, irati Italici defectionem agitare cœperunt.* vide Appianum 1. Civil. *Abram.*

85. *Sacra Cereris &c.*] Imprimis huc faciunt quæ habet Dionyſ. Lib. I. c. 33. Antiq. Ἱδρύσαντο δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν, καὶ τὰς θυσίας αὐτῇ διὰ γυναικῶν τε καὶ νηφαλίους ἔθυσαν, ὡς Ἕλλησι νόμος, ὧν οὐδὲν ὁ καθ' ἡμᾶς ἤλλαξε χρόνος. quibus adde obſervata Illuſtr. Spanhemii ad Callim. Hymn. in Cererem vſ. 43. *Verburg.*

86. *Men-*

Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes, & Græca q omnia nominata: ſed cùm illam, quæ Græcum illud ſacrum monſtraret & faceret, ex Græcia deligerent: tamen ſacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales ſcientia peregrina & externa, [86] mente domeſtica & civili precaretur. Has ſacerdotes video fere aut Neapolitanas aut Velienſes fuiſſe, fœderatarum ſine dubio civitatum. Mitto vetera: proxima dico: ante civitatem Velienſibus datam, de ſenatûs ſententia C. Valerium Flaccum, prætorem urbanum, nominatim ad populum de r Calliphana Velienſe, ut ea civis Romana eſſet, tuliſſe. Num igitur aut fundos factos [87] Velienſes, aut ſacerdotem illam civem Romanam factam non eſſe, aut fœdus & à ſenatu & à populo Romano violatum ſ arbitrabimur?

q ominâ MS. P. 8.

r Calliphiniana MS.

ſ arbitrabamur. MS.

XXV. INTELLIGO, judices, in cauſa aperta miniméque dubia, multo & plura & à pluribus peritiſſimis eſſe dicta, quàm res poſtularet, ſed id factum eſt, non ut vobis rem tam perſpicuam dicendo probaremus, verùm ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus: quos ut accuſator incenderet, ut aliqui ſermones hominum, alienis bonis mærentium, etiam ad veſtras aures permanarent, & in judicio ipſo redundarent, idcirco illa [88] in omni parte orationis ſuæ arte 56

86. *Mente domeſtica precaretur.*] Ita omnes vett. non *precarentur*, quomodo nuper vulgati. videturque & paullò ante legendum *confieri*, loco *conſici*, cùm exſtet in Pal. nouo *conficere*. ſed & ubi habemus *Græca omnia nominarentur*, monet liber S. Victoris aliàs ſcribi *omina*. oppido bene. *Grut.*]

87. *Velienſes.*] Velia Græca urbs fuit, & colonia Phocenſium. Nam ut ait Hyginus apud Gellium lib. X. cap. 16. Servio Tullio Romæ regnante: *Qui ab Harpalo Regis Cyri præfecto ex terra Phocide fugati ſunt, alii Veliam, partim Maſſiliam condiderunt.* Civitas autem Velienſibus data videtur bello ſociali, paulo poſt Gracchi necem. Vide Valerium loco citato, Tullium Verrina citata. Ideo autem hæc ſacra, quibus raptus Liberæ, ut dictum eſt, per dies XL. plangebatur, externa ſcientia, per ſacerdotes e Græcia arceſſitas faciebant, quia, ut auctor eſt Dionyſius Halic. lib. II: Ἑορτὴ παρ' αὐτοῖς οὐδεμία μελανείμων, ἢ πένθιμος κοπετοὺς ἔχουσα, καὶ θρήνους γυναικῶν ἐπὶ θεοῖς ἀφανιζομένοις. *Feſtum apud eos nullum eſt quod cum atra veſte & luctuoſa, cum planctibus & lamentis mulierum, propter Deorum abitionem celebretur.* Nolo plura de Ceteris ſacris. vide Firmicum & Arnobium locis jam ante laudatis, item Palæphatum de Cerere ejusque ſacris fuſe diſſerentem, Clementem Alexandrinum in Protreptico. *Abram.*

88. *In omni parte orationis ſua arte adſpergi.*] Vocem, *arte*, na-

arte adſpergi videbatis: tum pecuniam L. Cornelii, [89] quæ neque invidioſa eſt, &; quantacumque eſt, ejusmodi eſt; [90] ut conſervata magis quàm correpta eſſe videatur: tum luxuriam, quæ non crimine aliquó [t] libidinis ſed communi maledicto notabatur: tum Tuſculanum, quod Q. Metelli fuiſſe meminerat & L. Craſſi: Craſſum emiſſe de libertino homine, [v] Soterico Marcio: ad Metellum [x] perveniſſe de Venonii Vindicii bonis non tenebat: ſimul illud neſciebat, prædiorum nullam eſſe gentem: emptionibus ea ſolere ſæpe ad alienos homines, ſæ-

t criminis *MS.*

v Soceri *MS.*

x perv. deberet *MS.*

tam eſſe ex nomine, *parte*, docti quidam ſuſpicantur, neque putant eſſe Ciceronis. Alii legendum exiſtimant, ut habent nonnullæ editiones, *in omni parte orationis ſumma arte adſpergi vid.* Lamb. Si recentiores editiones *ſumma* hauſerunt ex bono codice, laudo. Sed vereor ne ex correctoris ingenio manaverit hæc ſcriptura. Nam omnes editiones ante Hervagianam anni 1540. ſcribunt, ut primæ, *orationis ſua arte aſpergi*, (unde poſtea refinxerunt *ſumma*) aut, quod eſt in Erfurtenſi MS. & P. Victor. editione, *orationis ſua arte aſpergi.* quod omnino ferri poteſt. Eſt enim *arte* inſidioſe, ſingulari quadam aſtutia, ut *arte bella tractare* apud Juſtinum 8.: *Hic aperte, ille artibus bella tractabat.* & Tacitus Agricola: *At Britanni non virtute, ſed occaſione & arte ducis victi.* ſc. ſe victos eſſe, hoc eſt dolo, ſtratagemate. *Gravius.*

89. *Quæ neque invidioſa eſt.*] Magna & copioſa, ut Lyricus *invidendam aulam* dixit, & alibi:

Cur invidendis poſtibus & novo
Sublime ritu moliar atrium.

Contra Græci ἄφθονον dixerunt. Quanta porro fuerit Cornelii pecunia, illud indicio eſſe poteſt, quod refert Dio libro XLVIII. *Et eorum qui Conſules tum fuerunt fuit Lucius Cornelius Balbus, qui adeo omnes qui tum vivebant homines divitiis & animi magnitudine ſuperavit, ut moriens ſingulis Romanis viginti quinque drachmas legaverit.* Id eſt, unum aureum Romanum. *Abram.*

90. *Ut conſervata magis quam corrupta.*] *Conflata* Pantagathus pro *corrupta*: & recte, ut mihi videtur. *Urſin.* Recentiores editiones multæ poſt Hervagianam & Lambinianam *correpta.* Sed MSS. & editi primus, Mediol. Aſcenſ. Cratand. P. Vict. omnes *corrupta.* Sed quoniam Lambinus in margine notat, *correpta* eſſe ex veteri codice, & ſententia id flagitet, nec enim quicquam ad *corrupta* tuendum faciunt quæ attulit Abramius exempla. Nihil enim illa notant aliud, quam naturale vitiatum eſſe addito aliquo deteriore: retinui hanc vocem. Eſt enim *corripere pecuniam*, ut multis in locis apud Tullium noſtrum, pecuniam, ſive publicam ſive alienam, quæ ad nos non pertinet, intercipere, & in privatos uſus convertere, ac in noſtras arcas converrere. *Gravius.*

ſæpe ad infimos, non legibus, [91] tamquam tutelas, pervenire.

Objectum eſt etiam, quòd in tribum Cruſtuminam pervenerit: quod hic aſſecutus eſt legis de ambitu præmio, minùs invidioſo, quàm qui legum præmiis prætoriam ſententiam & prætextam togam conſequuntur. Et [92] adoptio y Theophani agitata eſt: per quam Cornelius, nihil eſt, præterquàm propinquorum ſuorum hereditates, aſſecutus. P. LXVII. 57

y *ita MSS. alii* Theophanti, *aut* Theophanis

XXVI. QUAMQUAM iſtorum animos, qui ipſi Cornelio invident, non eſt difficillimum mitigare. more hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis z vellicant: non illo a inimico, ſed hoc maledico dente carpunt. Qui amicis L. Cornelii aut inimici ſunt, aut invident, hi ſunt huic multo vehementiùs pertimeſcendi. nam huic quidem ipſi quis eſt umquam inventus inimicus? aut quis jure eſſe potuit? quem bonum non coluit? cujus fortunæ dignitatique non conceſſit? Verſatus in intima familiaritate hominis potentiſſimi, in maximis noſtris malis atque diſcordiis neminem umquam alterius rationis ac partis non re, non verbo, non vultu denique offendit. fuit hoc ſive meum, ſive reipublicæ fatum, [93] ut in b me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. non modò non exſultavit in ruinis veſtris c noſtriſque diſcordiis Cornelius: ſed omni officio, lacrymis, operâ, conſolatione, omnes, me abſente, meos ſublevavit. 58

z idcirco *MSS.* in circo *Grut. conj.*

a inimico *Lamb.* inimicos *MS.*

b me omnis *alii.*

c *ita Lamb. alii* veſtriſque.

Quorum ego teſtimonio ac precibus munus hoc d meritum huic, &, ut à principio dixi, juſtam & debitam gratiam refero: ſperoque, judices, ut eos, qui principes fuerunt conſervandæ ſalutis aut dignitatis meæ, diligitis & 59

d meritò *edd. vett.*

91. *Tanquam tutelas pervenire.*] Hotomanus interponendum putat, *tutelas ad agnatos pervenire* lib. xx. Obſervat. cap. 20. *Grut.*

92. *Adoptio Theophanis agitata eſt.*] Ut ex opibus invidia concitaretur. Hic Theophanes Mytilenæus fuit libertus Pompeji Magni, apud quem gratiâ plurimum valuit, adoptavit Balbum, heredemque fecit. ideo Cornelius Balbus Theophanes appellatus eſt, auctore Capitolino in Balbino. *P. Manut.* *Adoptio Theophanis.*] Vide de hoc pro Archia cap. 10. Tacitum VI. Annalium 18. & ipſum Ciceronem, qui ſcribit Balbum Gaditanum a Theophane Mitylenæo fuiſſe adoptatum primo Julii Cæſaris conſulatu. lib. VII. ad Atticum epiſt. 6. *Abram.*

93. *Ut in me omnis illa inclinatio.*] *In me unum* Pantagathus. *Urſin.*

e hac fac. *MS.* & caros habetis, ſic quæ ab [e] hoc pro facultate hujus, pro loco facta ſunt, & grata eſſe vobis & probata. Non igitur à ſuis, quos nullos habet, ſed à ſuorum, qui & multi & potentes ſunt, urgetur inimicis: quos quidem P. B. heſterno die Cn. Pompejus copioſa oratione & gravi f *ita MS.* *alii* imperito, *aut* improbo. ſecum, ſi vellent, contendere jubebat. ab hoc [f] impari certamine atque injuſtâ contentione avocabat.

XXVII. Et erat æqua lex, & [g] nobis, judices, 60 atque omnibus, qui noſtris familiaritatibus implicantur, g vobis *MS.* vehementer utilis, ut noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus, amicis noſtrorum inimicorum temperemus. Ac, ſi mea auctoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet, cùm me præſertim rerum varietate atque uſu ipſo h eam perd. *MS.* [h] jam perdoctum viderent: etiam ab illis eos majoribus discordiis avocarem. [94] id enim contendere mihi de republica, cùm id defendas, quod eſſe optimum ſentias, & fortium virorum, & magnorum hominum ſemper putavi: neque huic unquam labori, officio, muneri defui. ſed contentio tamdiu ſapiens eſt, quamdiu aut proficit aliquid, aut, ſi non proficit, non obeſt civitati.

61 Voluimus quædam, contendimus, experti ſumus: obtenta non ſunt. dolorem alii, nos luctum mæroremque ſuſcepimus. Cur ea, quæ mutare non poſſumus, convellere malumus quàm tueri? [95] C. Cæſarem ſenatus & genere ſupplicationum ampliſſimo ornavit, & numero dierum novo. Idem in anguſtiis ærarii victorem exercitum ſtipendio affecit: imperatori decem legatos decrevit,

94. *Id enim contendere mihi videtur e Rep. cum id defendas quod eſſe optimum ſentias: & id fortium virorum & magnorum hominum ſemper putavi.*] Aliter hic locus legitur in manuſcriptis, & multo, ut mihi videtur, melius: *Ita enim contendere de Rep. ut id defendas, quod eſſe optimum ſentias, & magnorum hominum & fortium virorum ſemper putavi.* Urſin. Erfurtenſis: *Id enim contenderem de republica.* Vero ſimillima eſt emendatio F. Urſini, *ita enim contendere de rep.* & cum id hauſerit ex MSS. merito amplectitur hanc ſcripturam. *Cum* tamen non auſus ſum immutare in *ut*, quia Palatini, &c, quos ego inſpexi, libri refragantur, nec id reſpuit ſententia. *τὸ id* bis poſitum eſſe a Tullio, paucis verbis interpoſitis, non ego credo. *Gravius.*

95. *C. Cæſarem ſenatus & genere ſupplicationum ampliſſ. ornavit, & numero dierum novem.*] In Venetis: *dierum XV.* Atqui hic dierum numerus memoratur in ſecundo Commentario illius; in ſeptimo vero, cognitis rebus a Cæſare geſtis Romæ dierum xx. ſupplicationem indictam, legitur. *Camerar.*

96. Lo-

vit, 96 lege Sempronia ſuccedendum non [i] cenſuit. Harum ego ſententiarum & princeps & auctor fui: neque me diſſenſioni meæ priſtinæ putavi potiùs aſſentiri, quàm præſentibus reipublicæ temporibus 97 & concordiæ convenire. Non idem aliis videtur. ſunt fortaſſe in ſententia firmiores. reprehendo neminem: ſed aſſentior non omnibus: neque eſſe inconſtantis puto, ſententiam aliquam, tamquam aliquod navigium atque curſum, ex reipublicæ tempeſtate moderari.

i ceſſavit MS.

Sed ſi qui ſunt, quibus infinitum ſit odium, in quos ſemel [k] ſuſceptum ſit, quos video eſſe nonnullos: cum ducibus ipſis, non cum comitatu aſſectatoribusque [l] confligant. Illam enim fortaſſe pertinaciam nonnulli, virtutem alii putabunt: hanc verò iniquitatem omnes cum aliqua crudelitate conjunctam. Sed, ſi certorum hominum mentes nulla ratione placare, judices, poſſumus: veſtros quidem animos certè confidimus, non oratione noſtra, ſed humanitate veſtra eſſe placatos. 62

P. LXVIII.

k ſuſpectum MS.

l confligunt MS.

XXVIII. Quid enim eſt, cur non potiùs ad ſummam laudem huic, quàm ad minimam fraudem, Cæſaris familiaritas valere debeat? cognovit adoleſcens: placuit homini prudentiſſimo: in ſumma amicorum copia cum familiariſſimis [m] ejus eſt adæquatus in prætura: 98 in conſulatu præfectum fabrûm detulit: conſilium [n] ho- 63

m etiam eſt MS.

96. *Lege Sempronia.*] *Trebonia* Pantagathus ingenioſe ex hiſtoria; quamvis *Sempronia* verior lectio ſit. Tulit autem A. Trebonius Tr. pl. Pompejo & Craſſo II. Coſ. ut Cæſari imperium in Gallia in aliud quinquennium, quam quod ei Vatinia lege conceſſum erat, prorogaretur: ita Trebonius ſenatui ſucceſſoris mittendi poteſtatem ademit. Dio lib. XXXIX. *Urſin.*

97. *Et concordiæ convenire.*] Convenientius huic loco cenſeo *inſervire* quam *convenire*. & ſic Tullium ſcripſiſſe puto. *Gravius.*

98. *In conſulatu præfectum fabrûm detulit.*] *Præfecturam fabrûm* eſt in antiquo libro, & ita olim Pantagathus emendavit. *Urſin.* *Præfectum fabrûm detulit.*] Malim omnino, *præfecturam fabrûm*, etſi ſcio deferri ſolitos in beneficiis ad ærarium eos, qui bene de rep. in provincia meriti eſſent, ut præfectos, tribunos mil. & contubernales, ut in ep. ad Meſcinium lib. v. ſed ii deferebantur a proconſulibus ex provincia reverſis: Cæſar autem adhuc in Gallia bellum gerebat. utra tamen opinio doctis & ingenioſis hominibus magis probetur valde non laboro. venit enim in mentem, cum Cæſar Balbi operâ in urbe multis in rebus egeret, dimiſiſſe eum, & publicis ad ſenatum populumque Romanum litteris teſtimonium ejus & virtutis, & fidei dediſſe. *P. Manut.* Male hunc locum emendare ſtuduit Urſinus, & pejus eum ex-

 po-

n hominum *MS.*

n hominis probavit, fidem eſt complexus: officia obſervantiamque dilexit. fuit hic multorum illi laborum ſocius aliquando: eſt fortaſſe nunc nonnullorum particeps commodorum. quæ quidem ſi huic obſuerint apud vos, non intelligo, quod bonum cuiquam ſit apud tales viros profuturum.

o *alii* deferri. *MS.* proferri.

p ſed hujus *MS.*

q *alii* ſed de per. *contra MSS.* P. B.

r ſi Sulla, ſi Craſſus *MS.*

64 Sed, quoniam C. Cæſar abeſt longiſſimè, atque in iis eſt nunc locis, quæ regione, orbem terrarum; rebus illius geſtis, imperium populi Romani definiunt: nolite, per deos immortales! judices, hunc illi acerbum nuntium velle o perferri, ut ſuum præfectum fabrûm, ut hominem ſibi cariſſimum & familiariſſimum, non ob ipſius aliquod delictum, ſed ob ſuam familiaritatem veſtris oppreſſum ſententiis audiat. Miſeremini ejus, qui non de ſuo peccato, p ſed de hujus ſummi & clariſſimi viri facto; non de aliquo crimine, q ſed periculo ſuo, de publico jure diſceptat: quod jus ſi Cn. Pompejus ignoravit, ſi M. Craſſus, ſi Q. Metellus, ſi Cn. Pompejus pater, r ſi L. Sulla, ſi L. Craſſus, ſi C. Marius, ſi ſenatus, ſi populus Romanus, ſi, qui de re ſimili judicarunt, ſi fœderati populi, ſi ſocii, ſi illi antiqui Latini: videte, ne utilius vobis & honeſtius ſit illis ducibus errare quàm hoc magiſtro erudiri. Sed, ſi de certo, de perſpicuo, de utili, de probato, de judicato vobis jure eſſe conſtituendum videtis: nolite committere, ut in re tam inveterata
99 quidquam novi ſentiatis. Simul & illa, judices, omnia ante oculos veſtros proponite: primùm eſſe omnes etiam poſt mortem reos, clariſſimos illos viros, qui fœderatos civitate donarunt: deinde ſenatum, qui perſæpe hoc judicavit: populum, qui juſſit: judices, qui approbarunt. tum etiam illud cogitatote; ſic vivere ac vixiſſe Cornelium,

poſuit Abramius. Uterque perdidit operam. *Detulit* hic non eſt accuſavit, ſed in beneficiis detulit ad ærarium, detulit Cæſar tam cum Pro-prætore fuiſſet in Hiſpania, quam in Pro-conſulatu in Gallia, quod & alios ſenſiſſe Manutius prodidit, nec tamen ipſe valde probat, Balbum fuiſſe præfectum fabrûm, qui erat honor & commendatio illorum hominum, qui deferebantur ad ærarium, ut rectè J. Fr. Gronovius notavit lib. III. de Pec. Vet. cap. ult. Sic *deferre* apud eundem Ciceronem v. ad Famil. epiſt. 20: *Quod ſcribis de beneficiis, ſcito a me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe.* Grævius.

99. *Quicquam novi ſentiatis.*] *Conſeatis* Pantagathus. *Urſin.*

lium, ut, cùm omnium peccatorum quæſtiones ſint, non de vitiorum ſuorum pœna, ſed de virtutis præmio in judicium vocetur. Accedat etiam illud, ut ſtatuatis hoc judicio, utrùm poſthac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus, an ornamento eſſe malitis. Poſtrèmò illud, judices, fixum in animis veſtris tenetote, vos in hac cauſa non de maleficio L. Cornelii; ſed de beneficio Cn. Pompeji judicaturos.

M. TULLII CICERONIS P. B.

IN

L. CALPURNIUM PISONEM,

ORATIO NONA ET TRICESIMA.

ARGUMENTUM.

ARgumentum hujus orationis breve admodum eſt. nam cum revocati eſſent ex provinciis Piſo & Gabinius ſententiâ Ciceronis, quam dixerat de Provinciis Conſularibus, Lentulo & Philippo Coſſ. reverſus in civitatem Piſo de inſectatione Ciceronis in ſenatu conqueſtus eſt, & in eum invectus; fiduciâ maxime Cæſaris generi, qui tum Gallias obtinebat. Piſoni Cicero reſpondit hac oratione. Aſconius. [Habita A. V. C. DCXCVIII.]

Fragmenta principii ab Aſconio ſervata.

CIRCA VERS. A PRIMO *.

* Quod minimum ſpecimen in te ingenii. ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi; qui colore ipſo pa-

ASCONIUS.

HÆc oratio dicta eſt Cn. Pompeio Magno II. M. Craſſo II. Coſſ. ante paucos dies quam Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum à ſe factum dedicavit. hoc intelligi ex ipſius Ciceronis verbis poteſt, quæ in hac oratione poſuit. Dixit enim ſic: *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi.* Feneſtella quidem poſuit hanc inter eas orationes, quas dixit

patriam aſpernaris, oratione genus, moribus nomen (a).

CIRCA VERS. A PRIMO LXXX.

Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde ſe is ortum gloriari ſolet: neque enim hoc mea natura fert: nec municipii, præſertim de me optime meriti, dignitas [a] patitur (b).

a patitur deeſt in MS.

PAU-

A S C O N I U S.

Cicero L. Domitio, Appio Claudio Coſſ. ultimam. Sed, ut ego ab eo diſſentiam facit primum, quòd Piſo reverſus eſt ex provincia Pompejo & Craſſo Coſſ. Gabinius Domitio & Appio; hanc autem orationem dictam ante Gabinii reditum ex ipſa manifeſtum eſt: deinde, quod magis naturale eſt, ut in ipſo recenti reditu invectus ſit in Ciceronem, reſponderitque inſectationi ejus, qua revocatus erat ex provincia, prius quàm poſt anni intervallum. apparet autem Ciceronem reſpondiſſe Piſoni. in ſumma, cum dicat in ipſa oratione Cicero, inſtare magnificentiſſimos apparatiſſimosque ludos, non video quo modo hoc magis Domitio & Appio Coſſ. dictum ſit, quibus conſulibus nulli notabiliores ludi fuerunt quam Pompejo & Craſſo: quo anno Pompejus exquiſitiſſimis magnificentiſſimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit.

(a) Tametſi hæc oratio ſic inſcribitur, *In L. Piſonem:* tamen non puto vos ignorare, hunc Piſonem ex ea familia eſſe, quæ Frugi appellata ſit: & ideo dicit aſpernari eum moribus nomen.

(b) Magnopere me hæſitare confiteor, quid ſit, quare Cicero Placentiam municipium eſſe dicat. video enim in annalibus eorum, qui Punicum bellum ſecundum ſcripſerunt, tradi, Placentiam coloniam deductam pridie Cal. Jan. primo anno ejus belli, P. Cornelio Scipione, patre Africani, Ti. Sempronio Longo Coſſ. Neque illud dici poteſt, ſic eam coloniam eſſe deductam, quemadmodum poſt plures ætates Cn. Pompejus Strabo, pater Cn. Pompeji Magni, transpadanas colonias deduxerat. Pompejus enim non novis colonis eas conſtituit, ſed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut poſſent habere jus, quod ceteræ Latinæ coloniæ; id eſt, ut petendi magiſtratûs gratiâ civitatem Romanam adipiſcerentur.

Placentiam autem ſex millia hominum novi coloni deducti ſunt: in quibus equites deducendi fuit cauſa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiæ tenebant.

Deduxerunt triumviri P. Cornelius Aſina, P. Papirius Maſo, Cn. Pompejus, ſive Cn. Cornelius Scipio. eamque coloniam IIII deductam eſſe invenimus. Deducta eſt autem Latina.

Duo porro genera earum coloniarum, quæ à populo Romano deductæ ſunt, fuerunt.

Erant enim aliæ, quibus jus Italiæ dabatur: Aliæ item quæ Latinorum eſſent.

De ſe autem optime meritos Placentinos ait, quòd illi quoque honoratiſſimâ decreta erga Ciceronem fecerant, certaverantque in ea re cum tota Italia, cum de reditu ejus actum eſt.

(c) Hic

PAULO POST,

De avo Piſonis paterno.

Hic cum ad Padum Placentiæ forte conſediſſet, paucis poſt annis in eam civitatem (nam tum erat civitas) aſcendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi cœptus eſt (*c*).

CIRCA VERS. A PRIMO *

Lautiorem pater tuus ſocerum [1] quam C. Piſo * in illo luctu * non ei filiam meam collocavi, quem ego, poteſtas cum omnium fuiſſet, unum potiſſimum delegiſſem (*d*).

I. * * Jamne vides, bellua, jamne ſentis, quæ ſit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur, [2] Syrum, ne-

ASCONIUS.

(*c*) Hic quoque dicit civitatem fuiſſe. ab eadem perſuaſione ponit Placentiam municipium fuiſſe. Avum autem Piſonis primo *Gallum* fuiſſe ideo ait, quòd veniſſe eum in Italiam dicit trans Alpes; *Gallicanum*, quòd in Italia conſederit; *Semiplacentinum*, poſtquam aſcitus ſit à Placentinis; quod multo poſt ea tempora fuit, quibus Placentia colonia deducta eſt.

(*d*) Quis fuerit ſocer Piſonis patris ſupra dixit his verbis: *Inſuber quidam fuit, idem mercator & præco, is, cum Romam cum filia veniſſet, adoleſcentem nobilem Cæſonium, hominis furaciſſimi filium, auſus eſt appellare. filiam collocavit.* Calventium ajunt eum appellatum, patris Piſonis, contra quem hæc oratio eſt, ſocerum. Rutilium Attilium Nudum Feneſtella tradit. Cicero filiam poſt mortem Piſonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex partu deceſſit.

---

1. *Quam C. Piſo * in illo luctu: non ei filiam meam.*] In Aſconio meo manuſcripto poſt *C. Piſo* eſt lacuna vacua minime duarum triumve vocum: ut & poſt illa verba *in illo luctu* eſt lacuna unius vocis. *Gravius.*

2. *Syrum.*] Servis nomina ex natione imponebant, ut Lydo & Syro: inquit Strabo lib. VII. & Donat. in Terent. *Hetom.* Syri nomen plerumque pro ſervo uſurpatur a natione. Sic apud comicos ſervum Syri nomine reperias. huc pertinet quod Cic. lib. II. de Orat. M. Ciceronis avi, ni fallor, ſui dictum refert: *Noſtros homines ſimiles eſſe Syrorum venalium: ut quisque maxime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum.* & oratione de Provinciis Conſular. *Syris & Judæis nationibus natis ſervituti.* Xenophon certe lib. II. de factis & dictis Socratis inter nationes ſervituti natas Syros etiam numeravit. talis ille a Juvenale Sat. I. deſcribitur:

Natus ad Eufratem, molles quod in aure feneſtræ
Arguerint, licet ipſe neget.

Et de Syris proprie Sat. VI.

——— *longorum vehitur cervice Syrorum.*

neſcio quem, [3] de grege [4] noviciorum, factum eſſe conſulem. non enim nos color iſte ſervilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, [5] hic in fraudem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, [6] induxit. pauci iſta

Martialis lib. X. ep. 76.

Civis non Syriave Parthiave,
Nec de Cappadocis eques cataſtis.

Abram.

3. *De grege.*] Gregem per contemptum appellat. Juvenalis de Ægyptiis Sat. VI.

Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo
Plangentis populi currit latrator Anubis.

Et Sat. IX.

——— *& duo fortes*
De grege Myſorum. ———

Item Sat. I.

Cum populum gregibus comitum premat hic ſpoliator
Pupilli proſtantis.

Poſt reditum in Senatu non Syrum, ſed Cappadocem dixit, *Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres.* Idem.

4. *Novitiorum.*] Novitius venalitius dicitur, qui recens alicunde advenerit. qualis a Juvenali Sat. I. deſcribitur:

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Alphenus Jureconſultus tradit, *Eſſe purum putum valde purum, ſicut novum novitium dicimus, & proprium propitium, augere atque intendere volentes novi & proprii ſignificationem.* Id Aulus Gellius lib. VI. Noct. Attic. cap. 5. reprehendit, quam bene judicet lector: *Id etiam mirum fuit, quod novitium per augendi figuram dictum exiſtimavit: cum ſit, ſed quod a novo dictum inclinatumque ſit.* Porro novitii nomen etiam Plautus in Captivis ſervo conjunxit:

Recens captum hominem nuperum & novitium.

Vide Quintilianum lib. VIII. cap. 9. *Et venales, novitios.* Martianus D. de Publicanis, lege 15. *Veterana mancipia ſunt, quæ anno in urbe ſervierunt: novitia autem intelliguntur, quæ anno nondum ſervierunt.* Notandus etiam Venuleji locus D. de Ædilitio edicto, lege 65. *Idem.*

5. *Hic in fraudem homines impulit.*] Veneti *in errorem*, quorum utrum de altero fluxerit dictu difficile. *Camer.* *Hic in errorem homines impulit.*] Pro *in errorem*, in uno quidem libro ſcriptum, in alio autem emendatum eſt, *in fraudem*, atque illæmet duæ dictiones infra poſitæ poſt *fefellit*, in duobus libris ſcriptis (tres autem ex noſtra privata Bibliotheca habebamus præ manibus) non habentur: quare totum locum ita legimus, *hic in fraudem homines impulit, hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit.* Faërnus.

6. *Induxit.*] Delendum curavi hoc totum, *in fraudem*, quod libri

iſta tua lutulenta vitia noveramus; pauci tarditatem ingenii, ſtuporem debilitatemque linguæ. numquam erat audita vox in foro: numquam periculum factum conſilii: nullum non modò illuſtre, ſed ne notum quidem factum aut militiæ, aut domi. obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil, præter colorem.

Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſinè re- 2
pulſa aſſecutum? mihi iſta licet de me vera cum gloria prædicare. omnes enim honores populus Romanus [7] mihi ipſi, homini novo, detulit. Nam, tu cùm quæſtor es factus, etiam qui te numquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Ædilis es factus. Piſo eſt à populo Romano factus, non iſte Piſo. Prætura item majoribus delata eſt tuis. noti erant illi mortui: te vivum nondum noverat quiſquam. Me cùm quæſtorem in primis, [8] ædilem priorem, prætorem primum cunctis ſuf- P. LXXX.
fragiis populus Romanus faciebat: homini ille honorem, non generi; moribus, non majoribus meis; virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebat.

Nam quid ego de conſulatu loquar? parto vis, anne 3
geſto? Miſerum me! [9] cùm hac me nunc peſte atque labe confero? ſed nihil comparandi cauſâ loquar: [10] ac tamen ea, quæ ſunt longiſſimè disjuncta, [b] comprehendam. Tu conſul es renuntiatus (nihil dicam gravius quàm quod omnes fatentur) impeditis reipublicæ temporibus, [11] diſ-

b comprendam MS.

bri vulgati habent ante, *induvit.* & ſupra, ubi libri vulgati habent, *in errorem impulit*, ibi, ſecutus manuſcriptos, juſſi excudi, *in fraudem impulit.* Lamb.

7. *Mihi ipſi, homini novo.*] Non diſplicet veteris libri ſcriptura, *mihi ipſi non nomini.* Urſin.

8. *Ædilem priorem.*] Quæ ad ædilitatem tum plebejam tum curulem ſpectant multi diligentiſſime ſunt executi, præſertim Pighius ad annum CCIX. agens de ædilitate plebeja libro II. Annalium, & lib. IV. ad annum CCCXXCVII. de Curuli. Duos vero tantum fuiſſe Ædiles curules cuivis etiam indocto compertum eſt. quare hic non immoramur. *Abram.*

9. *Cum hac me peſte.*] Ex omnibus libris poſt *me* interpone adverbium *nunc*, ut ſit, *cum hac me nunc peſte*; & poſt pauca ubi eſt, *quin ii a quibus dicebare conſul*, pro *ii* legendum *iis*; & dicto *quin* transferenda poſt *conſul.* Faërnus.

10. *Ac tamen ea quæ ſunt &c.*] Turnebus libro XX. cap. 15. malebat, *attamen*; quod in contextum recepit Lambinus. *Gruter.*

11. *Diſ-*

[11] diſſidentibus conſulibus Cæſare & Bibulo, cùm hoc non recuſares, [c] quin ii, à quibus dicebare conſul, [d] te luce dignum non putarent, niſi nequior quàm Gabinius exſtitiſſes. Me cuncta Italia, me [12] omnes ordines, me univerſa civitas non priùs tabellâ quàm voce priorem conſulem declaravit.

c iis *MS.*
d quin te *id. MS.*

4 II. SED OMITTO, ut ſit factus uterque noſtrûm. Sit ſanè Fors domina campi. magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus conſulatum, quàm quemadmodum ceperimus. [e] Ego Kalendis Jan. ſenatum & bonos omnes legis Agrariæ maximarumque largitionum metu liberavi. ego agrum Campanum, ſi dividi non oportuit, conſervavi: ſi oportuit, melioribus auctoribus reſervavi. (e) ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XL. annis

e Ergo *MSS. duo.*

ASCONIUS.

(e) CIRCA VERS. A PRIMO CCLXX. *Ego in C. Rabirio, perduellionis reo,* XL *annis ante me conſulem interpoſitam ſenatûs auctoritatem ſuſtinui contra invidiam atque defendi.*] Poſſit aliquis credere, lapſum memoriâ Ciceronem, qui dicat, XL annis ante ſe conſulem factum eſſe S. C. adverſus L. Apulejum Saturninum tribunum plebis: cum XXXVI. anni à C. Mario & L. Valerio Flacco conſulibus numerentur. ſed hic non ſubtilis computatio annorum facta, verum ſummatim tempus comprehenſum eſt: & perinde accipiendum, ac ſi dixerit, *prope* XL. *annis.* hæc enim conſuetudo eſt ipſius Ciceronis: itaque idem in ea quoque, quam habuit in Catilinam in ſenatu, cum octavus decimus dies eſſet, poſteaquam factum S. C. ut viderent conſules, ne quid reſpublica detrimenti caperet, dixit: *Vigeſimum jam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis, habemus enim S. C. veruntamen incluſum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum.*

---

11. *Diſſidentibus conſulibus Cæſare & Bibulo.*] Vide Vellejum Paterculum lib. II. *Bibulus collega Cæſaris cum actiones (& præſertim leges agrarias de agro Campano plebi dividendo) ejus magis vellet impedire quam poſſet, majore parte anni domi ſe tenuit, quo facto dum augere vult invidiam, collega auxit potentiam.* unde natum eſt illud epigramma quod refert Suetonius:

Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

Suetonium in Julio, Dio libro XXXVIII. Appianus II. Civilium, & paſſim alii conſulantur. *Abram.*

12. *Omnes ordines.*] Senatorius, equeſter, plebejus. tamen a M. Manilio libro ultimo quatuor ordines numerantur:

Utque per ingentem populus deſcribitur urbem,
Præcipuumque patres retinent, & proximum equeſter
Ordo locum, populumque equiti, populoque ſubire
Vulgus iners videas.

Vbi

is ante me conſulem interpoſitam ſenatûs auctoritatem ſtinui contra invidiam atque defendi. ego [13] adoleſcentes onos & fortes, ſed uſos ea conditione fortunæ, ut, ſi eſſent magiſtratus adepti, reipublicæ ſtatum convulſuri viderentur, meis inimicitiis, nullâ ſenatûs malâ gratiâ, coitiorum ratione privavi.

[14] Ego Antonium collegam, cupidum provinciæ, [15] multa in republica molientem, patientiâ atque obſequio meo mitigavi. ego provinciam Galliam, ſenatûs uctoritate, exercitu & pecuniâ inſtructam & ornatam, P. B. [16] quam cum Antonio communicavi, quòd ita exiſtimabam

---

ibi per *vulgus iners* capite cenſos intelligit. eos videlicet qui ob paupertatem in ſextam claſſem rejecti a bello vacabant. Vide Dionyſium IV. Romanarum Antiquitatum. *Abram.* Hinc inſcriptio epiſtolæ Lepidi apud Cic. X, 35: *Lepidus Imp. it. Pont. Max. Senat. pop. pl. Q. R. S. D.* hoc eſt, *Lepidus Imperator iterum Pontifex Maximus Senatui populo plebique Romanæ ſalutem dicit.* Omiſſus eſt equeſter ordo, qui in aliis additur. Martialis:

Dat populus, dat gratus eques, dat thura ſenatus
Et ditant Latias tertia dona tribus.

hoc eſt plebem. *Gravius.*

13. *Adoleſcentes bonos & fortes.*] Marianorum proſcriptorum filios: quibus ne capere magiſtratus liceret Sullæ lege ſancitum erat. ea lex usque ad Cæſarem dictatorem ſervata eſt. Cæſar Panſam, proſcripti filium, conſulem deſignavit. *P. Manut.*

14. *Ego Antonium collegam.*] Culpam in Antonio conjurationis aliquam fuiſſe ipſe Cicero, qui reum defenderat, oratione pro Sextio confitetur. *Atque*, inquit, *de Antonio nihil dico præter unum, nunquam illum in illo ſummo timore ac periculo civitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipſo ſuſpicionem, aut inficiando tollere, aut diſſimulando ſedare voluiſſe.* Quod autem legibus Agrariis aliisque novis rebus ſtuduerit, tum ex Plutarcho in vita Tullii de Catilina: *Spem magnam conceperat fore, ut Conſulatum gereret cum Antonio, qui per ſe quidem neque ad bonum, neque ad malum dux eſſe, ſed alteri incipienti opem & poteſtatem addere potuiſſet.* De damnatione Antonii pluribus II. Philipp. *idem.*

15. *Multa in rep. molientem.*] Ex omnibus libris ſcriptis lege *multaque*, & ſequenti folio, pro *compitalitiorum*, lege *compitaliorum*: & pro *Fuſia*, *Fuſia*; & ſic ſemper: ſicut etiam infra, *Fufidium* non *Fuſidium.* Faërnus. *Multa in rep. molientem.*] Studentem legibus Agrariis, & Catilinæ, ut vel Decemvir fieret per leges Agrarias, vel per Catilinam novis tabulis confectis ære alieno ſe liberaret. *Abram.*

16. *Quam cum Antonio communicavi.*] Nihil diſcrepant libri veteres. propugnat tamen Lambini *commutavi*, Hotomanus lib. VIII. Obſervat. cap. 7. *Gruter.*

17. *Tem-*

bam [17] tempora reipublicæ ferre, in concione depoſui; reclamante populo Romano. Ego L. Catilinam, cædem ſenatûs, interitum urbis, non obſcurè, ſed palàm molientem, egredi ex urbe juſſi: ut, à quo legibus non poteramus, mœnibus tuti eſſe poſſemus. Ego tela, extremo menſe conſulatus mei intenta jugulis civitatis, de conjuratorum nefariis manibus extorſi. Ego faces jam accenſas ad hujus urbis incendium comprehendi, protuli, [f] exſtinxi.

f extinxi *MS.*

6 III. ME Q. Catulus, princeps hujus ordinis & auctor publici conſilii, frequentiſſimo ſenatu, parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clariſſimus, qui [g] propter te ſedet, L. Gellius, his audientibus, [18] civicam coronam deberi à republica dixit. Mihi togato ſenatus, non ut multis bene geſtæ, ſed ut nemini, conſervatæ [h] reipublicæ, ſingulari genere ſupplicationis, deorum immortalium templa

g juxta *MS.*

h reip. teſtimonium dedit, & ſing. *Lamb. ed.*

17. *Tempora reipublicæ ferre.*] Vid. epiſt. 11. libro Famil. v: *Mea enim*, inquit, *rationes ita tulerunt, atque ejus mei conſilii majorem in dies ſingulos fructum voluptatemque capio. Illud dico, me ut primum in concione provinciam depoſuerim, ſtatim quemadmodum eam tibi traderem cogitare cœpiſſe.* Plutarchus cauſam exponit, quod Antonius propter æris alieni magnitudinem Catilinariis conſiliis implicabatur. *Hotom.*

18. *Civitam coronam deberi a populo Romano dixit.*] Ex noſtris codd. hoc eſt, Memm. ſic repoſuimus nam vulgati, a quibus non diſcrepat exemplum a Faërno emendatum, habent, *deberi a rep.* Videtur autem A. Gellius lib. V, c. 6. hæc ſpectaſſe, ubi ita ſcribit, *Hac corona civica L. Gellius, vir cenſorius, in ſenatu Ciceronem conſulem donandum a populo Romano cenſuit.* Ex quibus verbis quidam hic legi volunt, *vir cenſorius*, pro, *vir clariſſimus.* Lambin. *Civicam coronam deberi a republ.*] Vide Gellium cap. 6, lib. V, Noct. Attic. & de Corona Civica, Plinium lib. XVI, cap. 4: *Civica ilignea primo fuit, poſtea magis placuit ex eſculo Jovi ſacra, variataque in hoc cum quercu eſt.* & Plutarchum in Romanis problemat. nonageſimum primum hoc proponit. De cauſis & conditionibus requiſitis vide Senecam de Clementia, & Plinium lib. XVI, cap. 4. & Maſſurium Sabinum apud Gellium, qui videtur adverſari Gellio, ſed a Plinio facit, quod ut tum idem ait lib. VII, cap. 27. tum Polyhiſtor. cap. 6. M. Sergius, *a Thraſimeno, Trebia, Ticinoque coronas civicas retulit.* & quod *Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam*, quibus prælijs hoſtes loco potiti ſunt. Dionyſius lib. x. Luc. Siccium, vel ut Plinius & Solinus appellant, Sicinium Dentatum, ita loquentem inducit: Τεσσαρεσκαίδεκα μὲν στεφάνους πολιτικοὺς, οἷς ἀνέδησάν με οἱ σωθέντες ἐν ταῖς μάχαις ὑπ' ἐμοῦ. *Quatuordecim civicas coronas, quibus me ſervati cives in prælio coronarunt.* Abram.

fecit. (*f*) Ego cùm in concione, abiens magiſtra-
:re à tribuno plebis prohiberer, quæ conſtitue-
ùmque is mihi tantummodo ut jurarem permit-
ine ulla dubitatione juravi, rempublicam atque
bem meâ unius opera eſſe ſalvam.
populus Romanus univerſus illa in concione non 7
.ei gratulationem, ſed æternitatem immortalita-
donavit, [19] cùm meum jusjurandum tale atque
, juratus ipſe, una voce & conſenſu approbavit.
ıidem tempore is meus domum fuit è foro redi-
tus,

ASCONIUS.

:IRCA VERS. A PRIMO CCC. *Ego cum in concione, abiens u, a tribuno pl. dicere prohiberer ea, qua conſtitueram, cum is ummodo jurare permitteret, ſine ulla dubitatione juravi, rem- atque hanc urbem meâ unius operâ eſſe ſalvam.*] Diximus :a, à Q. Metello Nepote tribuno pl. Ciceronem conſu- untem prohibitum eſſe concionari de rebus, quas in eo ıtu geſſit.

ım meum jusjurandum.] Cum meum jusjurandum eo con- cepit, ut ipſe juraret meâ unius operâ ſalvam eſſe rem- n, meque proinde haudquaquam pejerare. Duo repe- : tempora, quibus magiſtratus jurejurando fidem obliga- terum cum initio magiſtratus IN LEGES jurarent, alte- n magiſtratum deponerent. de priore Livius libro primo quartæ: *Cajus Valerius Flaccus, quem præſentem* Ædilem *it, quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat, ma- ı autem plus quinque dies, niſi qui juraſſet in leges, non lice- e.* Subdit de fratre ipſius Flacci, qui pro fratre juravit. eriore non obſcure Tullius hoc loco, & Plutarchus in vi- :onis innuens jusjurandum, ab iis qui magiſtratum depo- conceptum fuiſſe more majorum: *Cæſarem Prætorem, Me- & Beſtiam Tribunos, qui magiſtratum ineuntes paucis diebus m Cicero abiret Conſulatu, non permiſerunt ei habere concionem, ıſtris tribunalia ponentes non ſinebant loqui, ſed tantummodo ut de magiſtratu juraret, & mox deſcenderet, & ille his con- ıs, tanquam juraturus adſcendit, factoque ſilentio juravit, non , ſed proprium quoddam & novum jusjurandum, ſuâ operâ pa- imperium eſſe ſervatum, quod jurejurando excepit populus uni-* Quæ ideo placuit verbatim exſcribere, quòd viderentur n circumſtantias ad cognitionem hiſtoriæ neceſſarias con- vide epiſt. 2, lib. V. ad Familiares. Patrii autem & re- ore majorum jurisjurandi formulam Plinius Junior in Pa- o ſic expreſſit: *Itaque & abiturus Conſulatu juraſti te nihil ges feciſſe.* Vide auctorem ibidem de priore Conſulum ju- lo fuſiſſime juxta & pulcherrime differentem. Herodia- IV. *Deſerunt per ſacram viam, & in veteri foro locant, ubi rum Magiſtratus abjurant.* Abram.

20. *Lu-*

tus, ut nemo, niſi qui mecum eſſet, civium eſſe in numero videretur. Atque ita eſt à me conſulatûs peractus, ut nihil ſine conſilio ſenatûs, nihil non approbante populo Romano, egerim: ut ſemper in Roſtris curiam, in ſenatu populum defenderim: ut multitudinem cum prin-
P. LXXXI. cipibus, equeſtrem ordinem cum ſenatu conjunxerim. Expoſui breviter conſulatum meum.

8 IV. AUDE nunc, ô furia, de tuo dicere: (g) cujus fuit initium 20 ludi Compitalitii, tum primùm facti 21 poſt L. Metellum & Q. Marcium conſules, contra au-

ASCONIUS.

(g) CIRCA VERS. A PRIMO CCCXX. *Cujus fuit initium ludi Compitalitii*] Dicit de ludis Compitalitiis, quos Q. Metellus fieri vetuit.

---

20. *Ludi Compitalitii.*] Feſtus Pompejus: *Compitalia Feſta, quæ in compitis peragebant.* Gloſſæ: *Compitalia* Θεῶν ἀγυιαίων ἑορταὶ αἱ γενόμεναι ἐν τοῖς τριόδοις ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς. *Feſta Diis viarum præſidibus ſacra, in compitis celebrari ſolita a mortuorum affinibus.* Per hos autem Θεοὺς ἀγυιαίους viarum præſides lares intelligit, quibus compitalia ſolebant celebrari. Feſtus in voce pilæ: *Pilæ & effigies viriles & muliebres ex lana compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod hunc diem feſtum eſſe Deorum inferorum, quos vocant lares, putarent, quibus tot pilæ, quot capita ſervorum; tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & eſſent his pilis & ſimulacbris contenti.* Ante quem Varro lib. V. de Lingua Latina: *Compitalia dies attributus Laribus.* Nævius apud Feſtum v. *Penis*, ut ſequar Scaligeri lectionem:

Theodotum compella, qui aris compitalibus
Sedens in cella circumtecta tegetibus
Lares ludentes peni pinxit bubulo.

De Laribus vide quæ dicta ſunt in Vatinianam. & II. Philipp. Nunc quod ad rem ſpectat, Senatus Qu. Metello, Q. Marcio Conſſ. eam ob cauſam videtur ludos Compitalitios ſuſtuliſſe, quod cum proxime Italia bellis ſervilibus arſiſſet, providendum fuit, ne ſervi ad eos ludos & ſacrificia convenirent, neve inde nova conſpirationis occaſio naſceretur. Solitos enim fuiſſe ſervos hujuſmodi ſacrificiis adhiberi ex Dionyſio libro IV. compertum eſt: *Deinde per omnia compita mandavit, ut vicinia ſacella lignea dedicarent Geniis Compitalibus, & quotannis eis ſacra facerent, conferentibus liba ſingulis domibus. Sacrificiis qui Compitalium tempore pro vicinis ſacra facerent, non ingenuos, ſed ſervos adeſſe & miniſtrare voluit: quaſi Geniis illis gratum eſſet ſervorum miniſterium. quod feſtum noſtra quoque ætate Romani agitant, paucis diebus poſt Saturnalia ſumma cum veneratione ac magnificentia, & Compitalia a compitis appellant.* Abram. Sicut Faërnus in ſuis reperit *Compitalii*, ſic & legitur in Aſconio MS.

21. *Poſt L. Metellum & Q. Marcium Coſſ.*] Eſt à P. Manutio, ſive

auctoritatem hujus ordinis: (*h*) quos Q. Metellus (facio injuriam fortiſſimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, [22] cum hac importuna bellua conferam) ſed ille deſignatus conſul, cùm quidem tribunus plebis ſuo auxilio [23] magiſtros ludos contra ſenatusconſultum facere juſſiſſet, privatus fieri vetuit: atque id, quod nondum poteſtate poterat, obtinuit auctoritate. [24] Tu,

ASCONIUS.

(*h*) *Quos Q. Metellus (facio injuriam fortiſſimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hac civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) ſed ille deſignatus Conſul, cum quidam tribunus pl. ſuo auxilio magnos ludos contra S. C. facere juſſiſſet, privatus fieri vetuit: atque id, quod nondum poteſtate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cum calendis Jan. Compitalitiorum dies incidiſſet, Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuiſſet, ludos facere & prætextatum volitare paſſus es.*] L. Cæcilio, Q. Marcio Coſſ. [*in MS. Gravii legitur* L. Julio, C. Mario] quos & ipſe Cicero ſupra memoravit, S. C. collegia ſublata ſunt, quæ adverſus remp. videbantur eſſe.

Solebant autem magiſtri collegiorum ludos facere, ſicut magiſtri vicorum faciebant Compitalitios prætextati, qui ludi ſublatis collegiis diſcuſſi ſunt.

Poſt novem deinde annos, quam ſublata erant, P. Clodius, tribunus pl. lege lata reſtituit collegia. invidiam ergo & crimen reſtitutorum confert in Piſonem, quod, cum conſul eſſet, paſſus ſit ante, quam lex ferretur, facere prætextatum ludos Sex. Clodium. is fuit familiariſſimus Clodii, & operarum Clodianarum dux: quo auctore poſtea illato ab iis corpore Clodii, curia cum eo incenſa eſt. quos ludos tunc quoque fieri prohibere tentavit L. Mummius trib. pl. ante biennium autem, quam reſtituerentur collegia, Q. Metellus Celer, conſul deſignatus, magiſtros ludorum ludos Compitalitios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quamvis auctore tribuno pl. fierent, cujus tribuni nomen adhuc non inveni.

ſive Gab. Faërno, cujus notas aveam videre. prius cuſi, *poſt L. Aurelium & C. Marium.* at Victoriana, *poſt L. Luſcellium & C. Marium*, quomodo item mſſ. noſtri. ſed monuit d. cap. 15. Turnebus, auctore Aſconio, legendum *L. Julium & C. Marium.* Gruter.

22. *Cum hac importuna bellua comparem.*] Videtur reſpexiſſe ad Æſchinis locum ex oratione contra Cteſiphontem, οὐδ' ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἄξιον ἡγοῦμαι μεμνῆσθαι τοῦ θηρίου τούτου καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν *Urſin.*

23. *Magiſtros ludos & contra S. C. &c.*] Eſt à Turnebo; ſed reſpondent mſſ. Erfurd. Pal. pr. ac ſec. vulgò erat *magnos*. ineptè: ut pluribus hauries è Pighio noſtro ad annum V. C. DCXCII. in Faſtis Annal. Rom. *Gruter.*

i incidiſſet *Manut. Lamb.* 24 Tu, cùm III. Kalendas Jan. Compitaliorum dies i incidiſſent, Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuiſſet, ludos facere & 25 prætextatum volitare paſſus es; hominem impurum, atque non modò facie ſed etiam oculo tuo digniſſimum.

k à fat. *MS.* 9 (i) Ergo his fundamentis poſitis conſulatus tui, triduo poſt, inſpectante & tacente te, à P. Clodio, k fatali portento prodigioque reipublicæ, 26 lex Ælia & Fufia everſa eſt, propugnacula murique tranquillitatis at-

ASCONIUS.

(i) PAULO POST. *Ergo his fundamentis poſitis conſulatus tui, triduò poſt, inſpectante & tacente te, à P. Clodio fatali portento prodigioque reip. lex Ælia & Fufia everſa eſt, propugnacula murique tranquillitatis atque otii: collegia, non ea ſolum quæ ſenatus ſuſtulerat, reſtituta, ſed innumerabilia quædam ex omni fæce urbis ac ſervitiorum conſtituta; ab eodem homine, in ſtupris inauditis nefariisque verſato, vetus illa magiſtra pudoris & modeſtiæ cenſoria ſeveritas ſublata eſt.*] Diximus, L. Piſone & A. Gabinio Coſſ. P. Clodium tribunum pl. quatuor leges pernicioſas tuliſſe. Annonariam, de qua Cicero hoc loco mentionem non facit, (fuit enim ſummè popularis) ut frumentum populo quod antea ſemis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſervaret. propter quam rogationem ait legem Fuſiam & Æliam, propugnacula & muros tranquillitatis atque otii, everſam eſſe: obnunciatio enim, qua pernicioſis legibus reſiſtebatur, quam Ælia lex confirmaverat, erat ſublata. Tertiam de collegiis reſtituendis noviſque inſtituendis; quæ ait ex ſervitiorum fece conſtituta. Quartam, ne quem cenſores in ſenatu legendo præterirent, neve quâ ignominiâ afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & utriuſque cenſoris ſententiâ damnatus eſſet. Hac ergo ejus lege cenſuram, quæ magiſtra pudoris & modeſtiæ eſt, ſublatam ait.

---

24. *Tu cum* III. *Kalend. Jan. &c.*] Turnebus reponit *in* III. *Kal. Januar.* & quidem è mſſ. quod cum etiam adnotaſſet Ahala, auſus ſum exhibere quod videtis, ſecutus membranas noſtras. *in* enim facile migret in III. Hotomanus quidem lib. VIII. Obſerv. cap. 7. improbat hanc emendationem, ſed tamen non enervat argumenta pro Turnebo militantia. *Grut.*

25. *Prætextatum volitare,*] Magiſtrum ludorum. Docet hic locus, magiſtros quoque ludorum prætextâ uti ſolitos eſſe: hiſtoribus, vix adducor, ut credam: quamquam infra ſcriptum videam; *Quid? tu in lictoribus, in toga prætexta eſſe conſulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te conſule, eſſe voluiſti.* Nam, *quæ ornamenta*, de prætexta ſola potuit dicere numero quidem multitudinis, verum exaggerandi gratiâ. *P. Manut.*

26. *Lex Ælia atque Fufia everſa eſt.*] Pighius noſter in Faſtis ad annum Urbis DCXCVII. tentat *legg. Ælia &c. everſæ.* duæ enim erant leges, ut exiſtimat P. Manutius. *Gruter.*

27. Non-

que otii: collegia, non ea ſolùm, quæ ſenatus ſuſtu-rat, [l] reſtituta, ſed innumerabilia quædam nova ex mni fece urbis ac ſervitio [m] concitata. ab eodem omine, in ſtupris inauditis nefariiſque verſato, vetus a magiſtra pudoris & modeſtiæ, ſeveritas [n] cenſo-a ſublata eſt: [o] cùm tu interim, buſtum reipublicæ, i te conſulem tum Romæ dicis fuiſſe, verbo num-iam ſignificaris ſententiam tuam tantis in naufragiis ci-tatis.

l reſtituta ſunt, ſed *edd. vett.*
m conſtituta *alii.*
n cenſoria *deeſt in MS.*
o qui tu *MS.*

10 V. [27] Nondum, quæ feceris, ſed quæ fieri paſſus , dico. neque verò multum intereſt, præſertim in con-le, utrùm ipſe pernicioſis legibus, improbis concioni-s rempublicam vexet, an alios vexare patiatur. An po-ſt ulla eſſe excuſatio non dicam male ſentienti, ſed ſe-nti, cunctanti, dormienti in maximo reipublicæ motu onſuli? centum propè annos legem Æliam & Fuſiam nueramus: quadringentos [28] judicium notionemque nſoriam. quas leges auſus eſt non nemo improbus, otuit quidem [p] nemo, convellere: quam poteſtatem inuere, quo minus de moribus noſtris quinto quo-ue anno judicaretur, nemo tam effuſè petulans cona-s eſt.

P. B.

p *ita Græv. è MSS. alii* nemo unquam conv.

11 Hæc ſunt, ô carnifex! in gremio ſepulta conſulatus tui.

27. *Nondum quæ feceris.*] Prudenter hæc addit, partim ut ob-ctionem occupet, viamque defenſionis omnem præcludat, par-m ut auditorum animos majorum ſcelerum exſpectatione ſuſpen-s ad attentionem invitet. *Abram.*

28. *Judicium rationemque cenſoriam.*] Turnebus d. cap. iſtud præ-rebat quomodo publicarat Victorius. malebat Lambinus *nota-onem.* ſed non adſentiuntur libri. & edd. vett. Palatinique noſtri opugnant iſtud noſtrum, quamvis habeat Manutius *notionem.* ruter. In contextu tamen ſecutus eſt Manutium Gruterus, & i eum ſunt ſecuti. Sed Erfurt. Franc. MSS. ed. prima, Mediol. aliæ vetuſtiores cum Victoriana omnes *rationem*, quod re-gere ſine codicibus melioribus non auſim, quamvis ſi ſuffra-arentur libri, mallem & ipſe *notionem*, quod proprium in hac verbum eſt. Cum tamen *ratio cenſorum* ſit id quod cenſores liti ſunt in cenſu agendo ſemper ſequi. Nam *ratio* eſt Tullio , quod quis ſolet agere, ut, *hac ratio mea eſt*, ſic ſoleo agere vivere; non auſus ſum repudiare tot librorum tam ſcriptorum anu, quàm editorum conſenſum, quamvis, ut dixi, mallem m Manutio, *notionem*, Gell. XVII, 18: *C. Salluſtium, ſcriptorem ria illius & ſevera orationis, in cujus hiſtoria notiones cenſorias fieri que exerceri videmus.* Grævius.

tui. (*k*) Perſequere [29] connexos his funeribus dies. Pro Aurelio tribunali, ne connivente quidem te, quod ipſum eſſet ſcelus, ſed etiam hilarioribus oculis, quàm ſolitus eras, intuente, q delectus ſervorum habebatur ab eo, qui nihil ſibi umquam nec facere nec [30] pati turpe duxit: arma in templo Caſtoris, ([31] ô proditor templorum omnium!) vidente te, conſtituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit, te conſule, arx civium perditorum,

q dilectus *alii.*

ASCONIUS.

(*k*) PAULO POST. *Perſequere connexos his funeribus dies. pro Aurelio tribunali, ne connivente quidem te, quod ipſum eſſet ſcelus, ſed etiam hilarioribus oculis, quam ſolitus eras, intuente, delectus ſervorum habebatur ab eo, qui nihil ſibi unquam nec facere, nec pati turpe duxit.*] Profecto intelligitur, P. Clodium ſignificari.

---

29. *Connexos his funeribus dies.*] Dies funeri connexos vocabant eos, opinor, qui inter ipſum diem funeris & novendiale ſacrum intercedebant, quo dierum interſtitio expiationem familiæ, ludos gladiatorios, epulas funebres tum privatas, tum publicas, ſilicernium & alia ejusmodi exhibebant. De expiatione familiæ pro Milone cap. 24. De ludis gladiatoriis & buſtuariis infra cap. 9. De epulis & ſilicernio in Vatinium cap. 12. & 13. De novendiali ſacro cuivis compertum eſt ex Interpretibus Maronis in quintum Æneidos:

—— *nonamque ſerena*
Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant.

&:

Præterea ſi nona dies mortalibus almam
Extulerit lucem. ——

Et Flacci:

Novendiales diſſipare pulveres. Abram.

30. *Pati turpe duxit.*] Cur deleverunt *eſſe*, quod eſt in Erfurt. Franc. ut & ed. prim. Mediol. Victor. aliisque in quibus legitur: *pati turpe eſſe duxit.* & ſic in ſuis repererat Faërnus. Cicero tamen ſcripſiſſe videtur: *Qui nihil ſibi unquam nec facere, nec pati turpe, turpe eſſe duxit.* Græv.

31. *O proditor templorum omnium.*] Qui templum Caſtoris & ædem Nympharum, ut a Clodio incenderetur, prodidiſti. Vel quia qui unum templum violari permiſerat, facile alia templa eſſet proditurus, vel quia etiam alia templa prodiderat, ut vidimus de æde Nympharum. Tertullianus in Apologetico cap. 6. *Serapidem & Iſidem & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo, Capitolio prohibitos inferri, id eſt curia Deorum pulſos, Piſo & Gabinius Conſules non utique Chriſtiani, everſis etiam aris eorum, abdicaverunt, turpium & otioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes. his vos reſtitutis ſummam majeſtatem contuliſtis.* Ad hanc fortaſſe ararum everſionem orator reſpexerit. De Haruſp. Reſp. *Piſonem quis neſcit his ipſis temporibus maximum & ſanctiſſimum Dianæ ſacellum in Cœliculo ſuſtuliſſe.* Abram.

receptaculum veterum Catilinæ militum, caſtellum
ſis latrocinii, buſtum legum omnium ac religionum.
non ſolùm domus mea, ſed totum Palatium ſenatu,
ibus Romanis, civitate omni, Italiâ cunctâ, refer-
cùm tu non modò ad eum Ciceronem (mitto enim
ſtica, quæ negari poſſunt: hæc commemoro, quæ
palàm) non modò, inquam, ad eum, cui primam
tiis tuis [r] dederas tabulam [32] prærogativæ, quem in r deſideraras MS.
a ſententiam rogabas tertium, numquam adſpiraſti:
omnibus conſiliis, quæ ad me opprimendum para-
ir, non interfuiſti ſolùm, verùm etiam crudeliſſime
iſti.

. MIHI VERÒ ipſi coram genero meo, propin- 12
uo, quæ dicere auſus es? [33] egere, foris eſſe Ga-
m: ſine provincia ſtare non poſſe: ſpem habere à
uno plebis, [34] ſi tua conſilia cum illo conjunxiſſes, ſ Clodio Antonio MS.
atu quidem deſperaſſe: hujus te cupiditati obſequi,
. ego feciſſem in collega meo: nihil eſſe, quòd præ- P. LXXXII.
n conſulum implorarem: ſibi quemque conſulere
opor-

Prærogativæ.] *Prærogativæ* ſunt centuriæ, quæ primæ citan-
& ſuffragium rogantur, ante jure vocatas. *Jure vocatæ*,
unque rogantur poſt illas, ſic dictæ, quod in his ſequenti
o prærogativarum voluntatem jure omnia complerentur, ut
vult Aſconius Pædianus in Divinationem: ceterum, ut ego
mo, quod illæ jam jure, hoc eſt, legitimo ordine, non
am modo, ſed ipſarum etiam centuriarum, quo in cenſo-
quive cenſum egerant, tabulis deſcriptæ eſſent, non ſorte
tæ poſtpoſitæve ad ſuffragium ferendum citarentur. Sic
tiis curiatis curiæ, tributis tribus aliæ prærogativæ, aliæ ju-
catæ, ex inſtituto fiebant. J. Fr. Gronov. IV. Obſerv. cap.
de & Gruch. lib. I. de Comit. cap. 4. in Theſauro meo anti-
itum Romanarum, ut & Sigon. de Antiquo Jure civium Ro-
orum, & utriusque diſputationes de Lege Curiata variis in
. *Grævius.*

. *Egere.*] Neque hoc, neque, quod proxime ſequitur, *foris*
carere mendo videtur. rectius eſſet, quod ad ſententiam at-
, *ære conſiſtere Gabinium*: & congruit cum verbo, *ſtare*, ut
: Nunc quidem vix conſiſtit Gabinius: ſed, niſi provin-
habeat, ſine dubio corruet, ære ſcilicet alieno oppreſſus.
berior conjectura. Fateor: itaque non nimis eâ delector:
andam tamen putavi, præſertim conſentientibus in mendo
ibus libris. *P. Manut.*

. *Si tua conſilia cum illo conjuraſſes.*] Magis placeret ſi legere-
onjunxiſſes: alii delent vocem, *conſilia*. Urſin. Erfurt. &
A tribuno plebis Clodio Antonio, ſi ſua conſilia cum illo con-
ris. Græv.

 35. *Gur-*

oportere. Atque hæc dicere vix audeo. vereor, ne qui ſit, qui iſtius inſignem nequitiam, frontis involutam integumentis, nondum cernat: dicam tamen. ipſe certè agnoſcet, & cum aliquo dolore flagitiorum ſuorum recordabitur.

13 Meminiſtine, cœnum, cùm ad te quintâ ferè horâ cum C. Piſone veniſſem, neſcio quo è [35] gurguſtio te prodire, involuto capite, ſoleatum? &, cum iſto ore fœtido tæterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti valitudinis, quòd diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus ſolere curari? quam nos cauſam cùm accepiſſemus, (quid enim facere poteramus?) paulliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo: unde tu nos, cùm improbiſſimè reſpondendo tum turpiſ-
14 ſimè eructando, ejeciſti. Idem illo ferè biduo productus in concionem ab eo, [36] cui ſic æquatum præbebas conſulatum tuum, cùm eſſes interrogatus, quid ſentires de conſulatu meo: gravis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non [t] [37] Cæſonius ſemiplacentinus Calventius, reſpondes, altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, Crudelitatem tibi non placere.

t *ita Vict.* Cæſoninus *Grut.*

VII. HIC TE ILLE homo digniſſimus tuis laudibus collaudavit. Crudelitatis tu, furcifer, ſenatum conſul in concione condemnas? non enim me, qui ſenatui parui. [38] nam relatio illa ſalutaris & diligens fuerat [v] conſulis: animadverſio quidem & judicium ſenatûs. quæ cùm re-

v bona conſ. *MSS.*

35. *Gurguſtio.*] *Genus habitationis anguſtum, à gurgulione dictum,* ait Feſtus. Gloſſæ: *Gurguſtium* οἰκημάτιον βραχύ. *Hotom.*

36. *Cui ſic æquatum præbebat conſulatum tuum.*] Utrum *æquatum* dixit, quod conſulare imperium tribuniciæ poteſtati æquaret, id eſt, majus & gravius eſſe non ſineret, qua in re imminuti magiſtratus tenebatur: an potius quod ſuum magiſtratum ei tanquam viam planam & æquatam ad omnia ſua conſilia perficienda præbeat? quod magis puto. *Idem.*

37. *Cæſoninus.*] Niſi me fallunt Aſconii verba, Calventius patris Piſonis ſocer fuit, id eſt L. Piſonis, contra quem hæc oratio eſt, maternus avus. Cæſoninus autem cognomen eſt patris Piſonis, quod teſtimonio quoque lapidum Capitolinorum, qui anno V. C. DCV. Calpurniæ genti cognomen hoc addunt, intelligitur. *P. Manut.*

38. *Nam relatio illa ſalutaris.*] Placet *delatio*, ut eſt in antiquo: & paullo poſt *interimere*, pro eo quod eſt in vulgatis, *interire*. *Urſin.*

39. *His*

reprehendis, oſtendis, qualis tu, ſi ita fortè accidiſſet, fueris illo tempore conſul futurus. ſtipendio mehercule & frumento Catilinam eſſe putaſſes juvandum. Quid 15 enim interfuit inter Catilinam & eum, cui tu ſenatûs auctoritatem, ſalutem civitatis, totam rempublicam, provinciæ præmio vendidiſti? Quæ enim L. Catilinam conantem conſul prohibui, ea P. Clodium facientem conſules adjuverunt. voluit ille ſenatum interficere, vos ſuſtuliſtis: leges incendere, vos abrogaſtis: interire patriam, vos adjuviſtis. Quid eſt vobis x conſulibus geſtum ſine armis? incendere illa conjuratorum manus voluit urbem: vos ejus domum, quem propter urbs incenſa non eſt. Ac ne illi quidem, ſi habuiſſent veſtri ſimilem conſulem, de urbis incendio cogitaſſent. non enim ſe tectis privare voluerunt: ſed [39] his ſtantibus nullum domicilium ſceleri ſuo fore putaverunt. cædem illi civium, vos ſervitutem expetiſtis. Hîc vos etiam crudeliores. huic enim populo ita fuerat ante vos conſules libertas inſita, ut emori potiùs quàm ſervire præſtaret.

P. E.

x conſules *MS.*

Illud verò y geminum conſiliis Catilinæ & Lentuli, 16 quòd me domo mea expuliſtis, [40] Cn. Pompejum domum ſuam [41] compuliſtis. neque enim, me ſtante & manente in urbis vigilia, neque reſiſtente Cn. Pompejo, omnium gentium victore, umquam ſe illi rempublicam delere poſſe duxerunt. à me quidem etiam pœnas expetiſtis, quibus conjuratorum manes mortuorum expiaretis: omne odium, incluſum nefariis ſenſibus impiorum, in me profudiſtis. quorum ego furori niſi ceſſiſſem, in Ca-

y gemendum *MS.*

39. *His ſtantibus.*] Non parietes ſignificat, ſed patres conſcriptos. q. d. quamdiu tales conſules & ſenatores, quales iſti ſunt, permanebunt. Sic mox: *Me ſtante & manente.* Hotom.

40. *Cn. Pompejum domum ſuam compuliſtis.*] Pompejus, ejecto Cicerone, a P. Clodio tam multis contumeliis eſt appetitus, ut, ne conviciis cum impudentis adoleſcentis petulantia certaret, coactus fuerit privatis ſe parietibus continere, unde eum domum ſuam Conſules compuliſſe dicuntur, quòd eum contumeliis impune vexari permiſerant. De Clodii contumeliis in Pompejum fuſe Plutarchus in Pomp. *Abram.*

41. *Compuliſtis.*] Pulſo Cicerone aliquamdiu Pompejus in publicum prodire non eſt auſus, metu Clodii, cum libertus ejus Damio cum ſica ad ſenatum deprehenſus eſſet. infra: Deprehenſus denique cum ferro ad ſenatum is, quem Cn. Pompejum interimendum collocatum fuiſſe conſtabat. Pro Milone, & ibi Pedianus. *P. Manut.*

Catilinæ buſto, vobis ducibus, mactatus eſſem. Quod autem majus indicium exſpectatis, nihil inter vos & Catilinam interfuiſſe, quàm quòd eandem illam manum ex [42] intermortuis Catilinæ reliquiis [z] concitaſtis? quòd omnes undique perditos collegiſtis? quòd in me carcerem effudiſtis? quòd conjuratos armaſtis? quòd eorum ferro [a] ac furori meum corpus atque omnium bonorum vitam objicere voluiſtis. Sed jam redeo ad præclaram illam concionem tuam.

z concitatis *MS.*

a ac furori *deest in aliis.*

P. LXXXIII.

17 VIII. TU ES ILLE, cui crudelitas diſplicet? cui, cùm ſenatus luctum ac dolorem ſuum veſtis mutatione declarandum cenſuiſſet, cùm videres mærere rempublicam ampliſſimi ordinis luctu, ô noſter miſericors! quid facis? quod nulla in barbaria quiſquam tyrannus. omitto enim illud, conſulem edicere, ut ſenatus ſenatusconſulto ne obtemperet: quo fœdius nec fieri nec cogitari quidquam poteſt. ad miſericordiam redeo ejus, cui nimis videtur ſenatus in conſervanda patria fuiſſe crudelis.

18 Edicere eſt auſus cum illo ſuo pari, quem tamen omnibus vitiis ſuperare cupiebat, ut ſenatus, contrà quàm ipſe cenſuiſſet, ad veſtitum rediret. [43] Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non ſineret? mærorem relinquis: mæroris aufers inſignia. eripis lacrymas non conſolando, ſed minando. Quòd ſi veſtem non publicó conſilio, patres conſcripti, ſed privato officio, aut miſericordiâ mutaviſſent, tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis tuæ, poteſtatis erat non ferendæ. cùm verò id ſenatus frequens cenſuiſſet, ordines reliqui jam antè feciſſent; tu ex tenebricoſa popina conſul extractus, [44] cum illa ſaltatrice tonſa, ſenatum

42. *Intermortuis Catilinæ reliquiis.*] Videtur nunc ſignificare, ſemimortuis. cum alibi particula *inter* augendi vim habeat. Ut *interbibere.* Fuſas autem ac ſuperatas Catilinæ copias Petreji pugna nemo ignorat. Hæc eadem in Sextiana. *Hotomannus.*

43. *Quis hoc fecit ulla in Scythia.*] Sic habent omnes libri manuſcr. & omnes item vulgati, niſi qui ſunt inquinatiſſimi, & mendoſiſſimi, & multos abhinc annos impreſſi. Quin domi habeo Ciceronis ſcripta a Colinæo typis excuſa, anno CIↃ IↃ XLIV. in quibus plane impreſſum eſt, *Quis hoc fecit*, &c. Quare nihil hic cujusquam opus fuit emendatoris operâ. Hoc eo dico, quòd Adr. Turnebus hunc locum admonet ſic eſſe legendum, actum agens, quod multis locis fecit. *Lamb.*

44. *Cum illa ſaltatrice tonſa.*] A. Gabinium ſignificat, quem infra

tum [b] populi Romani occaſum atque interitum reipubli- b reip. oc-
cæ lugere vetuiſti. caſum *alii*.

IX. At quærebat etiam paullo antè de me, quid
ſuo mihi opus fuiſſet auxilio : cur non meis inimicis
meis copiis reſtitiſſem. Quaſi verò non modò ego, qui
multis ſæpe auxilio fuiſſem, ſed quiſquam tam inops fue-
rit umquam, qui, iſto non modò propugnatore, tutio-
rem ſe, ſed 45 advocato, aut adſtipulatore, paratiorem
fore putaret. Ego iſtius pecudis ac 46 c putidæ carnis 19
conſilio ſcilicet aut præſidio niti volebam? 47 ab hoc eje- c putridæ
cto cadavere quidquam mihi aut opis, aut ornamenti ex- *Hotom.*
petebam? Conſulem ego tum requirebam, conſulem,
inquam, non illum quidem, 48 quem in hoc d majali P. B.
invenire non poſſem, qui tantam reipublicæ cauſam gra- d animali
vitate & conſilio ſuo tueretur: ſed qui, tamquam trun- *Mss. &*
cus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modò, poſſet ſuſtinere ta- *edd.*
men titulum conſulatûs. Cum enim eſſet omnis cauſa
illa mea conſularis & ſenatoria, auxilio mihi opus fuerat
& conſulis & ſenatûs: quorum alterum etiam ad perni-
ciem meam erat à vobis conſulibus converſum: alterum
rei-

ſtra quoque *ſaltatorem* appellat. *Hotom.* Cum Gabinio collega; cui, ſaltare, exprobratum eſt: quod homini Romano turpe fuit. infra: *Neque collega tui cymbala ac crotala fugi*. Macrobius lib. III. *Tonſa*: quia breviore coma, quam ceteri, uteretur, laſciviæ cauſſâ. non enim eum tonderi plane ſolitum poſſumus exiſtimare: cum ſcriptum ſit in ea pro Sextio: *Unguentis affluens, calamiſtratâ comâ*. P. Manut.

45. *Advocato aut adſtipulatore.*] *Advocatum* modo teſtem dicit. *Adſtipulator* autem dicebatur adſtipulandi correus: hoc eſt, qui cautionis cauſâ adhibebatur, ut idem quod alter ſtipularetur. Vide in comment. de Verb. Jur. *Hotom.*

46. *Putida carnis.*] Non abſurde Petrus Faber *canis*, lib. I. cap. II. Semeſtrium, p. 66. ſed enim ſi retinemus mox ex Iſidoro *majalem*, non videtur abjiciendum *carnis*: ut alluſerit ad proverbium vulgi, *ſui animam pro ſale datam, ne putiſceret*; cujus & alibi meminit noſter. *Grut.* Multis licet Faber autorum locis illud ſuum *canis* tueatur, mutare tamen non ſum auſus, propter adjectum *putida*, quod minus convenire cani quàm carni videtur.

47. *Ab hoc ejecto cadavere.*] Puto de iis accipiendum quæ fluctibus ejiciebantur, ut in ea pro Sex Roſcio. *Hotom.*

48. *Quem in hoc majali.*] Non potui contemnere auctoritatem Iſidori ſic laudantis hunc locum libro II. Etymolog. cap. 31. quamvis diſpliceat Hotomano libro VIII. Obſervat. cap. 7. *Gruter.*

reipublicæ penitus ereptum. [49] Attamen, ſi conſilium exquiris meum; neque ego ceſſiſſem, & me ipſa ſuo complexu patria tenuiſſet, ſi mihi cum illo [50] buſtuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuiſſet.

[51] Alia enim cauſa præſtantiſſimi viri, Q. Metelli, fuit: quem ego civem, meo judicio, cum deorum immortalium laude conjungo: qui C. illi Mario, fortiſſimo viro & conſuli, & ſextùm conſuli, & ejus invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum eſſe duxit. Quod mihi igitur certamen eſſet hujusmodi? cum C. Mario ſcilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero, [52] barbaro Epicureo, cum

49. *Attamen ſi conſilium.*] Plures libri habent, *Ac tamen*; quod & melius exiſtimo: & infra pro *barbato Epicuro*, omnes habent *barbaro Epicureo*; & pro *Laternario*, *Lanternario*; & poſt unum folium, ubi eſt *legatisque defenderunt*, in illis eſt *defenderant*. Faërnus.

50. *Buſtuario gladiatore.*] P. Clodio. *Buſtum*, locus dicebatur, ubi mortuorum corpora comburerentur. hinc *buſtuarius gladiator*, qui ſolitus eſſet homines interimere; quaſi per quem multi cremarentur. *P. Manut.*

51. *Alia enim cauſſa.*] Non eſt quod quiſquam exiſtimet, me Quinti Metelli Numidici factum voluiſſe imitari, qui, quòd in Luc. Apuleji Saturnini legem Agrariam, adnitente Mario latam de agris viritim dividendis, jurare noluiſſet, de civitate maluit quam de ſententia dimoveri, & ſponte conceſſit, ne ſi invito Mario in urbe remanere voluiſſet, cum Mario fortiſſimo imperatore armis confligens rempublicam in grave diſcrimen adduceret. *Abram.*

52. *Barbaro Epicuro.*] Faërnus legit, *barbaro Epicureo.* ego, *Epicuro*, malo, præſertim cum ita habeant Memm. codices: & ratione quoque hæc lectio confirmetur. Nam barbarum Epicurum dixit, propter Epicurum Athenienſem, Gargettium. barbarum autem, id eſt, Romanum, ſeu Latinum. ſic enim ſæpe Plautus: vel dic barbarum, id eſt, Semiplacentinum, & braccatæ cogitationis. Poſtremo infra eodem nomine appellat, ibi: *confer nunc Epicure noſter.* Appellat ſcilicet Epicurum Piſonem: tanquam voluptatis laudatorem: barbarum, utpote Semiplacentinum, ut diſtinguat ab illo Gargettio & Attico Epicuro. Proxime autem, ubi vulgati habent, *laternario*, Faërnus teſtatur ſcriptum eſſe in libris veteribus *lanternario*: nos in noſtris partim, *lanternario*, ſcriptum reperimus, partim, *lantumario.* Unde doctiſſimi quidam viri legendum exiſtimant, *lautumario*, &, *lautumarium*, interpretantur, carceris colonum, & quaſi carceris habitatorem. Ego non video, quomodo *lautumarius* a *lautumia* fingi poſſit. Putarem *latumiarius* potius eſſe dicendum. quod tamen non puto, cum ſive *latomia*, ſive *lautumia* dicatur a La-

cum altero, [53] Catilinæ laternario? quos neque hercule ego, neque ſupercilium tuum, neque collegæ tui [54] cymbala ac crotala fugi: neque tam fui timidus, ut, qui in maximis turbinibus ac fluctibus reipublicæ navem gubernaſſem ſalvamque in [e] portu collocaſſem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum ſpiritum, pertimeſcerem.

[e] in portum *alii.*

Alios ego vidi ventos: alias proſpexi animo procellas: 21
aliis impendentibus tempeſtatibus non ceſſi, ſed his unum me pro omnium ſalute obtuli. Itaque diſceſſu tum meo omnes illi nefarii gladii de manibus crudeliſſimis exciderunt: cùm quidem tu, ô vecors & amens, cùm omnes boni abditi incluſique mærerent, [55] templa gemerent, tecta

Latinis, nomen ſit Græcum: a Græcis nominibus autem talis derivatio fieri non poſſit. Verumtamen hac de re judicent eruditi. Ut autem ad laternarium redeam, puto hanc vocem retineri poſſe, ut per *laternarium Catilinæ* cinædum Catilinæ intelligamus ſignificari, quaſi Gabinius pudicitiam ſuam Catilinæ proſtituerit. Nam pueri catamiti faces præferebant amatoribus & prælucebant, ut cùm ex aliis ſcriptoribus, tum ex Plauto intelligere licet. Hoc maledictum autem in Gabinium convenire declarant alii loci, quibus Catilinam ejus virum, & Gabinium ſaltatriculam tonſam appellat. & ea, quæ attribuit Gabinio infra proxime, *cymbala & crotala.* Lambinus. Francii ſane & Erfurt. firmant, vulgo *Epicuro.* Græv.

53. *Catilinæ laternario? &c.*] Turnebus lib. XXI. cap. 18. probat quorundam codd. ſcripturam *lautumiario.* Lipſius lib. III. Var. Lect. cap. 18. totum locum ſic reſtituendum autumat: *barbaro Epicuro? cum altero Catilina? At timui ais. quos? nempe hercule ego &c.* Vulgatum exſtat in Pal. pr. niſi quod addita litera exhibeat *lanternario.* nam ſec. *lancernario*, quod etiam in ſuo fortean invenit, qui primùm has orationes publicavit. expreſſit enim *lancernario.* Pal. oct. habet *lanterario.* Gulielmius conjiciebat *lauto amaſio*, producebatque Tullium pro Domo ſua cap. 24. ubi vocat *delicias Catilinæ.* Gruter. Sane & ſic in gloſſis dicitur *lanterna*, & explicatur φανὸς, ἱςία πλατίας κειμένη. Gronov.

54. *Cymbala.*] Cymbalorum formam vide apud Albertum Rubenium lib. II. de Re Veſtiar. cap. 17. qui recte ibi cenſet aliud inſtrumentum deſcribi a Nonno, III. Dionyſ. non verum cymbalum, quod fuerit concavum, & quod ex ſola colliſione alterius cymbali ſonum edebat, nullis bacillis percutiebatur. *Grævius.*

55. *Templa gemerent.*] Neque id magnis ſcriptoribus eſt inſuetum, ut luctum tribuant rebus inanimis & brutis. Maro in Bucolicis:

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum montesque feri ſylvæque loquuntur.

Na-

P. LXXXIV. tecta ipſa urbis lugerent, complexus es illud funeſtum animal ex nefariis ſtupris, ex civili cruore, ex omnium ſcelerum impórtunitate & flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo, eodem & loci veſtigio & temporis, arbitría non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti.

22 X. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam & gratulationem tuam, quid [56] cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperantiſſimas perpotationes prædicem? quis te illis diebus ſobrium, quis agentem aliquid, quod eſſet libero dignum, quis denique in publico vidit? cùm collegæ tui domus cantu & cymbalis perſonaret, cúmque ipſe nudus in convivio ſaltaret: in quo ne tum quidem, cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat. Hic autem, non tam concinnus helluo, nec tam muſicus, [57] jàcebat in ſuo Græcorum fætore atque vino. [58] quod quidem iſtius, in illis reipublicæ luctibus, quaſi aliquod Lapitharum aut Centaurorum convivium ferebatur: in quo nemo poteſt dicere, utrùm iſte plus biberit, aut vomuerit, an effuderit.

Tu etiam mentionem facies conſulatus tui? aut te fuiſſe Romæ conſulem dicere audebis? quid? tu in lictoribus,

Nazianzenus 2. in Julianum: *Ὥστε καὶ τοῖς ἀψύχοις διακελεύεται θρῆνον, καὶ τῶν τειχῶν προκαλεῖται, δάκρυον. Ut etiam inanimis imperet luctum, & tectis ipſis lacrymas eliciat.* Cur autem templa gemere dicerentur colliges ex Pedone Albinovano, conſolatione ad Liviam de morte Druſi:

Dique latent templis, neque iniqua ad funera luctus
Præbent, nec poſcunt thura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent, pudet ora colentum
Adſpicere invidia, quam meruere, metu.

Paucis ante verſibus luctum publicum non templorum ſolum, ſed univerſæ civitatis deſcripſerat, quem vide. *Abram.*

56. *Cum tuis ſordidiſſimis gregibus.*] Cum tuis Græculis & Epicureis, qui pecudum inſtar ſummum bonum ſordidiſſimis corporis voluptatibus metiuntur. *Idem.*

57. *Jacebat in ſuo Græcorum fœtore.*] *Suorum* pro *ſuo* legendum opinor. *Urſin.*

58. *Quod quidem iſtius in illis reipub. luct.*] Vocem Græcam, *ſympoſium*, quæ hic reperitur in aliquot libris manuſcr. deleverant neſcio qui homines, Græca verba, vel ut ſcopulos fugientes, vel, ut maculas, e libris delentes. Eam vocem igitur nos reſtituimus. Sed, ut dicam quod ſentio, mallim ſic legi, *Quod quidem iſtius in illis reip. luctibus convivium quaſi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum ſympoſium ferebatur.* Lamb.

59. *His*

bus, in toga & prætexta eſſe conſulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te conſule, eſſe voluiſti. [59] Hujus tu Clodiani canis inſignibus conſulatum declarari putas? animo conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, gravitate, vigilantiâ, curâ; toto denique munere conſulatûs [60] omni officio tuendo, maximéque, id quod vis nominis præſcribit, reipublicæ conſulendo. ego conſulem eſſe putem, qui ſenatum eſſe in republica non putavit? & ſine eo conſilio conſulem numerem, ſine quo Romæ ne reges quidem eſſe potuerunt? Etenim illa jam omitto, cùm ſervorum delectus haberetur in foro, [61] arma in templum Caſtoris luce & palàm comportarentur, (*l*) id autem templum, ſublato aditu, revulſis gradibus à conjuratorum reliquiis atque à Catilinæ prævaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur, (*m*) cùm equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur, ſenatui non ſolùm juvare rempublicam, ſed ne lugere quidem liceret, cùm civis is, quem hic ordo, aſſentiente Italia cunctiſque gentibus, conſervatorem patriæ judicarat, nullo judicio, nulla lege, nullo more, ſervitio atque armis pelleretur, non dicam auxilio veſtro, quod verè licet dicere, ſed certè ſilentio; tum Romæ P. B.

ASCONIUS.

(*l*) CIRCA VERS. A PRIMO. * Dicit de Caſtoris templo. *Id autem templum, ſublato aditu, revulſis gradibus, à conjuratorum reliquiis atque à Catilina prævaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur.*] Catilinam lege repetundarum abſolutum eſſe, accuſante P. Clodio, jam dictum eſt.

(*m*) STATIM. *Cum equites Rom. relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur.*] L. Lamiam à Gabinio conſule edicto relegatum eſſe jam diximus.

---

59. *His tu, Clodiane canis, inſignibus.*] Sic hunc locum emendavi, parva immutatione facta. Piſonem autem Clodianum canem appellat, quia more canum Publio Clodio tribuno pl. adulatus ſit, ut provinciam, quam vellet, obtineret, pecuniamque publicam exhauriret, profunderet ac diſſiparet. *Lambin.*

60. *Omni officio tuendo, maximeque id quod vis nominis ipſa præſcribit reipubl. conſulendo.*] Hæc verba omnia nunc primum Ciceroni accedunt, eruta è Pal. ſec. neque longè aliter codex Turingicus, ut & prodidit Gulielmius noſter capite v. ad Truculentum Plauti. *Grut.*

61. *Arma in templum Caſtoris.*] Sic legendum libris omnibus invitis. quamquam ita poſtea impreſſum reperi in nonnullis vulgatis. alii habent, *arma in templo Caſt.* mendoſe. *Lambinus.*

62. Se-

24 mæ fuiſſe conſules quiſquam exiſtimabit? Qui latrones igitur, ſi quidem vos conſules? qui prædones, qui hoſtes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur?

XI. MAGNUM nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna majeſtas conſulis: non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non recipit levitas iſta, non egeſtas animi: non infirmitas ingenii ſuſtinet, non inſolentia rerum ſecundarum tantam perſonam, tam gravem, tam ſeveram. (n) [62] Seplaſia mehercle, ut dici audiebam, te, ut primum adſpexit, Campanum conſulem repudiavit. Audierat [63] Decios, Magios & de Taurea illo Jubellio aliquid acceperat: in quibus ſi moderatio illa, quæ in noſtris ſolet eſſe conſulibus, non fuit; at fuit pompa, fuit ſpecies, [64] fuit inceſſus, ſaltem Seplaſiâ dignus & Capuâ.

Ga-

ASCONIUS.

(n) CIRCA VERS. A PRIMO DCXX. *Seplaſia mehercule, ut dici audiebam, id ut primum aſpexit, Campanum Conſulem repudiavit.*] Dictum eſt in diſſuaſione legis agrariæ ad populum, plateam eſſe Capuæ, quæ *Seplaſia* appellatur, in qua unguentarii negotiari ſint ſoliti. ergo eos quoque, qui in ea platea negotiarentur, dici invitos Piſonem vidiſſe, cum Capuam conſul venit, quod eos, à quibus ille expulſus erat, adjuviſſet.

---

62. *Seplaſia.*] Platea unguentariorum Capuæ. in Rullum II. Val. Max. Plin. alii. *P. Manut.* Vicus fuit Capuæ celeberrimus, in quo unguentarii cæterique hujuſmodi habitabant. ideo autem repudiatum fuiſſe dicit a Seplaſia Piſonem, vel quòd Decii Magii & Taureæ Jubellii pompam non adæquaret, vel quòd unguentariis tanquam ſordidus & impexus videretur eſſe infeſtior. Pro Sextio: *Capillo*, inquit, *ita horrido, ut Capua, in qua ipſe tum imaginis formandæ cauſſa Duumviratum gerebat, Seplaſiam ſublaturus videretur.* Id eſt prohibiturus, ne quis deinceps venderet unguenta. tamen hoc nomen omnibus locis convenire videtur in quibus unguenta diſtrahuntur. gloſſarium B. Benedicti Floriacenſis Abbatis *Seplaſiarum μυροπώλιον.* Abram. In Gloſſis legendum: *ſeplaſium*, ut in Cyrilli gloſſis: *ſplaſium παντοπωλεῖον.* Græv.

63. *Decios, Magios & de Taurea illo Jubellio aliquid acceperat.*] Seplaſia ſuos Campanos, de quibus audierat, regio quodam ſpiritu & Campana ſuperbia elatos, Piſoni præferebat. De Decio Jubellio mentio fit in Epitome lib. XII. de Magio Livius lib. XXII. & Agr. II. de Taurea Jubellio Livius lib. XXIII. & XXVI. *P. Manut.*

64. *Fuit inceſſus.*] Inceſſus majeſtatem quandam & pompam ſignificat I. Æneidos:

Aſt ego quæ Divum incedo Regina.

Item:

Et vera inceſſu patuit Dea.

Pro-

Gabinium denique ſi vidiſſent duumvirum veſtri illi unguentarii, citiùs agnoviſſent. erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes ceruſſatæque buccæ, 65 dignæ Capuâ, ſed illa vetere. nam hæc quidem, quæ nunc eſt, ſplendidiſſimorum hominum, fortiſſimorum virorum, optimorum civium mihique amiciſſimorum multitudine redundat. quorum Capuæ te praetextatum nemo adſpexit, qui non gemeret deſiderio mei, cujus conſilio cùm univerſam rempublicam, tum illam ipſam urbem meminerant eſſe ſervatam. me inauratâ ſtatuâ donarant, me patronum unum adſciverant, à me ſe habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur, me & præſentem contra latrocinium tuum ſuis decretis legatisque defenderunt, & abſentem, principe Cn. Pompejo referente, & de corpore reipublicæ tuorum ſcelerum tela revellente, revocarunt. 25 P. LXXXV.

An tu eras conſul, cùm in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus injectis, inſtigante te? (o) Ecquod in hac urbe majus umquam incendium fuit, cui 26

ASCONIUS.

(o) SEQUITUR. *Ecquod in hac urbe majus umquam incendium fuit, cui non Conſul ſubvenerit? at tu illo ipſo tempore apud ſocrum tuam prope à meis ædibus, cujus domum ad meam exhauriendam patefeceras, ſedebas.*] Poſt profectionem ex urbe Ciceronis bona ejus P. Clodius publicavit. poſtea direpta ſunt omnia, quæ aut in domo, aut in villis fuerunt, & ex eis ad ipſos conſules lata complura. domus direpta primum, deinde inflammata ac diruta eſt. Socrus Piſonis quæ fuerit invenire non potui, videlicet quòd auctores rerum non perinde in domibus ac familiis fœminarum, niſi illuſtrium ac virorum nomina tradiderunt.

Propertius lib. II. Eleg. 2.

—— *inceſſit vel Jove digna ſoror.*

Ovidius III. de Arte:

Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris. Abram.

65. *Digna Capuâ, ſed illa vetere.*] Plinius lib. XIII. cap. 1. de Unguentis: *Gloriam abſtulere Neapolis, Capua, Præneſte.* Et cap. 3. *Terrarum omnium Ægyptus accommodatiſſima unguentis, ab ea Campania eſt proxima copia roſæ.* Subditur vetere, quia circa Magii & Jubellii tempora deliciis & luxuriâ affluebat. Athenæus lib. XII. tradit veteres Capuanos ex Polybio lib. VI. *In tantum luxum inciðiſſe, ut quæ de Crotone & Sybari traduntur longe ſuperarint.* Sed de horum ſuperbia & deliciis multa noſter in orationibus contra legem Agrariam. Livius lib. XXIII. *Prona ſemper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ terreſtriſque.* Idem.

66. At

cui non conſul ſubvenerit? At tu illo ipſo tempore apud ſocrum tuam propè à meis ædibus, cujus domum ad meam exhauriendam patefeceras, ſedebas, non exſtinctor ſed auctor incendii, & ardentes faces furiis Clodianis pænè ipſe conſul miniſtrabas.

XII. AN VERÒ reliquo tempore conſulem te quiſquam duxit? quiſquam tibi paruit? quiſquam in curiam venienti aſſurrexit? quiſquam conſulenti reſpondendum putavit? numerandus eſt ille annus denique in republica, cum obmutuiſſet ſenatus, judicia conticuiſſent, mærerent boni, vis latrocinii veſtri tota urbe volitaret, neque civis unus ex civitate, ſed ipſa civitas tuo & Gabinii ſceleri
27 furorique ceſſiſſet? (p) [66] At ne tum quidem emerſiſti, lutulente [f] Cæſoni, ex miſerrimis naturæ tuæ ſordibus, cùm experrecta tandem virtus clariſſimi viri celeriter & [67] verum amicum, & optimè meritum civem, & ſuum priſtinum morem requiſivit: neque eſt ille vir paſſus in ea republica, quam ipſe decorarat atque auxerat, diutius veſtrorum ſcelerum peſtem morari: cùm tamen ille, qua-

[f] *ita Vict.* Cæſonine *Grut.*

ASCONIUS.

(p) PAULO POST. *At ne tum quidem emerſiſti, lutulente Cæſonine, è miſerrimis natura tua ſordibus, cum experrecta tandem virtus celeriter & verum amicum, & optime meritum civem, & ſuum priſtinum morem requiſivit.*] Profecto Cn. Pompejum ſignificari intelligitur.

---

66. *At ne tum quidem.*] Ego legendum puto, *ac ne*; ex more Ciceroniani ſermonis; & infra ubi eſt, *Cæſonine*, in omnibus ſcriptis eſt *Cæſo*; quod non probo. *Faërnus.* Ne tum quidem in viam melioremque frugem rediiſti, cum *aliquando ſerius quam ipſe vellet, Cn. Pompejus invitiſſimus iis, qui mentem optimi ac fortiſſimi viri ſuis conſiliis ac fictis terroribus a defenſione mea ſalutis averterant, excitavit illam ſuam non ſopitam, ſed ſuſpicione aliqua retardatam conſuetudinem reip. bene gerendæ.* Pro Sextio. quia ſcilicet Pompejus, cum vexari ſe contumeliis a Clodio videret, cogitavit de revocando Cicerone, quem furoribus Clodianis opponeret. *Abram.*

67. *Verum amicum.*] Huc trahunt multi epigramma illud Catulli, quo ſub Alpheni nomine tacite carpit Pompejum, quod Tullium verum amicum prodidiſſet:

Alphene immemor atque unanimis falſe ſodalibus
Jam te nil miſeret, dure, tui dulcis amiculi, &c.

quæ conſulantur Idque fortaſſe cauſſa fuit, cur Æſopus illa Actii verba pronuncians in Theatro, *Summum amicum, ſummo in bello* revocaretur ab univerſis, & eadem repetere juberetur, quòd ad Ciceronis & Pompeji amicitiam alluderet. pro Sextio. *Idem.*

68. Mi-

qualiſcumque eſt, qui eſt ab uno te improbitate victus, Gabinius, collegit ipſe ſe vix: ſed collegit tamen & contra ſuum Clodium, primùm ſimulatè, deinde non libenter, ad extremum tamen pro Cn. Pompejo verè vehementerque pugnavit. quo quidem in ſpectaculo [68] mira populi Romani æquitas erat. uter eorum periiſſet, tamquam laniſta, in ejusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem verò quæſtum, ſi uterque cecidiſſet. P. 8.

Sed ille tamen agebat aliquid: tuebatur auctoritatem ſummi viri. erat ipſe ſceleratus, erat gladiator: cum ſcelerato tamen & cum pari gladiatore pugnabat. Tu ſcilicet, homo religioſus & ſanctus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluiſti. caverat enim ſibi ille ſororius adulter, ut, ſi tibi provinciam, ſi exercitum, ſi pecuniam ereptam ex reipublicæ viſceribus dediſſet, omnium ſuorum ſcelerum ſocium te adjutoremque præberes. Itaque in illo tumultu fracti faſces: ictus ipſe: quotidie tela, lapides, fugæ: depreĥenſus denique cum ferro ad ſenatum is, quem ad Cn. Pompejum interimendum collocatum fuiſſe conſtabat. 28

XIII. ET QUIS audivit non modò actionem aliquam aut relationem, ſed vocem omnino aut querelam tuam? Conſulem g tum te fuiſſe putas, cujus in imperio, qui rempublicam, [69] ſenatûs auctoritatem ſervarat, [70] idemque in Italia, qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat, is ſe in publico tutò ſtatuit eſſe non poſſe? An tum eratis conſules, cùm, quacumque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad ſenatum; cunctus ordo reclamabat, oſtendebatque, nihil eſſe vos acturos, niſi priùs de me retuliſſetis? cùm vos, quamquam 29 g tu quid. edd.

68. *Mira reip. æquitas erat.*] *Æquitas* hic accipi debet pro ſecuro & tranquillo animi ſtatu; qui non videtur poſſe reipublicæ convenire: ſed populo Romano, quare aut ſcribendum putamus, *Mira populi Romani æquitas erat*: aut certe *R. P.* ut ſignificare poſſit vel *Romani populi*, vel etiam *reipub.* ſi quis id malit. *Faërnus. Mira populi Romani æquitas erat.*] Sic legendum, non, ut vulgo, *mira reip. æquitas erat*, &c. Lambinus.

69. *Senatûs auctoritatem ſervarat.*] Hoc ad Cicer. pertinet. cetera ad Pompejum. puto non minus uno verſu intercidiſſe. *Hotom.*

70. *Idemque in Italia.*] Locum ſine dubio corruptum amicus meus verbo *idemque* in *is ſe* mutato reſtituebat. *Urſin. Idemque in Italia qui omnes.*] Egregiè conjicit Gulielmius, *fidemque in Italia. qui omnes.* Grut.

 71. Fæ-

quam [71] fœdere obſtricti tenebamini, [72] tamen cupere vos diceretis, ſed lege impediri?

30 Quæ lex privatis hominibus eſſe lex non videbatur, [73] inuſta per ſervos, inciſa per vim, impoſita per latrocinium, ſublato ſenatu, pulſis è foro bonis omnibus, capta republica contra omnes leges, nullo ſcripta [h] more: hanc qui ſe metuere dicerent, [i] conſules, non dicam animi hominum, ſed faſti ulli ferre poſſunt? Nam, ſi illam legem non putabitis, quæ erat contra omnes leges, indemnati civis atque [74] integri capitis, bonorumque tribunicia proſcriptio; hac tamen obſtricti pactione tenebamini: quis vos non modò conſules, ſed liberos fuiſſe putet, quorum mens fuerit oppreſſa præmio, lingua adſtricta mercede? Sin illam vos ſoli legem putabitis: quiſquam vos conſules tunc fuiſſe, aut nunc eſſe conſulares putet, qui ejus civitatis, in qua in principum numero vultis eſſe, non leges, non inſtituta, non jura noritis? An,

P. LXXXVI.

h more *deeſt in Pith.*

i hos conſ. *Grav.*

71. *Fœdere obſtricti.*] *Fœdus* pro privata pactione multis locis, quibus hac de re loquitur, uſurpat. Paulo poſterius tamen *pactione obſtrictos* dicet. *Hotom.* Fœderis, quod meo ſanguine in pactione provinciarum iceratis, religiòne devincti. *Abram.*

72. *Tamen cupere vos diceretis.*] Videtur legendum, *tamen cupere non diceretis.* Urſin.

73. *Inuſta per ſervos.*] Quaſi ferro candenti in reipublicæ fronte ad perpetuam ignominiam impreſſa. Servis enim fugitivis & calumniatoribus notas inurebant, ideoque dicit legem inuſtam per ſervos, ut rei indignitatem exaggeret. ſervi, inquit, immiſſi ex ergaſtulis atque adeo notis inuſti hanc reipublicæ non legem, ſed labem inuſſerunt. Petronins in Satyrico: *Implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.* Hinc a Juvenale, *inſcripta ergaſtula* nominantur. Plinius lib. XVIII. cap. 3. *Quanam ergo tanta ubertatis cauſſa erat? ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, ut fas eſt credere gaudente terra vomere laureato & triumphali aratore, &c. at nunc eadem illa vincti pedes, damnata manus inſcripti vultus exercent.* Vide Varronem lib. I. de Re Ruſtica, Valerium lib. VI. cap. 8. & alios quibus ſuperſedeo, quod doctiſſimus ille Baronius in Martyrologium Romanum 22. Decembris rem totam erudite ſane tractaverit, ubi & notat hinc ſervos ab aliis inuſtos dici, ab aliis litteratos, ſtigmaticos a Dione libro XLVII. *Abram.*

74. *Integri capitis.*] Id eſt, civis, qui non erat jure capite deminutus. Feſtus lib. IV. *Dèminutus capite appellatur, qui civitate mutatus eſt, & ex alia familià in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus eſt, & qui in hoſtium poteſtatem venit, & cui aquâ ignique interdictum eſt.* Vide Briſſonium de Verborum ſignificatione. *Idem.*

75. *Cum*

An, [75] cùm proficiſcebamini paludati in provincias vel 31
emptas, vel ereptas, conſules vos quiſquam putavit? Itaque, credo, ſi minùs frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando atque celebrando; at ominibus ſaltem bonis, ut conſules; non triſtiſſimis, ut hoſtes aut proditores proſequebantur.

XIV. TUNE etiam, immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum, auſus es meum diſceſſum illum, teſtem ſceleris & crudelitatis tuæ, maledicti & contumeliæ loco ponere? Quo quidem tempore cepi, patres conſcripti, fructum immortalem veſtri in me & amoris & judicii; qui, non admurmuratione ſed voce & clamore, abjecti hominis & ſemivivi furorem petulantiamque fregiſtis.

Tu luctum ſenatûs, tu [76] deſiderium equeſtris ordinis, 32
tu ſqualorem Italiæ, tu curiæ taciturnitatem annuam, tu ſilentium perpetuum judiciorum ac fori, tu cetera illa in maledicti loco pones, quæ meus diſceſſus reipublicæ vulnera inflixit? Qui ſi calamitoſiſſimus fuiſſet: tamen miſericordiâ dignior quàm contumeliâ; & cum gloria potius eſſe conjunctus quàm cum probro putaretur: atque ille, dolor meus duntaxat, veſtrum quidem ſcelus ac dedecus haberetur. [k] cùm verò (forſitan hoc, quod dicturus ſum, mirabile auditu eſſe videatur, ſed certe id dicam, quod ſentio) cùm [l] tantis à vobis, patres conſcripti, beneficiis affectus ſim, tantis honoribus: non modò illam calamitatem eſſe non duco: ſed, ſi quid mihi poteſt à republica eſſe ſejunctum, quod vix poteſt; privatim ad meum nomen augendum optandam duco mihi fuiſſe illam expetendamque fortunam.

P. B.

k *alii* tum, *aut* tibi.

l tantum à *MS.*

At-

75. *Cum proficiſcebamini paludati.*] Cum votis in Capitolio nuncupatis, Gabinius in Syriam cum auctoritate proconſulari, tu in Macedoniam te conferebas. Cic. VII. Verrina: *Cum paludatus exiſſet, votaque in Capitolio nuncupaſſet.* Cœlius ad Cic. *Conſules autem quia verentur, ne illud S. C. fiat ut paludati exeant.* Cic. ad Caſſium: *Panſa noſter paludatus ad tertium Kalendas Januarii profectus eſt.* Ritum hujus profectionis explicat Varro lib. VI. de Lingua Latina: *Paludamenta ſunt ornamenta & inſignia militaria. Ideo ad bellum cum exit Imperator, & lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerant, paludatus dicitur proficiſci.* Abram.

76. *Deſiderium equeſtris ordinis.*] Qui pene univerſus veſtem pro me mutavit, è quo ordine viginti prope adoleſcentum millia me comitabantur, ut Clodii vim à me prohiberent, qui per Q. Hortenſium & C. Curionem Conſulem opem petierunt, &c. *Idem.*

77. Sic

33 Atque, ut tuum lætiſſimum diem cum triſtiſſimo meô conferam, utrùm tandem bono viro & ſapienti optabilius putas, 77 ſic exire à patria, ut omnes ſui cives ſalutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an, quod tibi proficiſcenti m evenit, 78 ut omnes exſecrarentur, malè precarentur, unam tibi illam viam & perpetuam eſſe vellent? Mihi, medius fidius, in tanto omnium mortalium odio, juſto præſertim & debito, 79 quævis fuga potiùs quàm ulla provincia eſſet optatior.

m in prov. evenit *MS.*

XV. SED PERGE porro. nam ſi illud meum turbulentiſſimum tempus profectionis tuo tranquilliſſimo præſtat, quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? Me Kalendis Jan. qui dies poſt
34 obitum occaſumque noſtrum reipublicæ primus illuxit, frequentiſſimus ſenatus concurſu Italiæ, referente clariſ-

77. *Sic exire a patria.*] Antiquus liber *è patria*; & poſt duos verſus ubi eſt, *An quod tibi.* In antiquo libro *è regione* horum verborum adſcripta ſunt extra contextum alia manu recentiore hæc duo alia, *in provinciam*, quæ mihi minime diſplicent. itaque illis receptis libenter lego, *quod tibi in provinciam proficiſcenti evenit.* Faërnus. Utrumque reſpuit Erfurtenſis, Pithœanus & Francii.

78. *Ut omnes execrarentur.*] Invenio duplicem fuiſſe execrationis rationem qua proſequebantur exeuntes. alteram tumultuariam, & non tam publico magiſtratûs Senatûsve conſilio quàm communi plebis conſpiratione ſuſceptam, ut contigit Piſoni & Gabinio. alteram rite, certis cerimoniis verbisque conceptis fieri ſolitam. de qua Plutarchus in Craſſo, Craſſo in Parthos profecturo: *Atejus, Tribunus plebis, accurrens ad portam, focum appoſuit, & cum ad eam Craſſus veniſſet adolens & libans, diras imprecatus eſt horrendas & terribiles, horrendos & inuſitatos Deos in his execrationibus vocans & appellans. has ajunt Romani execrationes ſecretas & ex antiquo repoſitas ejusmodi vim habere, ut effugiat nemo qui fuerit iis implicatus, & male cedere etiam illi qui fuerit uſus diris hujusmodi.* Adſtipulatur Dio & Appianus in Parthicis, ſi tamen is eſt Appianus, & non aliquis veterator, qui ex Plutarchi Craſſo & Antonio ſuam hiſtoriam iisdem verbis conflaverit. ſed tam elegantulè, ut pro Δομίτιος Αἰνόβαρβος, quod habet Plutarchus, repoſuerit, Δομίτιός τις Ἑλληνοβάρβαρος. Abram.

79. *Quavis fuga potius.*] Deleta alioqui ſupervacanea dictione *potius* legendum ex antiquo libro, *Quavis fuga; quam ulla provincia eſſet optatior.* Faërnus. *Potius* habetur in libris, quos ego evolvi, Erfurt. & Franc. nec non Pithœi excerpta. Sed in omnibus tribus pro *quævis* ſcribitur *ejus.* Poterat *potius* abeſſe. Sed hunc Atticiſmum imitatos eſſe Latinos multis viri docti exemplis declararunt. *Gravius.*

80. Ce-

riſſimo atque fortiſſimo viro, P. Lentulo, conſentiente [n] populo Romano, atque una voce revocavit. me idem ſenatus exteris nationibus, me legatis magiſtratibusque noſtris auctoritate ſua, conſularibus litteris non, ut tu, [o] Inſuber, dicere auſus es, orbatum patriâ, ſed ut ſenatus illo ipſo tempore appellavit, civem [p] conſervatorem reipublicæ commendavit. ad meam unius [q] ſalutem ſenatus auxilium omnium [r] civium cuncta ex Italia, qui rempublicam ſalvam eſſe vellent, conſulis voce & litteris implorandum putavit. mei capitis ſervandi cauſâ Romam uno tempore, quaſi ſigno dato, Italia tota convenit. de mea ſalute P. Lentuli, præſtantiſſimi viri atque optimi conſulis, Cn. Pompeji, clariſſimi atque invictiſſimi civis, [80] ceterorumque principum, celeberrimæ & gratiſſimæ conciones fuerunt.

De me ſenatus ita decrevit, Cn. Pompejo auctore & ejus ſententiæ principe, ut, ſi quis impediſſet reditum meum, [81] in hoſtium numero putaretur: iisque verbis [ſ] ea de me ſenatûs auctoritas declarata eſt, ut nemini ſit triumphus honorificentiùs, quàm mihi ſalus reſtitutioque perſcripta. (*q*) De me, cùm omnes magiſtratus promul-

n *Lamb. delet* pop. Rom. *Gul. legit* populi Romani.
o nuper *alii malè.*
p ſervatoremque *MS. Faërn.*
P. LXXXVII.
q hominis ſal. *Faërn.*
r civium *delet idem.*
ſ eadem ſen. *MS. Faërn.*

ASCONIUS.

(*q*) CIRCA VERS. A PRIMO DCCC. *De me, cum omnes magiſtratus promulgaſſent, præter unum prætorem, à quo non fuit poſtulandum, fratrem inimici mei, præterque duos de lapide emptos tribunos pl. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus Coſ.*] P. Clodii App. Claudius, ſicut jam ſæpe ſignificavimus, fuit frater. Duos tribunos, de quibus ipſis ſæpe jam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Attilium Serranum & Q. Numerium ſignificat.

---

80. *Ceterorumque principum celeberrimæ & graviſſimæ conciones.*] Lege, *principum civitatis*, & pro *graviſſimæ*, *gratiſſimæ*: & poſt duos verſus ubi eſt, *in hoſtium numero putaretur:* Antiquus liber habet, *reputaretur:* & ſtatim pro, *iisque verbis ea de me*, *eisque verbis eadem*, & poſt aliqua, ubi eſt, *juſtam excuſationem*, addenda in principio dictio *ſatis*. Faërnus. *Civium*, & *gratiſſimæ* aſſerunt Erfurt. Franc. & Pithœi MSS. De utraque re Cic. pro Sextio: *Hujus* (Pompeji) *oratio & pergravis & grata concioni fuit*, &c. *Quo ſilentio ſunt auditi de me reliqui principes civitatis.* Græv.

81. *In hoſtium numero putaretur.*] Senatus plerumque his verbis ſua decreta muniebat, ut qui ſecus feciſſet, is vel contra rempublicam feciſſe, vel in hoſtium numero habendus eſſe diceretur. cujus utriusque eandem eſſe vim liquet ex eo, quod oratione poſt Reditum in Senatu hoc ipſum narrans ita loquatur: *Decreviſtis ne-*

 quis

mulgaſſent, præter unum prætorem, à quo non fuit poſtulandum, fratrem inimici mei, [82] præterque [83] duos de lapide emptos tribunos plebis, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus conſul de collegæ [84] Q. Metelli ſententia: quem mecum eadem reſpublica, quæ in tribunatu ejus disjunxerat, in conſulatu, virtute optimi ac juſtiſſimi viri ſapientiâque conjunxit.

36 Quæ lex quemadmodum accepta ſit, quid me attinet dicere? ex vobis audio, nemini civi ullam, quo minus adeſſet, ſatis juſtam excuſationem eſſe viſam: nullis comitiis umquam multitudinem hominum tantam neque † ſplendidiorem fuiſſe: hoc certè video, quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, [85] vos diſtributores, vos cuſto-

† ſplendorem *MS.*

quis ulla ratione rem impediret: qui id impediſſet graviter moleſtéque laturos: illum contra rempublicam ſalutemque bonorum concordiamque civium facturum. Cum tamen vis eadem eſſet in utroque, graviore verborum formula contumaces urgebant. ut libro III. in Verrem: *Illi ſunt homines, quos nuper Senatus in hoſtium numero cenſuit habendos.* Vide Dionem libro XXXVII. Suetonium in Nerone cap. 2. de Cn. Domitio loquens: *Conſultante Pompejo de mediis, ac neutram partem ſequentibus, ſolus cenſuit hoſtium numero habendos.* Abram.

82. *Præterque duos.*] Sextum Attilium Serranum & Numerium Quintium. pro Sextio cap. 33. & 34. qui locus conſulatur. *Idem.*

83. *Duos de lapide emptos.*] Præcones in lapide ſtantes auctionem prædicabant. *Tribunos* Aſconius nominat. Cicero autem ſæpe in Sextiana & in utraque poſt Reditum. *Hotom.* Vide Turneb. Adverſar. x. 3. & Brodæum vi. Miſcell. 5. Eſt autem hoc loco *de lapide emptos*, mercede conductos, & P. Clodio mancipatos inſtar ſervorum venalium. *Abram.*

84. *Q. Metelli.*] Nepotis, is affinis P. Clodio, cum Tribunus plebis eſſet, legemque ferret de revocando in Italiam Pompejo cum exercitu a Cicerone Conſule diſſenſerat. de quo ſuperius: *Cum in concione abiens magiſtratu dicere a Tribuno plebis prohiberer quæ conſtitueram, cumque is tantummodo, ut jurarem, permitteret,* poſtmodum tamen oratione P. Servilii permotus in gratiam rediit cum Cicerone abſente. pro Sextio: *Quæ etiam collegæ ejus moderatio de me, qui cum inimicitias ſibi mecum ex reip. diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet, eas ſe Patribus Conſcriptis dixit & temporibus & reip. permiſſurum.* Idem.

85. *Vos diſtributores.*] Veneti: *vos rogatores, vos diribitores,* & legendum ita putant plerique. In Orat. habita in Senatu poſt reditum: *Tot rogatores, diribitores cuſtodesque vidiſtis?* nam *tutores,* quod alii maluerunt, quid eſſe hoc loco poſſit? *Camerar.* Nihil variant mei libri: itaque non accepi proditum Turnebo lib. xxi. cap. 15. *diribitores,* quod jam omnium libros occupat. *Grut.* Sic & noſtri Erfurt. Franc. Pithæi. *Diſtributores* ſunt iidem qui *diri-*

cuſtodes fuiſſe tabularum: &, quod in honoribus veſtrorum propinquorum non facitis vel ætatis excuſatione vel honoris, id in ſalute mea, nullo rogante, vos veſtra ſponte feciſtis.

XVI.

bitores, qui ſuffragiorum tabellas diſtribuebant civibus. Sic & Orat. poſt Red. in Sen. *Quando illa dignitate rogatores, diſtributores cuſtodesque vidiſtis?* Verboſè hic diſputat Abramius contra Nic. Grucchium, qui I. de Comitiis cap. 3. cenſet diribitores fuiſſe, qui populo tabulas per centurias miniſtrarent, cum ille ſtatuat diribitores fuiſſe, qui tabellas in ciſtam conjectas diriberent & ſecernerent. Fundus hujus ſuæ ſententiæ eſt, tabellas ſuffragia ferentium domi ſcriptas ſecum illos tuliſſe in comitia non accepiſſe a diribitoribus in comitiis. Propter prolixitatem Abramii verba non adſcribo, ſed ejus tamen argumenta ponderabo. Hoc ille primo probat ex epiſt. II. lib. I. ad Atticum: *Cum dies veniſſet rogationi ex S. C. ferenda, &c. totus ille grex Catilina, duce filiola Curionis: & populum ut antiquaret, rogabant. Piſo autem Conſul, lator rogationis, idem erat diſſuaſor. opera Clodiana pontes, tabella miniſtrabantur, ita ut nulli daretur* UTI ROGAS. Ex his verbis Grucchius recte colligit ſatis liquere fuiſſe quosdam qui tabellas populo miniſtrarent. Sed plane contrarium ex illis confici poſſe putat Abramius, nimirum operas & ſervos pontem occupaſſe, & per vim extorſiſſe populi ſuffragia. Quod quomodo ex his verbis extorqueri poſſit ipſe viderit. Quo pacto potuerunt in pontibus occupatis operæ Clodianæ miniſtrare tabellas ſuffragia laturis, ſi hi illas ſecum domo attulerunt? Sententia hujus loci eſt ſole meridiano clarior. Homines mercenarii a Clodio conducti in illis comitiis erant diribitores, qui civibus per pontes ituris non dabant tabellam, cui inſcripta erat V. R. *uti rogas*, ſed in qua tantum erat *A.* hoc eſt *antiquo*, ut dudum rectiſſime docti viri expoſuerunt. Subjicit poſt Abramius Varronis locum, qui III. de Re Ruſtica cap. 2. ſcripſit: *Comitiis ædilitiis cum ſole caldo ego & Q. Axius ſenator tribulis ſuffragium tuliſſemus, & candidato, cui ſtudebamus, vellemus eſſe praſto, dum domum rediret, Axius mihi: Dum diribentur, inquit, ſuffragia, vis potius villa publica utamur umbra.* Clare, inquit Abramius, niſi fallor, oſtendit Varro diribitionem fieri ſolitam iſtis jam ſuffragiis. Fallitur certe Abramius. Axius & Varro in centuria aut prærogativa, aut in primis jure vocatis ſuffragium tulerant. Interea dum ceteris centuriis tabellæ diriberentur umbræ cauſſa ſeceſſerant in villam publicam, ut cum omnes centuriæ tuliſſent ſuffragia, candidato domum eunti officium præſtarent. Sed, pergit Abramius, quod ſi miniſtratæ fuiſſent, non diverſa manu, ſed vel una vel paucis ſcriptæ eſſent, ſcilicet tabellæ. Unde, hæc colligit? Num credibile eſt tantam tabellarum copiam unum aut paucos ſcripſiſſe? an non vero ſimilius, quamlibet centuriam habuiſſe, qui tabellas ſignarent, quæ præbebantur diribitoribus diſtribuendæ? Hinc facilius explicatur locus Plutarchi in Catone Uticenſi de ædilitate Favonii, quem & ipſe & Grucchius adtulerunt, qui ſcribit Catonem in illis comitiis, in quibus repulſam tulerat Favonius, animadvertiſſe fraudem irrepſiſſe, quod omnes ta-

37 XVI. CONFER nunc, Epicure noſter, [86] ex hara producte, non ex ſchola, confer, ſi audes, abſentiam tuam cum mea. Obtinuiſti provinciam conſularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, [87] non quos lex generi tui pepigerat. nam lege Cæſaris juſtiſſima atque optima [88] populi liberi planè & verè erant liberi: lege autem ea, quam nemo legem, præter te & collegam tuum, putavit, omnis erat tibi [89] Achaja, Theſſalia, Athe-

P. D.

tabellæ una manu ſcriptæ fuiſſent. Si miniſtratæ fuiſſent, ait Abram. non diverſa manu, ſed unâ vel paucis ſcriptæ debuiſſent eſſe. At hoc eſt abſurdum. Quia centuriæ omnes eadem manu ſcriptas tabellas habuiſſe deprehendit Cato, inde conjecit, ab uno homine omnes tabellas eſſe confectas & diribitoribus datas, cum ſingulæ centuriæ aut ſaltem tribus, nam & his locus eſt in comitiis centuriatis, ſuas haberent tabellas a diverſis diverſa manu ſcriptas. Verum domi ſcriptæ tabellæ, quæ domo quisque ſecum adportavit in comitia, ut exiſtimat Abram. quomodo potuerunt una manu ſcribi, aut quomodo ſinguli cives in tanta multitudine potuerunt domi ſuæ habere tabulas, quas unus homo ſcripſit? Fruſtra equidem Abramius impugnat Grucchium, cujus ſententiâ nihil verius. *Grav.*

86. *Ex hara producte.*] Locum hunc Nonius profert, ubi haram porcorum ſtabulum interpretatur. *Hotom.*

87. *Non quos lex generi tui pepigerat.*] Lex Julia lata a Julio Cæſare genero tuo, qui videlicet Calpurniam filiam tuam duxit uxorem. *Abram.*

88. *Populi liberi planè & verè erant liberi.*] In antiquo libro non eſt dictio *erant*, nec infra poſt ea verba, *quas res geſſiſti*, particula *in*, nec ubi eſt, *nondum exactas*, particula vel ſyllaba *dum*. Faërnus. *Populi liberi plane & vere erant liberi.*] Commendat legem Cæſaris, partim ad gratiam Cæſaris captandam, partim ut vehementius in Piſonem violatorem legis invehatur. cum enim tuliſſet Cæſar ut populi liberi vere eſſent liberi, nec a provinciarum adminiſtratoribus regerentur, ſed propriis legibus & magiſtratibus uterentur, in eos Piſo imperium ſibi vindicavit. *Abram.*

89. *Achaja.*] Achaja jam ante a T. Quintio libertatem acceperat. qua de re Livius lib. IV. Decad. 4. Plutarchus in Flaminio, Juſtinus & alii paſſim conſulantur. ſed pedetentim, ut vel ex hoc loco colligi poteſt, ea conſuetudo irrepſerat, ut eò Romanæ ſecures mitterentur, atque ita libertas Achajæ tolleretur magiſtratuum cupiditate, qui provinciarum fines ulterius & ulterius propagabant. Quare Julius Cæſar in primo ſuo conſulatu legem tulit, ut populi liberi vere eſſent liberi, & ſuis legibus uti ſinerentur. Piſo tamen altero poſt anno ſuas ſecures ad Achajam usque promoverat, erepta iterum Græciæ libertate, donec a Nerone eſt reſtituta, ut Suetonius in Nerone & alii teſtantur. *Idem.*

90. Om-

ınæ, 90 cuncta Græcia addicta. habebas exercitum
ım, quantum tibi non ſenatus aut populus Roma-
ìederat, ſed quantum tua libido conſcripſerat. æra-
. exhauſeras.
uas res geſſiſti in imperio, exercitu, provincia con- 38
i? quas res geſſerit quæro? 91 qui ut venit ſtatim
.dum commemoro rapinas, nondum exactas pecu-
, non captas, non imperatas, non neces ſociorum,
cædem hoſpitum, non perfidiam, non immanita-
, non ſcelera prædico: mox, ſi videbitur, ut cum
, ut cum ſacrilego, ut cum ſicario, diſputabo: nunc
m ſpoliatam fortunam conferam cum florente fortu-
nperatoris). Quis umquam provinciam cum exerci-
btinuit, qui nullas ad ſenatum litteras miſerit? tan-
verò provinciam cum tanto exercitu, Macedoniam
ertim, 92 quæ tantis barbarorum gentibus attingitur,
:mper v Macedonicis imperatoribus iidem fines pro-
iæ fuerint, qui x gladiorum atque pilorum: ex qua
ali-

v Macedonibus *alii.*
x gladiatorum *MS.* & *alii.*

. *Cuncta Græcia.*] Difficile eſt dictu quid nomine *cuncta Græ-*
elit Orator, cum alias alii regiones, nonnulli Theſſaliam,
:doniam, non mediocrem Aſiæ partem communi nomine
:iæ comprehendant. qua de re Strabo, Plinius, Pomponius
mnes paſſim geographi conſulantur. *Abram.* Per omnem
:iam intelligit ceteras Græcas regiones, ut Ætoliam, Epi-
& alias, quas hic non recenſuit nominatim Tullius. Nihil
:icæ Græciæ, aut Italicæ hic loci eſt. *Gravius.*

. *Qui ut venit, ſtatim nondum.*] Interpunctio mutanda eſt:
ut venit, ſtatim. Nondum, &c. orationem enim abrumpit
ı nondum abſoluto. quaſi ita dicere voluiſſet: *Qui ut venit*
lacedoniam, ſtatim rapinis, exactionibus, nece ſociorum, cæde
tum, perfidiâ, immanitate cœpit vaſtare provinciam. ſed nondum
memoro rapinas, nondum exactas pecunias, &c. Elegans plane
a, qua fit, ut ex tempore effuſa, non domo allata fuiſſe vi-
ır oratio. *Abram.* Suſpenditur hic ſenſus, nec quicquam eſt,
l reſpondeat his verbis, *qui ut venit ſtatim.* Divinat. in Cæ-
m: *Putasne de maximis acerbiſſimisque rebus, cum cauſſam ſocio-*
fortunasque provinciæ, jus populi Romani, gravitatem judicii
ıque ſuſceperis, tot res tam graves, tam varias, voce, memoriâ,
io, ingenio ſuſtinere? Vides nihil hic ſequi unde pendeant hæc
a, *putasne de maximis acerbiſſimisque rebus.* Plura collegi alibi
ıpla. vid. act. v. in Verr. c. 26. Orat, 1. de Leg. Agrar. cap.
ìrat. pro Muræna cap. 14. *Grav.*

. *Quæ tantis barbarorum gentibus attingitur.*] Antiquus liber,
ı *tantæ barbarorum gentes attingunt.* Et ſequenti verſu pro, *Mace-*
ıus, Macedonicis. Faërn.

aliquot prætorio imperio, [93] conſulari quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, [y] qui non triumpharit. eſt hoc novum: multo illud magis. (r) [94] appellatus eſt hic vulturius illius provinciæ (ſi diis placet) imperator.

y quin triumph. MS. Faërn.

39 XVII. Ne tum quidem, [95] Paulle noſter, tabulas Romam cum laurea mittere audebas? Miſi, inquit. Quis umquam recitavit? quis, ut recitarentur, poſtulavit? nihil enim mea [z] refert, utrùm tu, conſcientiâ oppreſſus ſcelerum tuorum, nihil umquam auſus ſis ſcribere ad eum ordinem, quem deſpexeras, quem afflixeras, quem deleveras: an amici tui [a] tabulas abdiderint, iidemque ſilentio ſuo temeritatem atque audaciam tuam condemnarint. Atque haud ſcio, an malim, te videri nullo pudore

z refert jam MS.
a tabellas MS.
P. LXXXVIII.

A S C O N I U S.

(r) CIRCA MEDIUM. *Appellatus eſt hic vulturius illius provinciæ, ſi diis placet, Imperator. ne tum quidem, Paule noſter, tabellas cum laurea Romam mittere audebas?*] Confido vos intelligere, L. Paulum hunc ſignificari, qui fuit pater naturalis Africani poſterioris, quique de Macedonia atque ultimo ejus de rege triumphavit.

Macedoniam autem Piſo, in quem hæc oratio eſt, obtinuit: propter quod Paulum eum appellat: irridens eum, quòd ibi ſe non proſperè geſſit.

---

93. *Conſularis quidem.*] *Conſulari* antiquus liber, & rectè, ut referatur ad ſubſtantivum, *imperio*. Et ſequenti verſu pro *qui non*, *quin*, & poſt pauca ubi eſt, *nihil enim mea*, addenda in fine dictio *jam*; & poſt duos verſus, pro *tabulas*, *tabellas*, quod placet; dicimus enim & *tabulas*, & *tabellas*, pro *epiſtola*; ut ſæpe apud auctores. *Faërnus.*

94. *Appellatus eſt hic vulturius.*] Producit teſtem hunc locum Cariſius lib. I. in nomine, *vulturius*, hoc modo, *vulturius illius provinciæ*, ſignificans hæc verba, *illius provinciæ*, cohærere cum voce, *vulturius*, & non cum voce, *imperator*. Per vulturium autem vult intelligi Cicero expilatorem & direptorem. idem ibidem alium ex eadem oratione locum profert, qui hodie non reperitur, *Scaurus vulturius reip.* ſupra autem non longe, *conſulari*, repoſuimus, pro eo, quod eſt in libris vulg. *conſularis*, manuſcriptos ſecuti. nam, *conſulari*, refertur ad vocem, *imperio*, & reſpondet illi alteri, *prætorio*, ut recte animadvertit Faërnus. *Lambinus.*

95. *Paule noſter.*] Paulum appellat, quod præ ceteris Paulus Æmilius de Macedonia magnifice triumpharit. vid. Plinium libro IV. cap. 10. Eſt tamen & alia peculiaris ratio cur Piſonem ironice Paulum nominarit, quòd nimirum litteræ Pauli laureatæ celeberrimæ fuerant, quas etiam fama divinitus allata prævenerat. vide Plutarchum in Paulo & Livium lib. XLV. cap. I. *Abram.*

96. Et

dore fuiſſe in litteris mittendis, [96] an amicos tuos plus habuiſſe & pudoris & conſilii, quàm aut te videri pudentiorem fuiſſe quàm ſoles, aut tuum factum non eſſe condemnatum judicio amicorum.

Quòd ſi non [b] tuis nefariis in hunc ordinem contume- 40
liis in perpetuum tibi curiam præcluſiſſes: quid tandem erat actum aut geſtum in [c] illa provincia, de quo ad ſenatum cum gratulatione aliqua ſcribi abs te oporteret? vexatio Macedoniæ? an oppidorum turpis amiſſio? an ſociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Theſſalonicæ? an obſeſſio militaris viæ? an exercitus noſtri interitus, ferro, fame, frigore, peſtilentiâ? Tu verò, qui ad ſenatum nihil ſcripſeris: ut in urbe nequior inventus es quàm Gabinius, ſic in provincia paullo tamen quàm ille demiſſior.

b tu non tuis *MS.*
c tua *MS.*

Nam ille gurges atque helluo, natus abdomini ſuo, 41
non laudi [d] atque gloriæ, [97] cùm equites Romanos in provincia, cùm publicanos, nobiſcum & voluntate & dignitate conjunctos, omnes fortunis, multos fama vitaque privaſſet, cùm egiſſet aliud [e] nihil in illo exercitu, niſi ut urbes depopularetur, agros vaſtaret, exhauriret domos: auſus eſt (quid enim ille non [f] auderet?) à ſenatu ſupplicationem per litteras poſtulare.

d & *MS.*
e nihil illo *Faërn.*
f audeat *Idem.*

XVIII. O

96. *Et amicos tuos plus habuiſſe.*] Qui hunc locum attente legit, ſic eſſe legendum, vel invitis libris omnibus, quemadmodum edidimus, judicabit: non, ut eſt in libris vulg. & aliis, *an amicos tuos, &c.* Lambinus. Ego τὸ *an* delendum cenſeo, quod natum eſt ex principio voculæ ſequentis *amicos.* Græv.

97. *Cum equites Romanos in provincia, cum publicanos.*] Negotiationibus occupatos in Syria: quòd ſubjungit *publicanos*, non eſt, quod ordinem ab equitibus diſtinctum exiſtimes: erant enim equites Romani, qui publica vectigalia quæſtus ſui cauſſâ conducebant redimebantque, & ſuo ipſorum periculo colligebant, ut ex Plinio cap. 2, lib. XXXIII. Livio lib. XLIII. Cicerone pro Poſthumio, pro Domo, pro Plancio aliiſque compertum eſt. Locus ille Plancianæ ſuffecerit: *Flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reipublicæ publicanorum ordine continetur.* Tamen non ſolum hoc loco, ſed etiam apud Varronem lib. 1. de Re Ruſtica inter equitem Romanum & publicanum eſt diſtinctio, *Offendi ibi C. Agrium equitem Romanum & P. Agraſium publicanum*; quia nimirum, licet publicani equites fere fuerint, ut bene advertit Sigonius, non tamen omnes equites erant publicani. cujus rei, inquit, argumento eſt, quod exſtat apud Nepotem de Attico equite Romano, *Ad haſtam publicam numquam acceſſit, nullius rei neque præs neque manceps factus eſt.* Abram.

98. *Quam*

XVIII. O dii immortales! tune etiam, atque adeò vos, geminæ voragines ſcopulique reipublicæ, vos meam fortunam deprimitis? veſtram extollitis? cùm de me ea ſenatusconſulta abſente facta ſint, eæ conciones habitæ, is motus fuerit municipiorum & coloniarum omnium, ea decreta publicanorum, ea collegiorum, ea denique generum ordinumque omnium, quæ g ego non modò optare numquam auderem, ſed cogitare non poſſem? vos autem ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas ſubieritis?

g non modo ego *Lamb.*

P. B.

42 An ego, ſi te & Gabinium cruci ſuffixos viderem, majore afficerer lætitiâ ex corporis veſtri laceratione, 98 quàm afficior ex infamia? Nullum eſt ſupplicium putandum, quo affici caſu aliquo etiam boni viri forteſque poſſunt. Atque hoc quidem etiam iſti tui dicunt h voluptarii, Græci; quos utinam ita audires, ut erant audiendi! numquam te in tot flagitia ingurgitaſſes. verùm audis 99 in præſepibus: audis in ſtupris: audis in cibo & vino. Sed dicunt iſti ipſi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, ſapientem, etiam ſi in Phalaridis tauro incluſus ſuccenſis ignibus torreatur, dicturum tamen, ſuave illud eſſe, ſeſeque ne tantulum quidem commoveri. tantam virtutis eſſe vim voluerunt, ut non poſſet um-
43 quam eſſe vir bonus non beatus. Quæ eſt igitur pœna? quod ſupplicium? Id, meâ ſententiâ, quod accidere nemini poteſt, niſi nocenti, ſuſcepta fraus, impedita & oppreſſa mens conſcientiâ, bonorum omnium odium, nota i juſti ſenatus, amiſſio dignitatis.

h voluptuarii *MS.*

i non juſſu *MSS.* juſta *Faërn.* inuſta *Lamb.*

XIX. Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginienſes, reſectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necaverunt, ſupplicio videtur affectus; nec C. Marius,

98. *Quam afficior ex infamia.*] *Ex fama* antiquus liber, & ſubaudiendum *laceratione*; & poſt pauca, ubi eſt, *ſed dicunt ipſi*, interponenda dictio *iſti*, poſt *dicunt*; & poſt duos verſus, ubi eſt *ſeſeque*, legendum *ſeque*. Faërnus. Sic ediderunt Manutius, Lambinus, Abramius. Vere. Nam Erfurt. & Pith. MSS. *quam afficior ex fama*, Lambini vetus codex, *afficior ex fame*, corrupte omnes pro *fama*. Græv.

99. *In præſepibus.*] *Præſepia*, inquit Nonius, *omnia loca clauſa & recondita.* Varro de Repub. I. *Is habet culinam ruſticam, unam præſepiam latam, cellam vinariam.* Olim de hac ſcriptura diffidens ſuſpicabar legendum *paropſidibus*. Hotom.

I. De

ius, quem Italia ſervata ab illo, [1] demerſum in Minturnenſium paludibus, Africa devicta ab eodem, expulſum & naufragum vidit. fortunæ enim iſta tela ſunt, non culpæ; ſupplicium autem eſt pœna peccati. neque verò ego, ſi umquam vobis mala precarer, quod ſæpe feci, in quo dii immortales meas preces audiverunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyeſtea iſta exſecratio eſt, poëtæ, vulgi animos, non ſapientum, moventis:

Ut tu naufragio expulſus, uſpiam ſaxis fixus aſperis,
Eviſceratus k *latere penderes* (ut ait ille) *ſaxa ſpargens tabo,* k *laceri* Gul.
Sanie, ſanguine atro. ——

Non ferrem omnino moleſtè, ſi ita accidiſſet: ſed id P. LXXXIX. tamen eſſet humanum. (*s*) M. Marcellus, qui ter conſul 44 fuit, ſumma virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem l gloriæ laude vivit. [2] in l gloria & laude *Lamb.* fortuna quadam eſt illa mors, non in pœna, putanda. Quæ

ASCONIUS.

(*s*) SEQUITUR. *M. Marcellus, qui ter conſul fuit, ſumma virtute, pietate, gloria militari; periit in mari: qui tamen ob virtutem gloriâ & laude vivit.*] Fortaſſe quæratis, quem dicat Marcellum. fuit autem nepos M. Marcelli ejus, qui bello Punico ſecundo Syracuſas vicit, & quinque conſulatus adeptus eſt. hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipſam Africam periit, paulo ante cœptum bellum Punicum tertium. Idem, cum ſtatuam ſibi ac patri itemque avo poneret in monumentis avi ſui ad Honoris & Virtutis ædem, ſubſcripſit, *III. Marcelli novies Coſſ.* fuerat autem avus quinquies, pater ſemel, ipſe ter. itaque neque mentitus, & apud imperitiores patris ſui ſplendorem auxit.

---

1. *Demerſum in Minturnenſium paludibus.*] Quò profugerat, urbe a Sullæ militibus occupata. *Abram.* Vide Appian. 1. Civil. Plutarch. in Sulla & Mario. *Grav.*

2. *In fortuna quadam.*] Dicam quod ſentio. Senſus hic: mors illa in fortuna quadam, non in pœna, putanda eſt; haud omnino mihi probatur. occurrunt autem correctiones duæ, quas eruditorum hominum judicio pro mea conſuetudine libenter permitto, una, ut legatur: *Importuna quadam eſt illa mors, non pœna putanda:* (nam, *in pœna*, in paucis eſt antiquis libris, eſt quidem in eo, quem Faërnus habuit, ſed is quoque ſæpe mendoſus eſt) altera: *In fortuna quadam eſt illa mors, non pœna putanda:* ut, *in fortuna*, pro, caſu illata, unico verbo dictum ſit. at eſt inſolens in Latina lingua. quàm multa, in iis quidem libris, qui ad ætatem noſtram pervenerunt, ſingularia ſunt? uſitatum fuiſſe, ſi quis, unde deductum ſit *infortunium*, conſideret, facile, ut opinor, animadvertet. Accedit Plinii teſtimonium. nam lib. xxxv. cap.

Quæ eſt igitur pœna? quod ſupplicium? quæ ſaxa? quæ cruces? Ecce, m duo duces in provinciis populi Romani habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum ſic fuiſſe infirmatum conſcientiâ ſcelerum & fraudum ſuarum, ut ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maximè triumphalis, nullas ſit ad ſenatum litteras mittere auſus. Ex qua provincia modò vir omni dignitate ornatiſſimus, L. Torquatus, magnis rebus geſtis, me referente, abſens imperator n ſit appellatus: unde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli juſtiſſimos triumphos vidimus, ex ea, te imperatore, nuntius ad ſenatum allatus eſt nullus. ab altero allatæ litteræ, recitatæ, relatum ad ſenatum.

m *ita MSS. alii* duos

n ſit *deeſt in MS.*

45 Dii immortales! idne ego optarem, ut inimicus meus 3 eâ, qua nemo umquam, ignominiâ notaretur? ut ſenatus is, qui in eam jam benignitatis conſuetudinem venit, ut eos, qui bene rempublicam geſſerint, novis honoribus afficiat, & numero dierum, & genere verborum hujus unius litteris nuntiantibus non crederet? poſtulantibus denegaret?

XX. His ego rebus paſcor, his delector, his perfruor: quòd de vobis hic ordo opinatur 4 non ſecus ac de

cap. 6. ubi vulgo legitur, *Importuna hac omnia ac novitia*, antiquus liber habet, *in fortuna*, disjunctis tamen vocibus, vitio librariorum, verbi novitatem reſpuentium. Nam quod Faërno placuit, *in pœna putanda:* inde natum puto, quia cum, *in fortuna*, ſeparatim legeretur, alterum, *in*, reddi oportere videbatur. & omnino inſitum hoc & plane perſuaſum Faërno fuit, ut in Cicerone finem verſus vitare vellet: quod ſi fiat infinita mutatio conſequetur. nam, etſi vitioſam eſſe orationem, quæ ſimilitudinem verſus habeat, noſter hic in Oratore docet: ipſe tamen in hoc vitium ſæpe imprudens incurrit, dum in explicanda ſententia potius, quàm in collocandis verbis, operam ac ſtudium ponit. *P. Manut.*

3. *Ea, qua nemo unquam.*] Præter Titum Albutium, cui Senatus etiam ſupplicationem ob res in Sardinia geſtas denegavit. Sed diſſimilitudo inter utrumque de Provinciis Conſularibus fuſe oſtenditur, ideoque vere dicitur hic ſupplicatio ſoli fuiſſe Gabinio denegata. *Abram.* Vide Lib. II. ad Q. Fratr. ep. 7. Verumtamen & hic lapſus eſt Cicero, & ibi Procilius, quum M. Popilio Lænati A. V. C. DLXXX. tum abſenti per literas petenti, tum præſenti eam poſtulanti, ſupplicatio negata ſit, ut è Livii lib. XLII. c. 8, 9. docet celeb. Perizonius in Animadv. Hiſt. c. 9. *Verburg.*

4. *Non ſecus ac de teterrimis hoſtibus.*] Antiquus liber habet, *acerrimis*; & poſt aliqua, ubi eſt, *nunquam mehercule*, delenda particu-

rtimis hoſtibus: quòd vos equites Romani, quòd
rdines, quòd cuncta civitas odit: quòd nemo bo-
no denique civis eſt, qui modò ſe civem eſſe me- o recordationem den. ipſam. MS.
, qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, ani-
rnetur, o recordatione denique ipſa conſulatus
perhorreſcat. Hæc ego ſemper de vobis expetivi, 46
optavi, hæc precatus ſum. plura etiam acciderunt P. B.
vellem. nam, ut amitteretis exercitum numquam
hercule optavi. illud etiam accidit præter optatum p hercule MS.
m; ſed valde ex voluntate. mihi enim q non vene-
n mentem furorem & inſaniam optare vobis, in q nunquam veniret MS.
a incidiſtis. Atqui fuit optandum. me tamen fugerat,
um immortalium has eſſe in impios & conſcelera-
œnas certiſſimas conſtitutas. Nolite enim putare,
s conſcripti, ut in ſcena videtis, homines conſcele-
impulſu deorum terreri Furiarum tædis ardentibus.
quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua au-
de ſanitate ac mente deturbat. hæ ſunt impiorum
, hæ flammæ, hæ faces.
o te non vecordem, non furioſum, non mente 47
m, non tragico illo Oreſte, s aut Athamante de-
iorem putem, qui ſis auſus primùm facere (nam id
put) deinde paullo antè, Torquato, graviſſimo &
iſſimo viro, premente, confiteri, te provinciam Ma-
niam, in quam tantum exercitum transportaſſes, ſine
ullo

ne, & poſt duos verſus, pro, *non venerat*, *nunquam veniret*.
L. *Non ſecus ac de taterrimis hoſtibus.*] Nihil muto, quamvis ur Faërnus ſcriptum eſſe in ſuis lib. antiq. *acerrimis hoſtibus*. & *tater hoſtis* gravius dictum quam *acer:* & in Orat. pro Cœlio ita eſt locutus: *Quis tatrior hoſtis huic civitati?* Lam-. *Veniret* eſt etiam in Erfurtenſi & Pithœano.

Aut Athamante.] Thebano, qui, in furorem actus, Learchum ratus eſſe feram interemit, & alterum filium Melicertam etem immiſit decoquendum. ita Nonnus libro X. Diony-a, quamvis aliter alii fabulantur. Addit autem *Tragico*, ut orationis frigidæ vitium declinet, in quod ſcioli plerique tur, qui a rebus abſtruſiſſimis comparationes ad unam pe-rſpicuitatem inſtitutas arceſſunt, & tanti habent obſcurita-dum multas hiſtorias, fabulas, apologos, ænigmata, in orationem inferciant. addit igitur *Tragico*, quaſi diceret, abſtruſa proferam, aut a vulgi ſenſu remota, ſed ea, quibus oculique veſtri quotidie celebrantur, & cum illo Oreſte em conferam, qui identidem a Poëtis in ſcenam inducitur. thamante vid. Ovid. III. Metam. & Non. X. Dionyſ. V. *ibram*.

6. *Cruen-*

nullo milite reliquiſſe? Mitto de amiſſa maxima parte exer-
citûs. ſit hoc infelicitatis tuæ. dimittendi verò exercitus
quam potes afferre cauſam? quam poteſtatem habuiſti?
quam legem? quod ſenatusconſultum? quod jus? quod
x ita MSS. alii furere niſi. exemplum? Quid eſt aliud x furere, non cognoſcere ho-
mines, non cognoſcere leges, non ſenatum, non civita-
tem? 6 cruentare corpus ſuum? major hæc eſt vitæ, fa-
48 mæ, ſalutis ſuæ vulneratio. Si familiam tuam dimiſiſſes,
quod ad neminem, niſi ad ipſum te, pertineret, amici
te tui conſtringendum putarent. præſidium tu populi Ro-
mani, cuſtodiam provinciæ, injuſſu populi ſenatûsque
dimiſiſſes, ſi tuæ mentis compos fuiſſes?

P. XC. XXI. Ecce tibi alter, effuſa jam maxima præda,
quam ex fortunis publicanorum, ex agris urbibusque ſo-
ciorum exhauſerat, 7 cùm partim ejus prædæ profundæ
libidines devoraſſent, partim nova quædam & inaudita
luxu-

6. *Cruentare corpus ſuum.*] His addendæ in fine hæ duæ dictiones, *leve eſt*. Faërn. *Cruentare.*] Putas furere eſſe cruentare ſuum corpus? major eſt furor in ſuam famam & ſalutem quàm in ſuum corpus ſævire. *Hotom.* An aliquis, furere, dixerit eſſe cruentare corpus ſuum? at hæc vitæ, famæ, ſalutis ſuæ major vulneratio eſt. Inepte nonnulli addunt, *leve eſt*: ut legatur: *cruentare corpus ſuum leve eſt*: cum hoc ad illud venuſte referatur, quid eſt aliud furere, niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges? non ſenatum, non civitatem? deinde vero ſubjungatur: An hoc eſt furere cruentare corpus ſuum? major hæc eſt vitæ fama ſalutis ſuæ vulneratio. Fuit ſine dubio, *leve eſt*, gloſſema hominis imperiti. *P. Manut.*

7. *Cum partim ejus præda.*] Antiquus liber habet, *partem*; quod non diſplicet; nec videtur incongruum: licet in ſequentibus membris legatur *partim*. Faërn. *Partim ejus præda.*] Rara & notanda locutio: pro cum eam prædam devoraſſent, partim profundæ libidines, partim, &c. Sæpe alibi *partim* cum genitivo conjungitur. ut Offic. II. *Horum ipſorum partim ejuſmodi ſunt, partim, &c.* Sed nuſquam ſimilem iſtius locutionem animadvertiſſe me recordor. *Hotom.* *Cum partim ejus præda.*] Faërnus admonet in libris antiquis ſcriptum eſſe, *cum partem, &c.* Lambinus. *Cum partim ejus prædæ profundæ libidines devoraſſent.*] Etiam noſtri mſſ. agnoſcunt *prædam*. ſed quid hoc? videtur ea vox ſimul cum præcedenti exturbanda, tanquam adſuta a librariis, ut & viſum Gulielmio. *Grut.* *Partim ejus prædæ*] Eadem ſyntaxi Cato Cenſorius oratione pro Rhodienſibus apud Gellium lib. VII. cap. 3. *Atque haud ſcio an partim eorum fuerint, qui non noſtræ contumeliæ cauſſâ id voluerunt evenire.* Vide dicta de Provinciis Conſularibus cap. 10. *Cum partim mihi illorum familiares, partim etiam me defendente capitis judiciis eſſent liberati.* Abram. In Pithœano eſt: *Cum partim ejus prædam profundæ libidines devoraſſent.* Græv.

8. *Par-*

luxuries; [8] partim etiam in illis locis, ubi [f] omnia diripuit, emptiones, partim permutationes [9] ad hunc Tuſculanum montem exſtruendum; [10] cùm jam egeret, cùm illa ejus immenſa & intolerabilis ædificatio conſtitiſſet: [11] ſe ipſum, faſces ſuos, exercitum populi Romani, numen interdictumque deorum immortalium, reſponſa ſacerdotum, auctoritatem ſenatûs, juſſa populi, nomen ac dignitatem imperii, regi Ægyptio vendidit. [f] omnes MS.

49 Cùm fines provinciæ tantos haberet, quantos voluerat, quantos optaverat, quantos mei capitis pretio periculoque emerat: his ſe tenere non potuit. exercitum eduxit ex Syria. Quî licuit extra provinciam? [t] Tribuit ſe mercenarium comitem regi Alexandrino. Quid hoc turpius? in Ægyptum venit: ſigna contulit cum Alexandrinis. Quando hoc bellum, aut hic ordo, aut populus ſuſceperat? Cepit Alexandriam. [12] Quid aliud exſpectamus à furore ejus, niſi ut ad ſenatum tantis de rebus geſtis litteras mittat? [t] Præbuit Lamb. Grav. conj.

Hic

8. *Partim etiam in illis locis, ubi omnia diripuit.*] Puto deeſſe negationem: ut ſit, *ubi non omnia diripuit.* Alioqui quorſum vox *emtiones* pertineret? *Hotom.*

9. *Ad hunc Tuſculanum montem.*] Villam Tuſculanam tam immanem & inſanam, ut monti quàm villæ ſimilior eſſe videatur. quidam legunt *ad hunc Tuſculanum in monte montem extruendum.* quo major, inquit Manutius, in Gabinium quæritur invidia, qui in editiore colle, quem vocat montem, ſuam villam quaſi alterum montem extruxiſſet. *Abram.*

10. *Cum jam egeret.*] Tres hæ voces viſuntur in Manutianis & Lambinianis. ſed non invenio in Pall. aut edd. vett. manarunt forſan à Faërno. iidem mox etiam præferunt *intermiſſa* pro *immenſa.* Grut. [Diſerte quidem id Faërnus indicat, ut *forſan* ſit vacuum. *Gron.*] Sed nec in Erfurt. nec Francii nec Pithœi libris reperiuntur hæc tria verba, quæ receperunt ex ſolo Faërno. *Gravius.*

11. *Se ipſum.*] Ptolemæus Auletes Alexandriæ Rex a ſuis popularibus expulſus à S. P. Q. R. contendit ut in regnum reſtitueretur: libri Sibyllini inſpecti ſunt: ii Regem Ægypti cum armis remitti prohibebant: cum igitur exercitum a Senatu populoque Romano obtinere non poſſet, Gabinium Syriæ Proconſulem mercede corruptum ſecum in Ægyptum duxit, a quo cæſi Alexandrini, urbs expugnata, ipſe in regnum reſtitutus. ex quo hic noſter Gabinii furorem oſtendit. *Abram.*

12. *Quid aliud exſpectamus.*] Falſus eſt exſpectatione. Dio lib. XXXIX. poſtquam Gabinii de Alexandrinis & Ægyptiis, & Archelao, quem Beronice in regnum adſciverat, victoriam deſcripſit, ſubdit: *Nihil de his actis Romam per litteras nuntiavit, ne ipſe ſuorum delictorum delator exiſteret.* Idem.

50 Hic ſi mentis eſſet ſuæ, niſi pœnas patriæ diiſque immortalibus eas, quæ graviſſimæ ſunt, furore atque inſaniâ penderet: auſus eſſet (mitto exire de provincia) educere exercitum, bellum ſua ſponte gerere, in regnum injuſſu populi aut ſenatûs accedere? quæ cùm plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majeſtatis, Julia de pecuniis repetundis, planiſſime vetant: ſed hæc omitto. Ille, ſi non acerrimè fureret, audiret, quam provinciam [13] P. Lentulus amiciſſimus huic ordini, cùm & auctoritate ſenatûs & ſorte haberet, interpoſita religione ſine ulla dubitatione depoſuiſſet, eam [v] ſibi aſciſcere, cùm, etiam ſi religio non impediret, mos majorum tamen, & exempla, & graviſſimæ legum pœnæ vetarent?

v ſibi tum aſc. *Grut.* P. B.

51 XXII. [14] SED quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus; de reditu Gabinii omittamus: quem etſi ſibi [x] ipſe præcidit, ego tamen os ut videam hominis exſpecto. Tuum, ſi placet, reditum cum meo conferamus. [y] Ac meus quidem is fuit, ut [z] à Brundiſio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ [a] viderem. neque enim regio fuit ulla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publicè ad me venerint gratulatum. Quid dicam adventus meos? quid effuſiones hominum ex oppidis? quid concurſum ex agris patrum familiâs cum conjugibus ac liberis? quid eos dies, qui, [15] quaſi deorum immortalium feſti ac ſollemnes, ſunt adventu meo redituque celebrati?

x ipſi *alii.*
y At *alii.*
z è *MS.*
a viderit *MS.*

Unus

13. *P. Lentulus.*] Conſul hujus anni. *Hotom.* Falſum. Hic, qui provinciam regem Ægyptium reducendi depoſuerat, non erat Cn. Cornelius Lentulus illius anni Conſul, ſed P. Cornelius Lentulus Spinther, qui tum Ciliciam tenebat. *Grævius.*

14. *Sed quoniam.*] Legendum *& quoniam*; & poſt pauca, pro *at meus*, *ac meus*, pro *a Brunduſio*, *e Brundiſio*; & ſequenti verſu, pro *viderem*, *viderit*, ut referatur ad adventum. *Faërnus.*

15. *Quaſi deorum immortalium feſti ac ſollemnes, ſunt adventu meo redituque celebrati?*] Legendum *feſti atque ſollemnes*; & hic diſtinguendum. Statimque verba hæc duo addenda, *apud homines*; ut in antiquo libro: vel *apud omnes*, ut in aliis recentioribus eſt; quod magis probamus: & ſequenti verſu, ubi legitur, *quo in patriam*, legendum, *cum in p.* & poſt duos verſus, pro *procedere viſa eſt*; *progredi v. e.* nam & vitatur hemiſtichion heroicum, & numerus Tullianus exiſtit. *Idem.* Erfurt. Franc. edd. prima, Manut. & Lambini interſerunt hæc duo verba, *apud omnes*. Cur Victorius & Gruterus, ac qui hos ſequuntur, eas omiſerint ratio nulla redditur a quoquam. Si libri meliores id ſuadent non re-

Unus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, 52
[b] quo in patriam redii, cùm ſenatum egreſſum vidi populumque Romanum univerſum, cùm mihi ipſa Roma propè convulſa ſedibus ſuis, ad complectendum conſervatorem ſuum procedere viſa eſt. quæ me ita accepit, ut non modò omnium generum, ætatum, ordinum omnes viri ac mulieres, omnis fortunæ ac loci, ſed etiam mœnia ipſa viderentur & tecta urbis ac templa lætari. (t) Me conſequentibus diebus in ea ipſa domo, quâ tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, conſules, [c] patres conſcripti [d] collocaverunt [16] mihique, quod ante me nemini, pecuniâ publicâ ædificandam domum cenſuerunt.

b cùm *MS.*

c P. C. *MSS.*

d collocarunt *Aſc.*

Ha-

A S C O N I U S.

(t) Circa vers. a noviss. dccc. *Me, conſequentibus diebus, in ea ipſa domo, quâ tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, conſules, prætores collocarunt, mihique, quod ante me nemini, pecuniâ publicâ ædificandam domum cenſuerunt.*] Hæc Cicero oratorio more, non hiſtorico, videtur poſuiſſe. nam multis ætatibus ante Ciceronem nulli id contigiſſe verum eſt.

Nemini vero unquam antea, videamus, ne parum caute dicamus. antiquis enim temporibus pluribus idem contigit. Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice ædificata eſt in Palatio: cujus exitus, quo magis inſignis eſſet, in publicum verſus declinaretur, hoc eſt, extra privatum aperiretur. Varronem autem tradere, M. Valerio, quia ſæpius vicerat, ædes in Palatio tributas, L. Higinius dicit in libro priore de Viris Claris: P. Valerio Voleſi filio Publicolæ ædes publicas ſub Velia, ubi nunc ædes Victoriæ eſt, populum ex lege, quam ipſe tulerat, conceſſiſſe tradunt, & Antiochi regis filio obſidi domum publice ædificatam, inter quos Atticus in Annalibus, quæ poſtea dicitur Lucilii poëtæ fuiſſe. Varro quoque in lib. iii. de Vita populi Romani, quo loco refert, quam gratus fuerit erga benemeritos, dicit, Mutini, quòd in Sicilia cum equitatu ſuo tranſierat ad nos, civitatem Romæ datam ædesque & pecuniam ex ærario.

Videamus tamen, num ideo Cicero dicat ſibi, quod antea nulli, domum pecuniâ publicâ ex ærario ædificatam, quia illis aut locus publice datus ſit, aut domus quæ non fuerat eorum, neque propter illos publico ſumptu ædificata.

Ciceroni domus, quæ fuerat ipſius, & diruta atque incenſa erat & conſecrata, publico ſumptu ædificata ſit: quod novum & huic primo, & adhuc etiam ſoli contigit.

---

repugno. Sed eæ cum legantur in optimo Erfurtenſi & Franc. non malo, repudiare religio fuit. *Grav.*

16. *Mihique, quod ante me nemini.*] In beneficiis & honoribus illud

53 Habes reditum meum. Confer nunc viciſſim tuum; quandoquidem, amiſſo exercitu, nihil incolume domum, præter os illud priſtinum tuum, retuliſti: qui primùm, quà veneris cum laureatis tuis lictoribus, quis ſcit? [17] quos tum Mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diverticula flexioneſque quæſiſti?' quod te municipium
P. XCI. vidit? quis amicus invitavit? quis hoſpes adſpexit? nonne tibi nox erat pro die? non ſolitudo pro frequentia? [18] caupona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis im-

illud maxime ſpectari ſolet, utrum in vulgus ſpargantur, an uni ſoli vel cum paucis tribuantur. Seneca libro primo de Beneficiis, cap. 12. *Illa quoque non erunt ſine honore, quæ aut nemo illis alius dedit, aut nos nulli alii.* Vide quæ ſubdat c. 13. de *Alexandro Macedone, cum Corinthii per legatos illum ſua civitate donaverunt.* Iterum cap. ſequenti: *Beneficium, quod quibuslibet datur, nulli gratum eſt. nemo ſe ſtabularii aut cauponis hoſpitem indicat, nec convivam dantis epulum.* Hoc loco notat Aſconius hæc Ciceronem oratorio, non hiſtorico, more poſuiſſe. quæ ibi videnda, ubi affert exempla, quibus domus publicæ ſunt datæ. Sane Livius quoque libro XLIV. de Oneſimo, qui a Philippo Romam perfugerat: *Senatus in formulam ſociorum eum referri juſſit: locum lautia præberi: agri Tarentini, qui publicus populi Romani eſſet, ducenta jugera dari, & ædes Tarenti emi: uti ea curaret, C. Decimio Prætori mandatum.* Pomponius D. de Origine juris l. II. §. 37. *Cajus Scipio Naſica, qui optimus a Senatu appellatus eſt, cui etiam publice domus in ſacra via data eſt, quo facilius conſuli poſſet.* Multi igitur ante Tullium domum publice datam habuerunt. Sed nodum tamen hunc recte ſolvit idem Aſconius, quem conſule. *Abram.*

17. *Quos tum Mæandros &c.*] Vafra & obliqua conſilia, quorum exitus facile cognoſci aut indagari non poſſunt. Hujusmodi eſt illud non ignotum Prudentii Cath. Hym. VI.

O tortuoſe ſerpens,
Qui mille per Mæandros
Fraudeſque flexuoſas,
Agitas quieta corda.

Vide Eraſm. Adagia in *Mæandri*, ubi hunc Ciceronis locum adducit. *Verburg.*

18. *Caupona pro oppido.*] Hic per *cauponam* œnopolium & popinam intelligit. Caupones tamen dicuntur non ſoli vini venditores, ſed omnes ii, a quibus minutatim merces diſtrahuntur. Plato 1. de Repub. *Καπήλους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους. Caupones vocamus eos mercatores, qui rerum venditioni & emptioni in foro ſedentes incumbunt, eos vero, qui per urbes vagantur, inſtitores.* Quare arridet mihi eorum ſententia, qui in Plauti Aulularia ſc. *Narravi*, non *ciniſlones*, ut vulgo, ſed *caupones*, legendum exiſtimant: nam inibi pleraque cauponum genera in paucos verſiculos cogerentur:

Stas

imperator, [19] ſed ut mortuus infamis referri videretur? Romam verò ipſam fœdavit adventus tuus.

XXIII. O FAMILIÆ non dicam Calpurniæ, ſed Calventiæ; neque hujus urbis, ſed Placentini municipii; neque paterni generis, ſed braccatæ cognationis dedecus! quemadmodum veniſti? quis tibi, non dicam horum, aut civium ceterorum, ſed tuorum legatorum obviam venit?

[20] Mecum enim L. Flaccus, vir tua legatione indigniſ- 54
ſimus, atque iis conſiliis, quibus mecum in conſulatu meo conjunctus fuit ad conſervandam rempublicam, dignior, mecum fuit tum, cùm te quidam non longè à porta cum lictoribus errantem viſum eſſe [e] narrabat. ſcio item virum fortem in primis, belli ac rei militaris peritum, familiarem meum, Q. Marcium, [21] quorum tu legatorum prœlio imperator appellatus eras, [f] cùm non longè

e narraret *MS.*

f cùm longè *alii.*

Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius,
Caupones, patagiarii, induſiarii.

& quæ ſequuntur. Nihilo tamen ſecius apud Latinos Juriſconſultos præſertim caupo ſumitur, pro ſolo œnopola, ſive vini venditore. Feſtus: *Copona taberna a copiis dicta.* alii legunt *a cupis*, quod vinum in caupona vendi ſolitum de cupa promeretur. vide infra: *Panis & vinum a propola atque de cupa.* Proprie igitur Martialis:

Non potes, ut cuperes, vendere caupo merum. Abram.

19. *Sed ut mortuus infamis referri videretur.*] *In funus* habet antiquus liber, pro *infamis*: quæ olim lectio adeo mihi placuit, ut *efferri* pro *referri* legendum putarim. nunc contra: non enim hic agitur de Imperatore elato in funus, ſed de turpiter in provincia mortuo, domum relato; cui confertur nobilis Imperator, ex provincia domum, ſive ad urbem glorioſe rediens. *Urſin.* *Ut mortuus infamis.*] Qui in lecticis tecti occultique ad majorum ſuorum monumenta referuntur. Vide Lipſium c. 19, lib. I. Elect. fuſiſſime. *Abram.*

20. *Mecum enim L. Flaccus.*] Sic ediderunt Lambinus, Gruterus, etiam in majoribus Gothofredus. Sed alii auctius *mecum enim tum L. Flaccus*, quæ vocula hîc ſuam habet vim etſi iterata. Conſulant libros priſcos, quibus ea copia. Et Faërnus eo titulo ejecit. *Gronov.* Recte Jac. Gronovius obſervavit eam voculam hic vim obtinere, quam expunxerit Lambinus & eum ſecutus Gruterus: auctoritate unius Faërniani codicis: In Erfurtenſi, Pithœano, Francii, editione prima aliiſque ea legitur, & propterea eſt a me repoſita. *Gravius.*

21. *Quorum tu legatorum prælio Imperator appellatus eras.*] In Vaticano codice ſcriptum eſt, *Quorum tu legatorum operâ in prælio Imperator appellatus eras.* Urſin.

 22. *Ad-*

g numero *MS.*

h Cui *MS.*

i & *deeſt in MS. Faërn.*

P. B.

k *ita MSS. alii* aut.

longè abfuiſſes, [22] adventu iſto tuo domi fuiſſe otioſum. Sed quid ego g enumero, qui tibi obviam non venerint?
55 h Qui dico veniſſe pænè neminem, nè de officioſiſſima quidem natione candidatorum, cùm vulgò eſſent & illo ipſo & multis antè diebus admoniti & rogati. [23] Togulæ lictoribus ad portam præſtò fuerunt: quibus illi acceptis, ſagula rejecerunt, i & catervam imperatori ſuo novam præbuerunt. Sic iſte, tanto exercitu, tantâ provinciâ, triennio pòſt, Macedonicus imperator, in urbem ſe intulit, ut nullius negotiatoris obſcuriſſimi reditus umquam fuerit deſertior. in quo me tamen, qui eſſet paratus ad ſe defendendum, reprehendit. cùm ego Cœlimontanâ portâ introiſſe dixiſſem, [24] ſponſione me, ni Eſquilinâ introiſſet, homo promptiſſimus laceſſivit: quaſi verò id aut ego ſcire debuerim, k ut veſtrûm quiſpiam audierit; aut ad rem pertineat, quâ tu portâ introieris, modò ne [25] triumphali: quæ porta Macedonicis ſemper pro-

22. *Adventu iſto tuo domi fuiſſe otioſum.*] Addit particulam *iſto* per contemptum. nec temerarium eſt quod addit Qu. Marcium adveniente Piſone *domi fuiſſe otioſum.* id enim ad contemptum Piſonis redundat. quem ita ſui legati vel oderant, vel ſpernebant, ut quantumvis otioſi, nulliſque aliis occupationibus diſtricti, tamen obviam ei non procederent. *Abram.*

23. *Togulæ lictoribus.*] Lictores ne redire tum primum e provincia viderentur, rejectis ſagulis militaribus, togas induerunt, antequam ad Capitolium gratiam habituri perveniſſent. *Abram.* Vid. Manut. Quæſit. per Epiſt. III, 1.

24. *Sponſione me, ni Eſquilina introiſſet, homo promptus laceſſivit.*] Ita hic locus legitur in vetuſtiſſimo codice Vaticano: atque ita olim ex ingenio emendarat Pantagathus, qui de corruptis vocibus *reſponſione Memimica* fecerat, *ſponſione me ni vincat*, ab antiquæ ſcripturæ veſtigiis non recedens. *promptiſſimus* etiam pro *promptus* retinebat, ut eſt in veteribus libris. *Urſin.* *Sponſione me, ni Eſquilinâ introiſſet, homo promptiſſimus &c.*] Eſt a libris Faërni, quibus accedunt utcunque Pall. certè non omninò exprimunt illud vulgo antea receptum, *reſponſione me inimica*, *Eſq. introiſſe &c.* Gruter. Mirum eſt aut ſic ſcripſiſſe Gruterum, aut alios edere. Nam & ab Victorianis receptum *mimica*, & id quoque eſt in Lambiniana, & ita citat Faërnus. *Gronov.*

25. *Triumphali.*] Locatur in ambiguo. nam Triumphalis porta Romæ erat, quâ proconſules Macedonici triumphantes introibant, unde nomen: & eam, quâ introivit Piſo, ideo negat eſſe triumphalem, quia conſulari præditus imperio ex Macedonia non triumphavit. Triumphalem portam Tacitus lib. v. Suetonius in Auguſto, Joſephus lib. VII. Dio lib. LVI. P. *Manut.* Porta triumphalis erat, per quam in Martium campum patebat exi-

proconſulibus ante te patuit. tu inventus es, qui conſulari imperio præditus, ex Macedonia non triumphares.

56 XXIV. At audiſtis, patres conſcripti, philoſophi vocem. negavit, ſe triumphi cupidum umquam fuiſſe. O ſcelus, ô peſtis, ô labes! cùm exſtinguebas ſenatum, vendebas auctoritatem hujus ordinis, addicebas tribuno plebis conſulatum tuum, rempublicam evertebas, prodebas caput & ſalutem meam [26] una mercede provinciæ: ſi triumphum non cupiebas, cujus tandem rei te cupiditate arſiſſe defendes? ſæpe enim vidi, qui & mihi & ceteris cupidiores provinciæ viderentur, triumphi nomine [27] tegere atque velare cupiditatem ſuam. Hoc modò [l] D. Silanus conſul in hoc ordine, hoc meus etiam collega dicebat. neque enim quiſquam poteſt exercitum cupere apertéque petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi.

57 Quòd ſi te ſenatus [m] populusque Romanus aut non appetentem, aut etiam recuſantem bellum ſuſcipere, exerci-

l Decimus *MSS.*

m populus Rom. *MSS.*

exitus, non longe a circo Flaminio remota ad Marcellum Corvorum, quæ hoc tempore eſt obſtructa. Olim tantum imperatoribus triumphantibus die triumphi patebat. Vide Nardini Romam Veterem lib. I, cap. 10. & Donatum de Urbe Roma 1, 19. *Grav.*

26. *Una mercede provinciæ.*] In contextu antiqui libri non eſt dictio, *una:* quæ & alioqui non modo non neceſſaria, ſed & inepta eſt. *Faërnus.* Sed in omnibus, quos ego inſpexi, MSS. recte legitur *una*, hoc eſt hac ſola mercede & nulla alia. Cicero ad Q. Fratrem lib. I. ep. 1. *Omnes enim, qui iſtinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis ſummis laudibus excipiant unam iracundiam.* Exempla plura, ni putidum eſſet, facile congererem. *Grav.*

27. *Tegere atque celare cupiditatem ſuam.*] Libri vulg. habent, *tegere atque velare.* Faërnus teſtatur in ſuis libris manuſcr. eſſe ſcriptum, *atque celare:* quos ſecuti ſumus. nonnulli ex noſtris vulgatam lectionem tuentur: quæ quamvis quibuſdam probabilis videatur, nos tamen antiquam magis probamus. *Lamb.* Noſtri omnes *velare*, quod ex uno Faërni non fuit admittendum cum Lambino. Non ſane celant cupiditatem provinciæ, qui palam illam præ ſe ferunt, cum ambiunt eam, ſed illam cupiditatem velant prætextu cupiditatis triumphi. non inepte hic notavit, quæ ſequuntur Abramius. Virgil. IV. Æneid.

Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

Et quemadmodum hic Tullius tegere & velare. ita Plautus in Captiveis actu tertio ſc. 3. mantelum & integumentum pro prætextu uſurpat:

Ne ſubdolis mendaciis uſquam mihi integumentum eſt meis,
Nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam eſt. Grav.

citum ducere coëgiſſet: tamen erat anguſti animi atque demiſſi, [n] juſti triumphi honorem atque dignitatem contemnere. [28] nam, ut levitatis eſt, inanem aucupari rumorem, [29] ut omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari: [30] ſic levis eſt animi, lucem ſplendoremque fugientis, juſtam gloriam, qui eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare. Cùm verò non modò non poſtulante atque cogente, ſed invito atque oppreſſo ſenatu, non modò nullo populi Romani ſtudio, ſed nullo ferente ſuffragium libero, provincia tibi iſta [31] manupretium fuerit [32] non everſæ per te, ſed perditæ civitatis: cumque omnium tuorum ſcelerum hæc pactio exſtiterit, ut, ſi tu totam rempublicam nefariis latronibus tradidiſſes, Macedonia tibi ob eam rem, [33] quibus tu finibus velles, redderetur: cùm

n juſti *deeſt in aliis edd.* juſſi *MSS.*

P. XCII.

28. *Nam ut levitatis eſt.*] Totum hunc locum ita legit Pantagathus: *Nam ut levitatis eſt inanem aucupari rumorem, omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari; ſic jejuni eſt animi, lucem ſplendoremque fugientis, juſtam gloriam, qui eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare.* Urſin.

29. *Ut omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari.*] P. Manut. & Lamb. editio: *& omnes umbras etiam falſæ gloriæ.* ſed invitis omnibus MSS. quamvis ſententia omnino hanc particulam exigat. *Gravius.*

30. *Sic levis eſt animi.*] Antiq. liber, *ſic eſt levis animis*, nos putamus legendum, *lævi animi.* aliquod certe mendùm ſubeſt. *Faërnus. Sic levis eſt animi, &c.*] Faërnus legendum putat, *ſic eſt lævi animi*, id eſt, ſiniſtri, ſtolidi, infelicis: quod malo, quàm, quod eſt in omnibus libris, *levis.* verumtamen puto delendam vocem ſive *levis*, quæ vox eſt in libris antiquis & vulgatis, ſive *lævi*, quam ſubſtituit Faërnus. plane enim otioſa eſt: & credibile eſt additam eſſe propter vocem *levitatis*, quæ antecedit. ſic igitur hic legendum puto: *ſic eſt animi, lucem ſplendoremque fugientis*, &c. Si quis tamen *lævi* retinere volet, non carebit ſimilibus exemplis. Virgil. Tityro, *ſi mens non læva fuiſſet.* & Horat. epiſt. ad Piſon. de Arte Poëtica:

—— o ego lævus,
Qui purgo bilem ſub verni temporis horam. Lambinus.

31. *Manupretium.*] Per contemtum, ut hominis mercenarii auctoramentum. *Hotom. Manupretium.*] Merces & compenſatio. alii legunt, & bene quidem meâ ſententiâ: *manupretium fuerit everſæ per te & perditæ civitatis.* Abram.

32. *Non everſæ per te, ſed perditæ.*] Turnebus lib. XXI. cap. 15. Adverſar. mallet *proditæ.* Gronov.

33. *Quibus tu finibus velles redderetur.*] Fortaſſe, *traderetur.* niſi ad mercedis & manupretii rationem ſpectarit, quod operis præſtitis quaſi redditur. *Hotom.* Paulli Manutii & Lambini edd. ex Faërni conjectura ſcribunt, *quibus tu velles finibus traderetur.* ſed libri omnes repugnant. nec opus eſt hac emendatione. Nam ſen-

cùm exhauriebas ærarium: cùm orbabas Italiam juventute: cùm mare vaſtiſſimum hieme o tranſibas: ſi triumphum contemnebas, quæ te, prædo amentiſſime, niſi p prædæ ac rapinarum cupiditas tam cæca rapiebat?

o tranſiebas MSS. Faërn.
p præda ac MS.

Non eſt integrum Cn. Pompejo, conſilio jam uti tuo. 58
erravit enim. non guſtarat iſtam tuam philoſophiam. ter jam homo ſtultus triumphavit. 34 Craſſe, pudet me tui. quid eſt, quòd 35 confecto formidoloſiſſimo bello, 36 coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris à ſenatu? P. Servili, Q. Metelle, C. Curio, 37 P. Africane, cur non hunc audiſtis tam doctum hominem, tam eruditum,

ſententia in vulgatis & ſcriptis libris eſt optima. Tu remp. tradidiſti latronibus, pro hoc manupretio illi tibi reddiderunt Macedoniam, quibus velles finibus. Male iidem invitis MSS. receperunt conjecturam Faërni, *everſa & perdita.* Græv.

34. *Craſſe.*] Dicit M. Craſſum, qui bellum contra Spartacum confecit. Qua de cauſſa Plutarchus ſcribit, ei permiſſum ut ovans urbem iniret: quaſi indignum eſſet de ſervis ſubactis triumphare. Agell. lib. v: *Myrteam coronam M. Craſſus, cum bello fugitivorum confecto, ovans iniret, inſolenter adſpernatus eſt. S. C. faciendum per gratiam curavit, ut lauro non myrto coronaretur.* Plin. lib. xv: *Myrtea ovantium fuit corona, excepto M. Craſſo, qui de fugitivis & Spartaco laurea coronatus inceſſit.* Hotoman.

35. *Confecto formidoloſiſſimo bello.*] Addendæ poſt hæc duæ dictiones *per te.* Faërn. His duabus vocibus auctior eſt etiam codex Erfurt. & Pithœi: *confecto per te formidoloſiſſimo bello.* quod non ſprevi. *per te* eſt tuo ductu & virtute. *Grav.*

36. *Coronam illam lauream.*] *Auream* habet liber Vaticanus, ſed non placet; nam M. Craſſo de fugitivis, & Spartaco ovanti, laurea (ut inquit Plinius) conceſſa fuit, cum alii ovantes myrtea coronari ſoliti eſſent. & paullo poſt, *L. Afrani* pro *P. Africani:* quod probo: ut intelligamus de L. Afranio, qui poſt P. Servilium conſul fuit cum Q. Metello Celere anno DCXCIII. P. autem Africanus, qui centum quinquaginta fere annis ante triumphavit, non bene cum Q. Metello, P. Servilio aliiſque, qui a Cicerone nominantur, quique tunc vivebant, conjungitur. *Urſin.*

37. *P. Africane.*] Vel cæcis manifeſtum mendum, quis enim Africani cognomine per hæc tempora fuit? aut ejus triumphus ubi nominatur? equidem, cum triumphales, qui viverent, appellari videam, unus autem ex iis, qui triumphaverant & vivebant, nominandus ſupereſſet M. Pupius Piſo, qui triumphaverat ex Hiſpania, nondum geſto conſulatu, eum omnino ſignificari crediderim & reponendum, vel contra veteres libros, quorum teſtimonium auctoritas hiſtoriæ vincit, *M. Pupi* Suſpicabar prius, *L. Afrani*, reponendum, ex litterarum ſimilitudine, qui conſulatum geſſit cum Q. Metello Celere, ſed de ejus triumpho mentio nulla. *P. Manut.*

q *alii* Pomptino. *Faërn.* Pontino.
r ô *Faërn.* *delet.*
ſ Camertem Paull. *MSS.*

tum, prius quàm in iſtum errorem induceremini? C. ipſi q Pomtino, neceſſario meo, jam non eſt integrum. religionibus enim ſuſceptis impeditur. (*u*) O ſtultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, [38] Scipiones, Marcellos, [39] Maximos! r ô ſ amentem Paullum! ruſticum Marium! nullius conſilii patres iſtorum amborum conſulum, qui triumpharunt!

59 XXV. SED, QUONIAM præterita mutare non poſſumus, quid ceſſat [40] hic homullus, ex argilla & luto fictus Epicureus, dare [41] hæc præclara præcepta ſapientiæ, cla-

ASCONIUS.

(*u*) CIRCA VERS. A NOVISS. DCCCXX. *O ſtultos Camillos, Curios., Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos? O amentem Paulum, ruſticum Marium, nullius conſilii patres horum conſulum, qui triumpharunt!*] Diximus, hanc orationem eſſe dictam Cn. Pompejo Magno II. M. Craſſo II. Coſſ. Pompeji pater bello Italico de Picentibus, M. Craſſi pater P. Craſſus ante bellum Italicum de Hiſpanis triumphavit.

---

38. *Scipiones.*] E quibus primus triumphavit de Pœnis, Sardinia & Corſica L. Cornelius Scipio anno CDXCIV. Secundus P. Scipio Aſina de Corſis anno DXXXII. tertius fuit Major Africanus de Pœnis & Siphace anno 552. Quartus L. Scipio Aſiaticus de Antiocho anno 564. Quintus Scipio Æmilianus de Africa 607. anno 621. de Numantinis. Sextus Scipio Naſica de Dalmatis anno 598. Septimus Scipio Africanus ex Hiſpaniis 621. *Abram.*

39. *Maximos.*] Duplex fuit Maximorum familia, Valeriorum altera, altera Fabiorum. in utraque ſui Trumphales extiterunt. inter Valerios, Marcus Valerius Maximus primum anno 441. de Samnitibus, deinde anno 453. de Etruſcis triumphavit, item M. Valerius Maximus Meſſala 490. de Pœnis. Inter Fabios Q. Fabius Maximus de Etruſcis anno 443. Q. Fabius Maximus Gurges de Samnitibus anno 463. idem Gurges iterum anno 477. de Samnitibus Lucanis & Brutiis, Q. Fabius Maximus de Liguribus anno 520. item Q. Fabius Maximus de Allobrogibus anno 632. *Idem.*

40. *Hic homulus.*] In antiquo ſcriptum apparet, *homillus*, quod poſtea verſum eſt in *homullus:* & ſequenti verſu, pro *fictus Epicureus*, *factus Epicurus*, quod non probo. *Faërnus.* Pleræque editiones *hic homulus.* ſed rectius ex MSS. P. Victorius & Gruterus *hic homullus*, ſic & Erfurt. & Pith. Annotavit ad marginem editionis Lambinianæ P. Pithœus teſtimonium Adhelmi ex libro de metris: *Homo, homunculus, vel homuncio, vel homullulus, vel homullus, ut Cicero, homullus ex argilla & luto fictus.* Græv.

41. *Hæc præclara præcepta ſapientiæ.*] Pal. pr. *hac parata pr.* forſan non male; niſi aliud quid ſubſit. nam ſec. & Turing. *parata clara.* oct. *parare clare.* Grut. Poëtam veterem hæc redolent, & ad-

clariſſimo & ſummo imperatori, genero ſuo? [42] fertur ille vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate juſti & magni triumphi. non didicit eadem iſta, quæ tu. mitte ad eum libellum. [t] ſed jam, ſi ipſe coram congredi poteris, meditare, quibus verbis incenſam illius cupiditatem comprimas atque reſtinguas. valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate, vir moderatus & conſtans, apud indoctum eruditus, apud generum ſocer. dices enim, [43] ut es homo facetus, ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus [v] è ſchola: Quid eſt, Cæſar, quòd te ſupplicationes toties decretæ, tot dierum, tantoperè [x] delectent? in quibus homines errore ducuntur: quas dii negligunt: qui (ut noſter ille divinus dixit Epicurus) neque propitii cuiquam eſſe ſolent, neque irati. Non facies fidem ſcilicet, cùm hæc diſputabis. tibi enim & eſſe & fuiſſe [y] deos [z] videbis iratos.

[t] & MS.
[v] ex MS. P. B.
[x] delectantur MS.
[y] deos dolet Faërn.
[z] videbit alii.

[44] Vertes te ad alteram ſcholam: diſſeres de triumpho. 60
Quid tandem habet iſte currus? quid vincti ante currum duces? quid ſimulacra oppidorum? [45] quid aurum? quid ar-

adjuvant libri ſcripti, in quibus pro *præclara*, legitur *parata clare*. itaque vide ne verſus trimetri ſint, ita quidem diſtinguendi:

Quid ceſſat hic homullus ex
Argilla & luto factus Epicurus, dare hæc
Parata clara præcepta ſapientiæ.

Grævius.

42. *Fertur ille vir mihi &c.*] Lambinus cuperet *fervet*. at plus eſt, certè longè aliud, *fervere gloriâ*, & *ferri gloriâ*, hoc eſt, duci, agi, rapi. *Gruter.*

43. *Ut es homo facetus ad perſuadendum.*] *Factus* legit Ant. Auguſtinus pro *facetus*, & rectè, ut mihi quidem videtur; Nam facetiæ non obtinent primas partes in perſuadendo, ut eas ante omnia præponere debuerit. *Urſin.*

44. *Vertes ad alteram ſcholam.*] Hoc eſt ad alteram diſputationem, ſeu diſſertationem de triumpho. Prima ſchola fuerat de providentia divina, quæ cum ſecundum Epicuri dictum nulla ſit, fruſtra Diis gratias agi pro rebus bene geſtis, altera eſt de vanitate triumphi. II. de Fin. cap. I. *Deprecor, ne me, tanquam philoſophum, putetis ſcholam vobis aliquam explicaturum.* hoc eſt diſputaturum de argumento aliquo philoſophico. *Grav.*

45. *Quid aurum? quid argentum?*] Duplex fuit aurum, quod in triumphis ferebatur, alterum ex manubiis, de qua voce Gellius in Noctibus Atticis conſulendus. alterum coronarium. De auro ex manubiis illud ex Plinio lib. XXXVII. cap. 2. de triumpho Pompeji notatu digniſſimum: *Coronas ex margaritis* XXXIII. *montem aureum quadratum cum cervis & leonibus & pomis omnis generis circumdata vite, aurea, Muſæum ex margaritis præter aurum ſignatum,*

argentum? quid legati in equis & tribuni? 46 quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta pænè puerorum, captare plauſus, vehi per urbem, conſpici velle. quibus ex rebus nihil eſt, quod ſolidum tenere; nihil quod referre ad voluptatem corporis poſſis.

61 Quin tu me vides, qui, ex qua provincia 47 T. [a] Flamininus, L. Paullus, Q. Metellus, T. Didius, innumerabiles alii, [b] levi cupiditate commoti, triumpharunt, ex ea ſic redii, ut ad portam Eſquilinam Macedonicam lauream [c] conculcarim; 48 ipſe cum hominibus quindecim malè veſtitis 49 ad portam Cœlimontanam ſitiens pervenerim: quo in loco mihi libertus, præclaro impera-

a Flaminius *alii.*
b levitate & cup. *MS.*
c conculcarit *MS.*

tum. Argenti ſignati in Pompeji triumpho delati ſic meminit in Mithridaticis Appianus: *argenti ſignati* 17500. *pondo.* Aliud vero fuit coronarium, de quo Lipſius in libris de Magnitudine Romana ſuo more doctiſſime. Nobis ſatis ſit unum exemplum e Plutarchi Æmilio Paulo depromere: *Poſt hæc vero ferebantur coronæ aureæ numero quadringentæ, quas oppida in præmia victoriæ miſerant cum legatis.* Abram.

46. *Quid clamor militum.*] Appianus in Libycis: *Qui vero rem bene geſſerunt virtutis ſuæ præmiis ornati Imperatorum alios laudibus, alios cavillis, alios vituperiis proſequuntur. ſimplex enim triumphus eſt, & unicuique libertas quodlibet ad arbitratum loquendi conceditur.* Livius Decadis 4. libro IV. de Valerio Conſule: *Cum ex S. C. inquit, urbem ovans introiret, alternis inconditi verſus militari licentia jactati.* de verſibus in Cæſarem acerbiſſime jactatis Suetonius & Dio videantur. Erant autem ii milites laureati. Feſtus: *Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, ut quaſi purgati a cæde humana intrarent urbem.* Abram.

47. *T. Flaminius, L. Paulus.*] Ex Livio & antiquis monumentis legendum *T. Flamininus.* pro *Paulus* vero, & numiſmata, & marmora ſemper habent *Paullus* per duo *l.* & ſequenti verſu ubi legitur, *levi cupiditate*, in antiquo eſt, *levitate & cupiditate*, quod non placet. & poſt aliqua ubi, *neglectis vehiculis triumphalibus*, ibi eſt, *neglectis ferculis triumphalibus*, & recte, *fercula* enim erant lignea inſtrumenta, quibus pompæ per triumphum ferebantur. *Faërnus.*

48. *Ipſe cum homines quindecim à malè veſtitis.*] Ita eſt in libro Vaticano, cum in aliis deſit præpoſitio *a.* fortaſſe autem nomen eſt loci, *Maleveſtiti.* Urſin.

49. *Ad portam Cœlimontanam.*] Ciceronem Piſo ſponſione mimica laceſſiverat, ni portâ Exquilinâ introiſſet, lepidè Cicero hic ſibi repugnantia loquentem inducit, vel potius portâ Exquilinâ introierat Piſo, ſed ad Cœlimontanam inde contendit, ubi libertus ei domum conduxerat. *Abram.*

50. Cur-

atori, domum ex hac die biduo antè [50] conduxerat: quæ vacua ſi non fuiſſet, in campo Martio mihi tabernaculum collocaſſem. nummus interea mihi, Cæſar, neglectis [d] vehiculis triumphalibus, domi manet & manebit. d *ita Vict.* *alii* ferculis. [51] rationes ad ærarium [e] retuli continuò, ſicut tua lex jubebat: neque alia ulla in re legi tuæ parui. quas rationes ſi cognoris, intelliges, nemini plus, quàm mihi, litteras profuiſſe. e detuli *alii.* ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè & litteratè, ut ſcriba, ad ærarium qui eas retulit, perſcriptis rationibus, ſecum ipſe, caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit, „ [52] *Ratio quidem hercle apparet*, [53] *argentum* *οἴχεται*. P. XCIII. Hac tu oratione non dubito, quin illum jam adſcendentem in currum poſſis revocare.

XXVI. O tenebræ, ô lutum, ô ſordes, ô paterni generis oblite, materni vix memor! ita neſcio quid iſtuc fractum, humile, demiſſum, ſordidum, inferius etiam 62

50. *Conduxerat.*] Vereor, ut latenter ſordes Piſonis & avaritiam reprehendat, qui non ædes die ſolemni conduxerit, ſed tantum biduo antequam ad urbem accederet. Suetonius in Tiberio cap. 35. *Senatori latum clavum ademit, cum cognoviſſet ſub Kalendas Julii demigraſſe in hortos, quo vilius poſt diem ædes in urbe conduceret.* Vide Martialem lib. XII. Epigrammate 32. ad Vacerram, Ciceronem libro undecimo ad Attic. Epiſt. 3. *Abram.*

51. *Rationes ad ærarium.*] Statim atque in urbem me recepi, adminiſtratæ provinciæ, & acceptæ è publico pecuniæ, reddidi rationem. Qui aliquam adminiſtrarant provinciam rationem datæ & expenſæ pecuniæ jam ante legem Juliam referebant. Libro 1. in Verrem, qui *de Prætura urbana* inſcribitur. cap. 14. at *lege Julia relinquere rationes in provincia neceſſe erat, easdemque totidem verbis referre ad ærarium.* Immo etiam lex jubebat ut præſides provinciarum apud duas civitates, quæ maximæ in provincia viderentur, rationes confectas collatasque ſive conſignatas deponerent. Vide lib. V. Famil. Epiſt. 20. ad Rufum & Carolum Sigonium cap. 11. lib. II. de Antiquo Jure Provinciarum. Hæc eadem conſuetudo in Athenienſi Rep. viguit. Sic Æſchines Cteſiphontem accuſat, quòd rationibus nondum relatis Demoſthenem aureâ coronâ donaverat. *Abram.*

52. *Ratio quidem hercle.*] Hic verſus Plautinus ex Trinummo, ſic in antiquo libro eſt, ut & apud Plautum, Græca tamen voce Latinis litteris ſcripta hoc modo. *Ratio quidem hercule apparet, argentum æchete.* quòd vero aliqui putaverunt legendum cum dictione, *decoctum*, tu eorum ſententiæ ne accedas. neque enim fides librorum, neque ratio verſûs cum illis facit. *Faërnus.*

53. *Argentum οἴχεται.*] Prius edebatur verbo addito, *argentum decoctum οἴχεται*, ejusque veſtigia diſertè in Pall. omnibus. ſed pro hac noſtra acriter diſputat contra Victorium Turnebus lib. IV. Variar. lect. cap. 19. qui conſulatur. *Gruter.*

54. *Me-*

etiam eſt, quàm ut [54] Mediolanenſi præcone, avo tuo, dignum eſſe videatur. L. Craſſus, homo ſapientiſſimus noſtræ civitatis, [55] ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpes: ut, ubi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret. (x) Eadem cupiditate vir ſummo ingenio præditus, C. Cotta, nullo certo hoſte, flagravit; eorum neuter triumphavit, quòd alteri illum honorem collega, alteri mors ademit. (y) Irriſa abs te paullo antè M. Piſonis cupidi-

ASCONIUS.

(x) CIRCA VERS. A NOVISS. DCLX. *Eadem cupiditate vir ſummo ingenio præditus, C. Cotta, nullo certo hoſte, flagravit. eorum neuter triumphavit, quòd alteri illum honorem collega, alteri mors ademit.*] Credo vos quærere, & quis hic Cotta, & quis ille collega Craſſi fuerit. Fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sulpicii, qui eſt in dialogis Ciceronis de Oratore ſcriptis, qui, cum decretus illi eſſet triumphus, mortuus eſt ante diem triumphi, cum cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos in prælio acceperat, reſciſſa eſſet repente. Craſſo autem collega fuit Q. Scævola pontifex: qui cum animadverteret, Craſſo, propter ſummam ejus in rep. potentiam ac dignitatem, ſenatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit, reip. magis quam collegæ habere rationem: ac, ne fieret S. C. interceſſit. ſed idem provinciam, cujus cupiditate plerique etiam boni viri delinquebant, depoſuerat, ne ſumptui eſſet ærario.

(y) STATIM. *Irriſa eſt à te paulo ante M. Piſonis cupiditas triumphandi: à qua te longe dixiſti abhorrere, qui etiam ſi minus magnum bellum geſſerat, ut abs te dictum eſt, tamen iſtum honorem contemnendum non putavit. tu eruditior quam Piſo?*] Quis hic M. Piſo fuerit credo vos ignorare. Fuit autem, ut puto jam nos dixiſſe, Pupius Piſo eiſdem temporibus, quibus Cicero, ſed tanta ætate major, ut adoleſcentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quòd in eo & antiquæ vitæ ſimilitudo, & multæ erant literæ. orator quoque melior, quàm frequentior, habitus eſt. biennio tamen ſerius, quàm Cicero, conſul fuit. triumphavit pro conſule de Hiſpanis, Q. Hortenſio, Q. Metello Cretico coſſ. ante Ciceronis conſulatum.

---

54. *Mediolanenſi præcone, avo tuo.*] Non dixit, *Placentino*, quamquam Placentiæ, non Mediolani, maternus Piſonis avus, profectus ex Gallia, conſediſſet, ſed *Mediolanenſi*, opinor quia, cum nobilius Mediolanum eſſet quam Placentia, (caput enim Inſubriæ regionis erat, auctore Strabone) materno Piſonis avo aliquid tribuere videbatur. cum tamen ironia non abſit. nam ſi Mediolanum Placentiâ nobilius, multo tamen urbe Roma ignobilius. ita, cum laudare videatur maternum Piſonis avum, latenter vituperat. quid enim eſt, Mediolani præconium feciſſe? probri quidem id potius quam laudis eſt. *P. Manut.*

55. *Spiculis prope ſcrutatus eſt Alpes.*] In antiquo libro eſt. *Peculiis*

piditas triumphandi, à qua te longè dixiſti abhorrere. qui etiam ſi minùs magnum bellum geſſerat, ut abs te dictum eſt, tamen iſtum honorem [f] contemnendum non putavit. Tu eruditior quàm Piſo; prudentior quàm Cotta; abundantior conſilio, ingenio, ſapientiâ quàm Craſſus, ea contemnis, quæ illi idiotæ, ut tu appellas, præclara duxerunt.

[f] omittendum MS. *Aſcon.*

63 Quòd ſi reprehendis, quòd cupidi laureæ fuerint, cùm bella aut parva, aut nulla geſſiſſent; tu, tantis nationibus ſubactis, tantis rebus geſtis, minimè fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis inſignia contemnere debuiſti. neque verò contempſiſti, [56] licet Themiſta ſapientior, [g] ſi os tuum ferreum ſenatûs convicio verberari noluiſti. Jam vides, quandoquidem ita mihimet fui inimicus, ut me tecum compararem, & [h] degreſſum meum, & abſentiam, & reditum ita longè tuo præſtitiſſe, ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi

[g] *ita Manut.* ſed *Lamb.*

[h] digreſſum *alii multi.*

culiis prope, ſine dubio mendoſè, quare vulgatam retinemus. & poſt aliqua ubi eſt, *cupidi laureæ*, habet hic liber *cupidi coronæ laureæ*. quod & ipſum non placet. *Faërnus.* *Spiculis.*] Ut Faërnus teſtatur, ſe in ſuis codicibus ſcriptum reperiſſe *peculiis*, pro *ſpiculis*: ita nos quoque in noſtris hoc nomen reperimus varie ſcriptum. ex quo conjicere poſſit aliquis, ſcriptum eſſe a Cicerone *pilis*. Sed *ſpiculis* tamen retineo. *Lambinus.*

56. *Licet Themiſtâ ſapientior, ſi os tuum.*] Ante hæc verba addendum eſt verbum *ſis*, ubi vero particula *ſi*, infra eſt, pro ea reſtituendum, *ſed*, & ſequenti verſu pro, *quandoquidem*, *quoniam quidem*. Faërnus. *Themiſtâ ſapientior.*] Patet non unum aut alterum verbum deeſſe, ſed fortaſſe verſum unum. *Themiſta*, autem mulier philoſophiæ ſtudio nobilis. Lactant. de Falſ. Sap. III. cap. XXV. *Denique nullas unquam mulieres philoſophari docuerunt, præter unam ex omni memoria Themiſtam; neque ſervos præter unum Phædonem.* Hieronymus in prol. comment. in Sophon. prophetam: *Plato inducit Aſpaſiam diſputantem: Sappho cum Pindaro contendiſſe ſcribitur & Alcæo, Themiſta inter ſapientiſſimos Græciæ philoſophatur.* Hotom. *Licet Themiſta ſapientior.*] Turnebus dicto capite 15. libenter legerit, *licet tu in iſto ſapientior.* Lipſius lib. I. Var. lect. cap. 18. ſic conſtituit iſthæc, *licet Themi ſis ſap. ſed os.* non placet, quid enim huic bardo cum Themide? *Gruter.* Vide an non omnia ſint rotundiora, ſi legas: *Licet Themiſtâ ſapientior ſis: os tuum ferreum ſenatûs convicio verberari noluiſti.* Nam durius hic omittitur, *licet Themiſta ſapientior*, verbum, ut vocant, ſubſtantivum, quod & Faërnus vidit, & *ſi* nullo fere ſenſu ſequentibus adjungitur, cum poſſet omitti commodiſſime. Qui Ciceronis lectione tritas habent aures, facile videbunt Ciceroni me ſuam manum reſtituiſſe. *Græv.*

57. *Aſſi-*

64 tibi ſempiternam turpitudinem inflixerint. [i] Nunc etia in hac quotidiana, [57] aſſidua urbanaque vita ſplendore tuum, gratiam, celebritatem domeſticam, operam fore ſem, conſilium, auxilium, auctoritatem, ſententiam ſe natoriam nobis, aut, ut veriùs dicam, [58] cuiquam e [k] infirmiſſimo ac [l] deſperatiſſimo antelaturus?

XXVII. Age, ſenatus odit te, quod eum tu facer jure concedis, [59] afflictorem & perditorem non mod dignitatis & auctoritatis, ſed omnino ordinis ac nomi nis ſui: videre equites Romani non poſſunt, quo ex or dine vir præſtantiſſimus [m] & ornatiſſimus, L. [n] Ælii eſt, te conſule, relegatus: plebs Romana perditum cu pit, in cujus tu infamiam ea, quæ per latrones [o] & pe ſervos de me egeras, contuliſti: Italia cuncta exſecratur cujus idem tu ſuperbiſſimè decreta & preces repudiaſt

65 Fac hujus odii tanti [p] ac tam univerſi periculum, audes. (z) Inſtant poſt hominum memoriam [60] apparatiſſi m

P. B. i Hunc edd. vett.

k infimo Manut.

l deſpicatiſſimo Lamb.

m ita Grav. è MSS.

n Ælius Lamia Abram.

o Faërn. delet &.

p ac univ. edd. vett.

ASCONIUS.

(z) Sequitur. *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſi magnificentiſſimique ludi: quales non modo nunquam fuerunt, ſed ne q modo quidem fieri poſthac poſſint, poſſum ullo modo ſuſpicari,*] Cn Pompeji ludos ſignificat, quibus theatrum à ſe factum dedicavi quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit i circo.

---

57. *Aſſidua urbanaque vita.*] *Aſſidua, urbana* vita eſt, quæ ve ſatur aſſiduo in foro, in concionibus, comitiis, judiciis. Vid Gronov. de Pec. Vetere lib. IV. cap. 10. *Grav.*

58. *Cuiquam es infirmiſſimo ac deſperatiſſimo.*] Vulgati codices ha bent, *infirmiſſimo ac deſperatiſſimo.* manuſcr. *infimo ac deſperatiſſimo* ego, ab antiqua ſcriptura tanquam manu ductus, legendum cen ſeo, *ac deſpicatiſſimo.* Utitur eadem voce in oratione pro Sextio *Ceſſi tribuni pl. deſpicatiſſimi*] *hominis furori.* Omnino vox, *deſpera tiſſimo*, hic inepta eſt, neque ullo modo convenit. *Lamb.* In Francii legitur ut eſt in editis: *cuiquam es infimo ac deſperatiſſimo* ſed alia manus, non minus antiqua voci *deſperatiſſimo* ſuperſcripſe rat, *deſpectiſſimo.* quod ſi ex meliore codice repoſitum eſſet, fa cile præferrem vulgato. ſed Erfurt. non abit a vulgatis, *Gravius*

59. *Afflictorem & perditorem.*] Ita legendum quoque monuit, auctoritate mſſ. Turnebus libro XXI. vulgata *proditorem.* nata e typographico ſphalmate editionis primæ, in qua tranſpoſita li tera *praditorem*, niſi dicamus voluiſſe *pradatorem.* Gruter.

60. *Apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi.*] Ludorum horum e fuit occaſio, quod Pompejus theatrum a ſe factum conſecravit. Dio, Plutarchus & alii. cui autem Deo conſecrarit poſſit for taſſe dubitari. Tertullianus de Spectaculis: *Theatrum propriè ſane-*

vium

nagnificentiſſimique ludi, [61] quales non modò numn fuerunt, ſed ne quomodo fieri quidem poſthac nt, poſſum ullo pacto ſuſpicari. Da te populo, com: ludis. [62] ſibilum metuis? ubi ſunt veſtræ ſcholæ? acclametur? ne id quidem eſt curare philoſophi. ıanus tibi ne afferantur [r] times. dolor enim eſt malum,

q acclametur times? MS.
r times deeſt in cod. MS.

Veneris eſt. Item: *Pompejus Magnus, ſolo theatro ſuo minor, cum arcem omnium turpitudinum exſtruxiſſet, veritus quandoque memoıa cenſoriam animadverſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad tionem, edicto populum vocans, non theatrum, ſed Veneris templum pavit. cui ſubjecimus, inquit, gradus ſpectaculorum.* At Tyro Tulıpud A. Gellium cap. 1. lib. X. Noct. Attic. *Cum Pompejus, :t, ædem victoria dedicaturus foret, cujus gradus vice theatri eſſent,* Plinius libro VIII. cap. 7. Theatrum Pompeji *templum Veneris 'cis* appellat. Salvianus Maſſilienſis lib. VI. de Gubernatione *Colitur namque & honoratur Minerva in gymnaſiis, Venus in theaNeptunus in Circis, Mars in arenis, Mercurius in palaſtris.* Jam apparatu ludorum Pompeji pauca dicamus, non minimam ejus m habuit ipſius theatri pulchritudo. Dio: Ο' Πομπήϊος τὸ ϑγν, ὃ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα, καθιέρωσε. *Pompejus theatrum, quod nunc ornamento eſt urbi, dedicavit.* Cujus cavea, auctore Plinio, ectatorum millia facile capiebat, ſed hic non eſt morandum, Ammianus id inter præcipua urbis æternæ miracula numeraıro XVI. Ludorum magnificentia ſic a Dione lib. XXXIX. ibitur: *Et in ipſa ſpectacula muſica, ludoſque gymnicos, & in equorum concertationem ferarumque multarum omnis generis caxhibuit. Leones quingenti diebus quinque abſumpti ſunt. præterea nti decem & octo cum armatis hominibus certaverunt.* Plinius lictavo cap. 7. *Pompeji quoque altero conſulatu, dedicatione temıeris Victricis, pugnavere in circo elephantes viginti, aut, ut quidam it, ſeptemdecim.* At chronicon Alexandrinum, niſi ſi forte in ſcripturam irrepſit, numerum duplicavit. Vide & de ceapparatu, & ferarum multitudine & varietate, Plinium liVIII. cap. 17. de Pantheris, & cap. 19. & 20. & Cic. 11. am. epiſt. 1. *Abram.*

Quales non modo nunquam fuerunt.] Vide tamen de Claudii ıri apparatu Valer. 11. cap. 1. de Cæſaris & C. Antonii XXXIII. 3. de ſcena Murenæ Cic. in orat. pro Mur. de i apparatu Plin. XXXIV. 7. *Idem.*

Sibilum metuis.] Metuis, ne populus odio tui inflammatus nientem in theatrum exſibilet & explodat. Frequentem in› ſibili mentionem in ſpectaculis. vetus gloſſarium titulo *de tculis,* ſcribit *ſibilum* συριγμός. quod videlicet populus, quos habebat, eos ſibilis frequenter exploderet. Cicero pro Sexe Clodio: *Qui tamen quo tempore conſpectus erat, non modo gla'es, ſed equi ipſi gladiatorum repentinis ſibilis extimeſcebant.* Vide a Lucianum in Nigrino. *Abram.*

Manus tibi ne afferantur.] Hinc oſtendit ſummum eſſe odium s civitatis, quod metuat Piſo, ne veniens in theatrum lapi-

 di-

lum, ut diſputas: exiſtimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba [f] ſunt atque ineptiæ. Sed de hoc non dubito. non audebit accedere ad ludos. convivium publicum non dignitatis [t] gratià inibit ([64] niſi fortè, ut cum P. Clodio, [65] hoc eſt, cum amoribus ſuis cenet) ſed planè animi ſui cauſà.

f ſunt *deeſt in MS.*

t cauſâ *MSS.*

66 Ludos nobis idiotis relinquet. ſolet [v] enim in diſputationibus ſuis oculorum & aurium delectationi abdominis voluptates anteferre. nam, quòd vobis iſte tantummodò improbus, crudelis [66] olim furunculus, nunc verò etiam rapax, quòd ſordidus, quòd contumax, quòd ſuperbus, quòd fallax, quòd perfidioſus, quòd impudens, quòd audax eſſe videatur: nihil ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius, [67] nihil poſterius, nihil nequius.

v. enim *deeſt in multis.*

P. XCIV.

dibus appetatur. Cicero in Sextiana: *At cum ille furibundus incitata illa ſua vecordi mente veniſſet, vix ſe populus Romanus tenuit, vix homines odium ſuum a corpore ejus impuro atque infando repreſſerunt: voces quidem & palmarum intentus & maledictorum clamorem profuderunt.* Hinc ille jocus Caſellii Juriſconſulti oppido feſtivus apud Macrobium libro ſecundo Saturn. cap. 6: *Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat ut ædiles edicerent., ne quis in arenam niſi pomum miſiſſe vellet. Forte iis diebus Caſellius conſultus a quodam, an nux pinea pomum eſſet, reſpondit: Si in Vatinium miſſurus es, pomum eſt.* Hæc ille, e quibus vides in editores quidem ſordidos ut plurimum, aliquando tamen & in alios, lapides mitti conſueſſe. *Abram.*

64. *Niſi, ut cum P. Clodio, hoc eſt cum amatoribus.*] Non diſplicet vetus lectio tam edita quàm calamo exarata, *cum Patribus conſcriptis.* certe & veterrima editio, *P. C.* Grut.

65. *Hoc eſt cum amoribus ſuis.*] Cum in communibus libris legeretur, *Hoc eſt compotoribus ſuis*; reſtitui ante viginti annos, quod indicant libri noſtri, *Cum amoribus ſuis.* quod eſt uſitatum Ciceroni genus loquendi. *P. Manut.*

66. *Olim furunculus.*] Olim, cum legum pœnam metueret, occulte furabatur, nunc factus audacior, excuſſo timore legum, palam & aperte prædatur. *Abram.*

67. *Nihil poſterius.*] Legunt alii, *nihil protervius.* Turnebus Adverſ. lib. XIV, c. 17. explicans illud Varronis apud Nonnium: *Non modo abſens quidquam ſequius de te cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem. Sequior*, inquit, pro deterior dici, non eſt perinde infrequens, quod a ſequendo reor deduci: deteriora enim ſequi, meliora præcedere ſolent. proinde etiam poſterior pro deteriore poni etiam alicubi annotamus. Id vero annotat lib. XX. cap. 9. loco horum verborum orationis de Provinciis Conſularibus, *Ut nemo poſſet utrum deterior an infelicior eſſet judicare.* legi in juratiſſimis libris *utrum poſterior.* quam lectionem ubi probavit hoc ipſo loco quem præ manibus habemus, *poſterior enim*, inquit, *deterior & nequior dicitur.* Idem.

68 Lux-

68 luxuriam autem in iſto nolite hanc cogitare.
enim quædam, quamquam omnis eſt vitioſa atque 67
, tamen ingenuo ac libero dignior. nihil apud hunc
n, nihil elegans, nihil exquiſitum (laudabo inimi-
ne magnopere quidem quidquam, præter libidines,
uoſum. toreuma nullum: maximi calices, & hi, ne
mnere ſuos videatur, Placentini: exſtructa menſa,
onchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.
ordidati miniſtrant: nonnulli etiam ſenes: idem co-
idem atrienſis: piſtor domi nullus, nulla cella:
is & vinum à propala 70 atque de cupa: Græci
, quini in x lectulis, ſæpe plures; ipſe ſolus: 71 bi- x lectis
s quæ eodem de ſolio miniſtrentur. ubi galli can- *MSS.*
tum

Luxuriam autem in iſto nolite cogitare.] Sic collocanda ſunt
, *nolite in iſto.* quod vero ſequitur, *hanc cogitare*, aut ali-
eeſt, puta, *qua nunc viget.* vel aliquid tale aut certe intel-
us eſt Cicero manu prolata, aut aliquo geſtu oris vel ocu-
luxuriam ſui ſæculi demonſtraſſe. *Faërn.* *Luxuriam.*]
membra, inquit Feſtus, *e ſuis locis mota & ſoluta. a quo*
ſus in re familiari ſolutus. Hotom.
Panis & vinum à propala.] Revoco lectionem mſſ. Palati-
:, imò verò editionum priſcarum, quam ſtabilit Turnebus
Adverſ. cap. 1. *Gruter.* Quamvis *propala* ſit in MSS. cum
nihili vox ſit, quæ corrupta quoque legitur apud Varro-
ut bene monuit Scaliger, eam cum Manutio & aliis re-
n *propola.* Sunt autem propolæ caupones, qui aliquid pro-
le propoſitum habent in taberna. ut hic panis de propola,
nem vendebat. *Gravius.*
Atque de cupa.] Joſeph. Scaliger *cupam* capit pro *campone*,
dixerint; *cupo*, *campo*, *cupa*, *campa.* videatur conjectaneis
ronem de Lingua Latina, ſive mavis ad Virgilii Catalecta;
:, *Copa Syriſca caput &c.* Gruter. Recte Scaliger, *cupa* &
dem eſt. Sueton. Ner. 27. *Quoties Oſtiam Tiberi deflueret,*
ianum ſinum prætemavigaret, diſpoſita per littora & ripas di-
a inſignes, ganeâ & matronarum inſtitorio copas imitantium, at-
ic inde orantium ut appelleret. Virgil.
pa Syriſca fuit Graja redimita mitella.
& cupa eſt mulier, quæ cauponam exercet. Significat Ci-
iſonem nunquam de penu & promtuario vivere, ſed ex
a, ſive à copa vinum petere, ex taberna panem. *Gravius.*
Bibiturusque eo, dum de ſolio miniſtretur.] Ita in libro Vati-
ſcriptus hic locus reperitur, quem antea turpi fœdatum
Ant. Auguſtinus ita emendarat, ut pro *ſolio* reponeret
quod non erat ferendum: cum enim ſupra dixerit *de cu-*
uomodo hic *de dolio?* Pantagathus autem legebat, *Bibi-*
em usque eo dum bellaria miniſtrentur. Urſin. *Bibiturus quæ*
de ſolio miniſtrentur.] Hæc eſt ſcriptura editionum vete-

 rum,

tum audivit, avum ſuum revixiſſe putat: menſam tol jubet.

68 XXVIII. Dicet aliquis, Unde tibi hæc nota ſunt non mehercule, contumeliæ cauſâ deſcribam quemquam præſertim ingenioſum hominem atque eruditum, cu generi eſſe ego iratus, ne ſi cupiam quidem, poſſum (a) 72 Eſt quidam Græcus, qui cum iſto vivit, homo ve

ASCONIUS.

(a) Vers. a noviss. dlx. *Eſt quidam Græcus, qui cum iſt vivit, homo, vere ut dicam, ſic enim cognovi, humanus, ſed tam diu quam diu cum aliis eſt, aut ipſe ſecum.*] Philodemum ſignifica qui fuit Epicureus illa ætate nobiliſſimus, cujus & poëmata ſun laſciva.

---

rum, quibus adſtipulantur Pall. neque aliter publicavit Victo rius. Faërnus invexit, *bibitur usque eo, dum de ſolio miniſtratur* quod & Turnebo placuit, ut videre eſt libro xxi. cap. 15. ſequun turque Aldus junior & Lambinus, me non adnuente. *Grut* Erfurt. *Ipſe ſolus bibiturus, qua eodem de ſolio miniſtrentur.* Franc *Ipſe ſolus, qua eodem de ſolio miniſtretur.* Sed alia manus, ſed æ que antiqua, inter *ſolus* & *qua* appoſuerat paullo minoribus lit teris, *bibitur*. Mihi hic æque hæret aqua ac aliis interpretibus nec auſim affirmare, me aliquid vero ſimilius allaturum, quan alii attulerunt. Codicis Faërniani eadem eſt ſcriptura, quæ alio rum librorum, niſi quod voces aliter dividantur. Retinend videtur Faërniani lectio: *bibitur usque eo, dum de ſolio miniſtra tur.* hoc eſt bibitur tamdiu, quamdiu hoſpes ſuis convivis & convictoribus ipſe præbet & propinat poculum, in orbem cir cumferendum, quod aliter dicunt *a ſummo bibere*, ut apud Plau tum in Aſin. v, 2, 42, & aliis in locis, quia ei primum mi niſtrabatur, qui ſummum locum tenebat in triclinio, idque pe orbem ibat, donec perveniretur ad imum imi lecti hoſpitem Huc etiam reſpexit Cic. in Catone: *Et is ſermo, qui more maje rum a ſummo adhibetur in poculis*, quod dudum viri docti monue runt. Summum autem locum inter Græculos ſuos obtinuit Piſo Is locus *ſolium* vocatur, quia in lecto illo ſolus accumbebat Nam ſolia ſunt ſedilia, in quibus non plures ſingulis poſſunt ſe dere, teſte Feſto. Sic enim legendum, non *ſolla:* oſtendunt ſe quentia: *Ideoque ſolia ſternere dicuntur, qui ſoliſternium habent.* So lia ſane lectos quoque ſignificare oſtendit locus Taciti iv. An nal. 44: *Soliſternia ac pervigilia celebravere feminæ, quibus mariti erant.* Sic enim legitur in codice Florentino & Budenſi, pro quo in editis habetur *lectiſternia ac pervigilia.* meritoque hanc vocem reſtituit Tacito Vir Cl. mihique, dum in vivis eſſet, amiciſſi mus Theodorus Ryckius, quamvis in codicibus ſit *ſelliſternium* qui ex Feſto ſunt corrigendi. Dicit igitur Cicero, bibebatur d ſolio, quod idem eſt ac a ſummo, quamdiu a Piſone propinaba tur, propinabatur autem ad galli cantum. *Græv.*

72. *Eſt quidam Græcus.*] Philodemus, cujus extare laſciva poë mata

vere ut dicam (ſic enim cognovi) [73] humanus, ſed tamdiu, quamdiu cum aliis eſt, aut ipſe ſecum. [74] is cùm iſtum adoleſcentem [75] jam tum cum hac [y] diis irata fronte vidiſſet, non [z] fugit ejus amicitiam, cùm eſſet præſertim appetitus: dedit ſe in conſuetudinem, ſic ut prorſus unà viveret, nec ferè ab iſto umquam diſcederet. Non apud indoctos, ſed, ut ego arbitror, in hominum eruditiſſimorum & [a] humaniſſimorum cœtu loquor. Audiſtis profectò dici, philoſophos Epicureos omnes res, quæ ſunt homini expetendæ, voluptate metiri. rectè, an ſecus, nihil ad nos: aut, ſi ad nos, nihil ad hoc tempus. ſed tamen lubricum genus orationis adoleſcenti non acriter intelligenti [b] ſæpe præceps.

y diſtracta fronte *MS.*
z faſtidivit *id. MS.*
a humaniſſimo *MS.*
P. B.
b eſt ſæpe *Faërn.*

Itaque admiſſarius iſte, ſimulatque audivit, à philoſo-
69 pho voluptatem tantoperè laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitavit, ſic ad illius hanc orationem [c] adhinniit, ut non magiſtrum virtutis, ſed auctorem libidinis à ſe illum inventum arbitraretur. Græcus primò diſtinguere atque dividere illa, quemadmodum dicerentur: [76] iſte claudus (quomodo ajunt) pilam,

c adhinnivit *Idem.*

mata dixit Aſconius. Gadareum, id eſt Syrum, fuiſſe, auctor Strabo lib. xvi. nominatur a Laërtio bis in Epicuro, & a Cicerone lib. II. de Fin. in extremo. *P. Manut.* Philodemum Horatii deſignari oſtendit d. cap. 15. Turnebus. *Gruter.*

73. *Humanus.*] Politiore litteratura & liberalibus ſtudiis eruditus. Paullo poſt: *In hominum eruditiſſimorum & humaniſſimorum cœtu loquor.* Pro Cœlio: *Ille vir, illa humanitate præditus, illis ſtudiis, artibus & doctrina.* Vide Gellium XIII. Noct. Attic. *Abram.*

74. *Is.*] Philodemus, cum Piſonem adoleſcentem jam tum frontis ad ſeveritatem compoſitæ integumentis vitia obtegentem vidiſſet, atque adeo deceptus fuiſſet eadem illa virtutis ſimulatione, quæ populum Romanum decepit, fefellit, in fraudem induxit. *Idem.*

75. *Jam tum cum hac diis irata fronte vidiſſet, non fugit ejus amicitiam.*] Hæc ſic in antiquo libro: *jam tunc hac diſtracta fronte vidiſſet, non faſtidivit ejus amicitiam.* ut forte *diſtractam frontem* Piſonis appellet, ob id quod ſupra de eodem dixit, altero ad mentum depreſſo ſupercilio. qui tamen legerit, *dis irata*, poteſt intelligere ob ſectam Epicuream, quam L. Piſo Epicureus amplexus eſt Piſo, deorum contemptricem. *Faërnus.* *Jam tum, cum hac diis irata fronte.*] Non admodum placet antiqua ſcriptura, *jam tum hac diſtracta fronte*, quamvis eam Faërnus probare videatur. Idem teſtatur legi in ſuis veteribus libris, *non faſtidivit ejus amicitiam.* quod non improbo. ſed neque vulgatam lectionem damnare audeo. *Lamb.*

76. *Iſte claudus (quemadmodum ajunt) pilam retinere: quod acceperas*

CEDANT ARMA TOGAE. -- Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitavit. At hoc nusquam opinor ſcriptum fuiſſe in illo elogio, quod, te conſule, in ſepulcro reipublicæ inciſum eſt, Velitis, jubeatis, [l] ut, quòd M. Cicero verſum fecerit: ſed [85] quòd vindicarit.

l ut non *quod. edd.*

73 XXX. VERÙM TAMEN, quoniam te [86] non Ariſtarchum, ſed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum verſum, ſed [87] poëtam armis perſequare: ſcire cupio, quid tandem iſto in verſu reprehendas, CEDANT ARMA TOGAE. Tuæ dicis, inquit, togæ ſummum imperatorem eſſe ceſſurum. Quid nunc te, aſine, litteras doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. non dixi hanc togam, quâ ſum amictus; nec arma, [88] ſcutum & gladium unius imperatoris: ſed, [m] quòd pa-

m quia *MS.*

85. *Quod vindicarit.*] Hoc verbo uſum eſſe Clodium in lege mihi non ſit veriſimile, ſed eum potius dixiſſe crediderim, *Quod cives Romanos indicta cauſſa condemnavit.* Cicero, ad ſuam laudem, verbo mitiore uſus eſt. *P. Manut.*

86. *Non Ariſtarchum.*] Similem inſigni illi grammatico, qui Homeri verſus, quos non probabat, tanquam ſpurios & a majeſtate Homerica alienos obeliſco ſive ſtella notabat. Epiſtola 11. libri III. ad Famil. *Ut enim Ariſtarchus Homeri verſum negat, quem non probat, ſic tu (libet enim mihi jocari) quod diſertum non erit, ne putaris meum.* Talis fuit ille verſus, quo Phœnix aſſerit voluiſſe ſe patri manus inferre violentas:

Τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατακτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ.

quem, ut refert Plutarchus opuſculo de audiendis poëtis, Ariſtarchus expunxerat. Quàm inſanabile porro ſcribendi cacoëthes hunc litteratorem tenuerit liquet ex Suida, qui eum tradit octingentos commentariorum libros in lucem edidiſſe. Eum Vitruvius in prologo libri primi Grammaticorum omnium principem fuiſſe tradit. *Abram.*

87. *Poëtam armis perſequare.*] Ut Phalaris Steſichorum poëtam armis eſt perſecutus. quanti tamen eum fecerit ex ejusdem ſcriptis liquet. Steſichorus Phalarim è principatu ſuæ civitatis exegerat. ut conſtat ex epiſt. 94. Eum tamen ſic obſervavit, ut redactum in poteſtatem non pœnâ, ſed beneficiis affecerit. Vide epiſt. 93. ad Himeræos, & epiſtolam 103. ad Steſichori liberos. Quin etiam quantis artibus cum ejus abſtinentia certaverit, epiſtola ad ipſum cum muneribus data ſic oſtendit: *Εἰ μὴ λαβὼν ἔσῃ νῦν γε, προδοσίαν σοὶ ἴσθι, πρὸς Ἱμεραίους καταψεύσομαί σου.* *Niſi pecuniam ad te miſſam acceperis, tibi plane apud Himeraos proditionis crimen affingam.* Quod non laudis ſtudio, ſed ſola poëſis admiratione faciebat. Vide epiſt. 146. Crudelis igitur Piſo, qui propter malum verſum poëtam fuerit armis perſecutus. *Abram.*

88. *Scutum & gladium.*] Antiq. liber, *ſcutum aut glad.* & ſequenti verſu pro, *quod pacis, quia pacis*, & pro *more poëtarum locutus*, ha-

pacis eſt inſigne & otii toga; contrà autem arma tumultûs atque belli, more poëtarum [n] locutus, hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio conceſſurum.

[n] conlocutus MS.

Quære ex familiari tuo, Græco illo poëta: probabit genus ipſum & agnoſcet, neque te nihil ſapere mirabitur. At in illo altero, inquit, hæres, [89] CONCEDAT LAUREA LAUDI. Immò mehercule, habeo tibi gratiam. P. B. 74

habet ille, *poëtarum more conlocutus*, licet tertia littera, dictionis *conlocutus*, non bene appareat, nos tamen *locutus* probamus, collocationemque vulgatæ. Item delendum pronomen *me*, ex illis verbis quæ infra ſunt, *niſi tu me expediſſes*. & ſequenti verſu, pro *cruentis*, legendum *è cruentis*. Faërnus.

89. *Concedat laurea lingua.*] *Laudi* eſt in libro Vaticano: quod miror Faërnum non animadvertiſſe, cum *laudi*, pro *lingua*, in aliis etiam libris ſcriptum reperiatur. & ita omnino legendum eſſe conſtat vel ex iis, quæ paullo infra ſcripta ſunt, quibus veterum librorum de Officiis auctoritas accedit. *Urſin.* Defendit hanc lectionem Victorius libro v. cap. 24. contra Quintiliani *laudi*, quod tamen in mſſ. noſtris. *Grut.* Contra quos quomodo potuit religio tua, Grutere, ſic peccare? Plane & Victorius oſtendit ſignificationem vocis *laus* fuiſſe ipſi ignotam, ut patebit conferenti caput ex eo citatum cum illis, quæ pueris nobis dictabat pater, veriſſima quidem, & vulgavit Cl. Grævius ad Officia I. 22. *Gronov.* *Laudi* eſt etiam in Erfurt. Francii & ed. Manut. & vere laudi aſſeruit maximus Gronovius, in notis a filio laudatis ad librum de Officiis. Nam *laus* fere Tullio notat τὰ ἐπαινετὰ ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγματα καὶ σπουδάσματα, & honeſta hominum de iis judicia. In Bruto: *At vero extra Græciam magna dicendi ſtudia fuerunt, maximique huic laudi habiti honores illuſtre nomen oratorum reddiderunt.* Pro Plancio: *Itaque ſi quam habeo laudem.* Conjungit utrumque nomen Plautus Ciſtellaria, ſed paullo diverſus: *Perdite perduelles, parite laudem & lauream.* Valde ſuſpicor excidiſſe tale quid in Plinio VII. 30. *Salve primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum linguaque lauream merite, & facundiæ Latinarumque litterarum parens: atque, ut dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit, omnium triumphatorum lauream adepte majorem, quanto plus eſt ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe quam imperii.* Locum totum adſcripſi, quod hinc in Ciceronem transſcriptum mihi videatur *lingua*, cum longe aliter Plinius linguæ lauream accipiat, quàm hic Cicero linguæ lauream cedere dixiſſet. Sed in poſterioribus malim legere: *omnium triumphatorum laurea laudem adepte majorem.* Certe ſententia mirum quantum illuſtrior erit futura, ſi ſic legas. Ob litterarum enim ſimilitudinem librarii facillime labi potuerunt. Sin vulgata tuearis, dicendum laurea ſubaudiendum, omnium triumphatorum laurea lauream majorem adepte. *Græv.* Poletus Lib. II. Hiſt. Fori Romani [illegible] cenſet etiam ſcribendum *laurea laudi*, quod ita lepida ſit antit[illegible]

o *ita Grav.* *alii* tu me exp. p è *deeſt in aliis.* q judicaſti *alii.*

tiam. hærerem enim, niſi o tu expediſſes. nam cùm tu timidus ac tremens tuis ipſe furaciſſimis manibus detractam p è cruentis faſcibus lauream ad portam Eſquilinam abjeciſti: q indicaſti, non modò ampliſſimæ, ſed etiam minimæ laudi lauream conceſſiſſe. Atque iſta ratione hoc tamen intelligi, ſcelerate, vis, Pompejum inimicum mihi iſto verſu eſſe factum: ut, ſi verſus mihi nocuerit, ab eo, quem is verſus offenderit, videatur

r eum *MSS.* ſ violarem *iid. MSS.*

75 mihi pernicies eſſe quæſita. Omitto, nihil iſtum verſum pertinuiſſe ad illum: non fuiſſe r meum, quem, quantùm potuiſſem, multis ſæpe orationibus ſcriptiſque decoraſſem, hunc uno ſ violare verſu. Sed ſit offenſus. primò nonne compenſabit cum uno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum? Quòd ſi eſt commotus, ad perniciemne non dicam amiciſſimi, non ita de ſua laude meriti, non ita de republica, non conſularis, non ſenatoris, non civis, non liberi: [90] in hominis caput ille tam crudelis propter verſum fuiſſet?

t quidem *alii.* v complecti vis *MSS.* x hos *MSS.*

XXXI. Tu t quid, tu apud quos, tu de quo dicas, intelligis? v complecteris ampliſſimos viros ad tuum & Gabinii ſcelus: neque id occultè. nam paullò antè dixiſti, me cum x iis confligere, quos deſpicerem: non attingere eos, qui plus poſſent, quibus iratus eſſe deberem. quorum quidem (quis enim non intelligit, quos dicas?) quamquam non eſt una cauſa omnium, tamen eſt omnium

P. XCVI. y collocarunt *alii.*

76 mihi probata. Me Cn. Pompejus, multis obſiſtentibus ejus erga me ſtudio atque amori, ſemper dilexit, ſemper ſua conjunctione digniſſimum judicavit, ſemper non modò incolumem, ſed etiam ampliſſimum atque ornatiſſimum voluit eſſe. veſtræ fraudes, veſtrum ſcelus, [91] veſtræ criminationes inſidiarum mearum, illius periculorum, nefarie fictæ, ſimul eorum, qui familiaritatis licentiâ, ſuorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus ejus, impulſu veſtro, y collocaverunt, veſtræ cupiditates provinciarum effecerunt, ut ego excluderer, omnes-

& forum caſtris atque utriusque præmia inter ſe conferantur.

90. *In hominis caput.*] Particula *ſed* aut ſubaudienda aut addenda. ut ſit, *ſed in cujusmodi hominis caput.* Hotom.

91. *Veſtræ criminationes &c.*] Codex Erfurtenſis aliquanto auctior, *Veſtræ criminationes inſidiarum mearum, veſtræ cupiditates provinciarum effecerunt, illius periculorum,*

92. In

omneſque, qui me, qui illius gloriam, qui rempublicam ſalvam eſſe cupiebant, ſermone atque aditu prohiberentur.

Quibus rebus eſt perfectum, ut illi planè ſuo ſtare ju- 77
dicio non liceret, cùm certi homines non ſtudium ejus à me alienaſſent, ſed auxilium retardaſſent. Nonne ad te L. Lentulus, qui tum erat prætor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multique mortales oratum [92] in Albanum obſecratumque venerant, ne meas fortunas desereret, cum reipublicæ ſalute conjunctas. quos ille ad te & ad tuum collegam remiſit, ut cauſam publicam ſuſciperetis, ut ad ſenatum referretis: ſe contra armatum tribunum plebis ſine conſilio publico decertare nolle: [93] conſulibus ex ſenatus conſulto rempublicam defendentibus ſe arma [z] ſumpturum.

[z] *ita MSS. alii* ſuſcepturum.

Ecquid infelix recordaris, quid reſponderis? in quo 78
illi omnes quidem, ſed Torquatus præter ceteros, furebat contumaciâ reſponſi tui, te non eſſe tam fortem, [94] quàm ipſe Torquatus in conſulatu fuiſſet, aut ego: nihil

92. *In Albanum.*] Fundum Cn. Pompeji. Plutarch. ſcribit eum data opera eò ſeceſſiſſe, & cum ad eum Cicero veniſſet per poſticum ſe ſubduxiſſe. *Hotom.*

93. *Conſulibus ex Senatusconſulto rempublicam defendentibus.*] Si factum eſſet S. C. ut viderent Conſules, ne quid reſpublica detrimenti caperet. Hic illud Senatûs Conſultum videtur intelligi, quo decerni ſolebat, DARENT OPERAM CONSULES, NE QUID RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET. quod verbo *defendendi* nonnunquam exprimebant, ut hoc loco & Philippica VIII. *De ea re ita cenſuerunt, uti Opimius Conſul rempublicam defenderet.* Valerius Maximus lib. III. cap. 2. *Cunctiſque cenſentibus, ut Conſul armis rempublicam tueretur.* Abram.

94. *Quam ipſe Torquatus.*] Duas Catilinæ conjurationes exponit Salluſtius. altera, Luc. Tullio & M. Æmilio Lepido Conſulibus inita, in Luc. Cottæ & Luc. Manlii Torquati conſulatum erupit, de qua Dio Coccejus libro XXXVI. & Tranquillus in Julio cap. 9. Cn. Piſo, Catilina & Antronius, *circiter nonas Decembres*, inquit Criſpus, *conſilio communicato, parabant in Capitolio Kalendis Jan. Luc. Cottam & Luc. Torquatum Conſules interficere, ipſi faſcibus correptis Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpanias mittere. Ea re cognita rurſus in Nonas Februarias conſilium cædis diſtulerunt.* Quàm fortiter autem in ea conjuratione opprimenda ſe geſſerit Torquatus mihi non liquet: illud ex Dione conſtat, *Cottæ Torquatoque datos fuiſſe cuſtodes a Senatu: edictumque contra conjuratos proponendum fuiſſe, niſi quiſpiam Tribunus plebis interceſſiſſet.* Quare Piſo, ut urbe ſubmoveretur, ſpecie honoris Quæſtor pro Prætore miſſus in citeriorem Hiſpaniam. De poſteriore conjuratione dicere non attinet. *Idem.*

95. Ma

hil opus eſſe armis, nihil contentione: [95] me poſſe iterum rempublicam ſervare, ſi ceſſiſſem: infinitam cædem fore, ſi reſtitiſſem: deinde ad extremum, neque ſe, neque generum, neque collegam ſuum, tribuno plebis defuturum. Hic tu hoſtis ac proditor aliis me inimiciorem quàm tibi debere eſſe dicis?

79 XXXII. Ego C. Cæſarem non eadem de republica ſenſiſſe, quæ me, ſcio: ſed tamen, quod jam de eo,
P. B. his audientibus, ſæpe dixi, me ille ſui totius conſulatus, eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, ſocium eſſe voluit, detulit, invitavit, rogavit. non ſum ego, propter nimiam fortaſſe conſtantiæ cupiditatem, adductus ad cauſam: non poſtulabam, ut ei cariſſimus eſſem, [96] cujus ego ne beneficiis quidem ſententiam meam tradidiſſem. Adducta res in certamen, te conſule, putabatur, utrùm, quæ ſuperiore anno ille geſſiſſet, manerent, an reſcinderentur. Quid loquar plura? ſi tantum ille in me eſſe uno roboris & virtutis putavit, ut ea, quæ ipſe geſſerat, conciderent, ſi ego reſtitiſſem: cur ei non ignoſcam, ſi antepoſuit ſuam ſalutem meæ?

80 Sed præterita omitto. me ut Cn. Pompejus omnibus ſuis ſtudiis, laboribus, vitæ periculis complexus eſt, cùm municipia pro me adiret, Italiæ fidem imploraret, P. Lentulo conſuli, auctori ſalutis meæ, frequens aſſideret, [97] ſenatui ſententiam præſtaret, in concionibus non modò

95. *Me poſſe iterum rempublicam ſervare.*] Omnes libri ſcripti habent *ſalvare.* quod, quamvis non placeat, tamen teſtatum voluimus: & poſt multa pro, *atqui me ille*, *atque me ille*, & item poſt multa pro, *& multum dubitantem*, *multumque dubitantem:* qui etiam melior eſt numerus: & paulo infra ubi eſt, *tum quidem*, in illis legitur, *cum quidem.* ego ſane malo, *cum equidem: e* vero rejicio, & poſt aliqua ubi eſt, *cum mihi notum ſenſeris*, interpoſito verbo *eſſe*, legendum, *notum eſſe ſenſeris.* Faërnus.

96. *Cujus ego beneficiis quidem ſententiam meam tradidiſſem.*] Pro *quidem* puto legendum eſſe *pridem*, meliore ſententia. *Urſin.* Omnes MSS. Erfurt. Pith. Francii, omneſque editiones, præter Lambini, Gothofredi & Gruteri: *Cujus ego beneficiis quidem ſententiam meam tradidiſſem.* Si illud *ne* interpoſuerunt ex MSS. non improbo. ſed omnes tacent. Reliqui tamen, cum id poſtulet ſententia. *Græv.*

97. *Senatui ſententiam præſtaret.*] Id eſt, nunquam ſuo loco deeſſet, paratum ſe ſemper ad ſententiam liberè dicendam præſtaret. *Hotom.* Primus diceret ſententiam de me in Senatu, quam reliqui ſequerentur. *Abram.* Eſt ſenatum ſecurum eſſe juberet de ſua ſen-

lò ſe defenſorem ſalutis meæ, ſed etiam ſupplicem pro ne profiteretur: hujus voluntatis eum, quem multùm oſſe intelligebat, mihi non inimicum eſſe cognorat, ſo- ium ſibi & adjutorem C. Cæſarem adjunxit. Jam vi- les, me tibi non inimicum, ſed hoſtem; illis, quos de- cribis, non modò non iratum, ſed etiam amicum eſſe lebere? quorum alter, id quod meminero ſemper, æ- uè mihi fuit amicus ac ſibi: alter, id quod obliviſcar liquando, [98] ſibi amicior quàm mihi. Deinde hoc ita 81 it, ut viri fortes, etiamſi ferro inter ſe cominus decer- arint, tamen illud contentionis odium ſimul cum ipſa pu- na armisque ponant. [a] Atqui me ille odiſſe numquam otuit, ne tum quidem, cùm diſſidebamus. Habet hoc irtus (quam tu ne de facie quidem noſti) ut viros for- es ſpecies ejus & pulchritudo etiam in hoſte poſita de- ectet.

a Neque m. i. o. unq. *MSS.*

XXXIII. EQUIDEM dicam ex animo, patres con- cripti, quod ſentio, & quod vobis audientibus ſæpe jam ixi. Si mihi [b] numquam amicus C. Cæſar fuiſſet, [c] ſed emper iratus: ſi aſpernaretur amicitiam meam, ſeſeque nihi implacabilem [d] inexpiabilemque præberet, tamen i, cùm tantas res geſſiſſet gereretque quotidie, non ami- us eſſe non poſſem. [99] cujus ego imperio [1] non Alpium val-

P. XCVII.

b unquam *MS.*
c ſi *MS.*
d inexpli- cabilem *Grut. & alii.*

ententia, quam de mea ſalute ſit dicturus. Lib. VII. ad Fam. 7. *Ultima exſpectato, quæ ego tibi honeſta & jucunda præſtabo.* h. e. go in me recipio, & te ſecurum eſſe jubeo, ultima futura ho- orifica. *Gravius.*

98. *Alter ſibi amicior quàm mihi.*] C. Cæſar, qui, ut modo di- it, *ſuam ſalutem antepoſuit meæ.* Sic in Sextiana: *Suaque ſibi pro- iora pericula quam mea, loquebantur.* Hotom.

99. *Cujus ego imperium non Alpium vallum.*] Libri vulg. a quibus nanuſcr. non diſcrepant, habent, *cujus ego imperio:* quæ verba, i emendata ſcriptura eſt, ſic explico, cujus ob imperium, cujus ropter imperium: ſed putabam olim legendum, neque nunc nihi aliter videtur, *imperium:* ut ſit hæc ſententia: cujus Cæſa- is imperium oppono aſcenſui Gallorum, non Alpium vallum, tc. id eſt, cujus imperio & rebus in imperio geſtis factum eſſe udico, ne Galli in Italiam pervenire poſſint, &c. Itaque ſic ve- im totum hunc locum ſcribi: *cujus ego imperium, non Alpium val- um aſcenſui transgreſſionique Gallorum, non Rheni foſſam, gurgitibus llis redundantem, Germanorum, &c.* Lambinus.

1. *Non Alpium vallum.*] Italiæ mœnia Livius appellat libro XXI. *Mœniaque eos transcendiſſe non Italiæ modo, ſed etiam urbis Ro- mæ.* poſt quem Silius libro III. Hannibalem ita ſuos hortantem nducit:

Nunc

vallum contra adſcenſum transgreſſionemque Gallorum; a non Rheni foſſam, gurgitibus illis redundantem, Ger-
82 manorum immaniſſimis gentibus objicio & oppono. Perfecit ille, ut, ſi montes reſediſſent, amnes exaruiſſent, non naturæ præſidio, ſed victoriâ ſuâ rebusque geſtis Italiam munitam haberemus. Sed, cùm me e expetat, diligat, omni laude dignum putet, tu me à tuis inimicitiis ad ſimultatem revocabis? 3 ſic tuis ſceleribus reipublicæ

e expectat *MS.*

Nunc o nunc ſocii dominantis mœnia Romæ
Credite vos, ſummumque Jovis conſcendere culmen.

Idem *aggeres Alpinos* vocat:

Aggeribus caput Alpinis & rupe nivali,
Proſilit in Celtas ingentemque extrahit amnem,
Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos.

Poſt Maronem:

Aggeribus Socer Alpinis atque arce Monœci.

Arcem, inquit, ſectatus Polybii veſtigia, libro tertio dicentis: *Alpes arcis cujusdam totius Italiæ ſpeciem exhibere.* Pulchre ad hunc locum Herodianus lib. VIII. Hiſtoriæ: *Hi vero in campo, oriente ſole ad Alpes properabant, quos montes immenſa magnitudine tanquam Italiæ murum natura excitavit, qui nubes altitudine excedant, tantaque longitudine porrigantur., ut totam Italiam comprehendant.* Abram.

2. *Non Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem.*] Rheni foſſam appellat, quia Rhenus Gallos a Germanis diſterminat. nam Germania, ut ait Polyhiſtor. c. 23. *Ubi incipit, Danubio; ubi deſinit, Rheno perfunditur.* Vide Cæſarem libro IV. Plinium, hiſtoricos paſſim & Geographos. Per gurgites altitudinem & profunditatem & impetum fluvii denotat. Silius Rhodanus:

——— *proſcindens gurgite campos*
Ac propere in pontum lato ruit incitus alveo:
Auget opes ſtanti ſimilis, tacitoque liquore
Mixtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, &c.

ſic Eumenius, ut modo referemus, Rheni gurgites appellat. ſic Claudianus:

——— *explorat naſcentes gurgite Rhenus.*

Idem.

3. *Sic tuis ſceleribus Reip. præterita facta refricabis.*] Pro *facta* non dubito quin legi debeat *fata*: quam lectionem ad oram libri doctiſſimi viri notatam me legiſſe memini. *Urſin.* *Præterita facta refricabis.*] Malim *fata*, quaſi illa diſſenſio Cæſaris a Senatu non ipſius Cæſaris voluntati, ſed fato cuidam & neceſſitati tribuenda eſſe videatur. Refricabis eſt, in memoriam revocabis. translatione ſumpta ab iis, qui vulnus cicatrice obducta jam pene ſanatum unguibus impreſſis renovant. Noſter II. de Oratore: *Sic & eorum dolorem, qui lugebant ſuos, oratione refricabam.* Epiſt. 13. libro V. *Ne refricem litteris deſiderium ac dolorem tuum.* III. Agraria: *Refricare obductam jam reip. cicatricem.* Pro Flacco: *Cum veniſſet Lælius ad ira-*

erita fata refricabis? quod quidem tu, qui bene
onjunctionem meam & Cæſaris, eludebas, cùm
:mentibus omnino labris, ſed tamen, cur tibi no-
n deferrem, requirebas. (*b*) Quamquam, quod
ittinet:

Numquam iſtam imminuam curam inſtiando tibi:

:ſt mihi conſiderandum, quantum illi, tantis rei-
negotiis, tantoque bello impedito, ego homo
mus, ſollicitudinis atque oneris imponam. nec
tamen, quamquam languet juventus, nec perin-
: debebat, in laudis & gloriæ cupiditate verſa- f atque debeat *Grut.* & *alii.*
:uros aliquos, qui abjectum hoc cadaver conſu-
poliis nudare non nolint, præſertim tam afflicto,
irmo, tam enervato reo: qui te ita geſſeris, ut
, ne indignus beneficio videreris, niſi ejus, à quo
:ras, ſimillimus exſtitiſſes.

IV. AN VERÒ tu parum putas inveſtigatas eſſe 83
labes imperii tui ſtragesque provinciæ? quas qui-
s ſ non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis P. B.
vo-

ASCONIUS.

IRCA VERS. A NOVISS. CCCXX. *Quamquam, quod ad :, nunquam iſtam imminuam curam inſiciando tibi.*] Prope noquàm ut indicandum ſit, hunc verſum eſſe L. Accii poëici à Thyeſte in Atreo.

---

illuc Caſtricianum vulnus dicendo refricuiſſet. XII. ad Attic. '. *Quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum.* Abram.

iquam iſtam imminuam curam inſitiando tibi.] Senarius Ac- t in Atreo, quem imitatus eſt Cicero poſt Reditum in Se- *mnquam*, inquit, *inſitiando, ſuſpicionem hominum curam- erunt.* P. Manut.

s veſtigiis odorantes.] Differunt, ut vides, inter ſe ingreſ- ›lutationis veſtigia, quod hæc illis ſint certiora. Xeno- Venatione: Ὅσαι δὲ τῶν κυνῶν τὰ ἴχνη, τὰ μὲν εὐναῖα ἀγνοῦ-) δρομαῖα ταχὺ διατρέχουσιν, οὐκ εἰσὶ γνησίαι. *Canum autem e volutationum & cubilium veſtigia non agnoſcunt, curſus ve- riter tranſcurrunt, non ſunt generoſa.* Ubi ſuavitate plus- :ſtarea hanc inveſtigandi rationem copioſe deſcribit. quæ . Venuſtè autem a rebus corporeis ad animum & ſaga- itis inquiſitionem transfertur. ut Verrina 20. *Atque adeo ngius aut obſcurius eſſe poſſit, procedite in medium, explicate rem imaginemque tabularum: ut omnes mortales iſtius avari- um veſtigia, ſed ipſa cubilia videre poſſint.* Et libro quarto n 47. *Immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui veſti- perſcrutabantur omnia.* Item 31. *Mirandum in modum canes diceres, ita odorabantur omnia & perveſtigabant.* Rurſus li-
bro

volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.

g Notanda MSS. [g] Notata à nobis ſunt & prima illa ſcelera in adventu, cùm, acceptâ pecuniâ à Dyrrhachinis ob necem hoſpitis tui Platoris, [6] ejus ipſius domum evertiſti, cujus ſanguinem addixeras, eumque, ſervis ſymphoniacis & aliis muneribus [h] acceptis, timentem multumque dubitantem confirmaſti, & Theſſalonicam fide tua venire juſſiſti.

h accepiſti trem. MSS.

quem ne majorum quidem more ſupplicio affeciſti, cùm miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui cervices ſubjicere geſtiret: ſed ei medico, quem tecum eduxeras, imperaſti, [7] ut venas hominis incideret.

84 [8] Cùm equidem tibi etiam acceſſio fuit ad necem Platoris, Pleuratus ejus comes. quem necaſti verberibus, ſumma ſenectute confectum. Idemque tu Rabocentum, Beſſicæ gentis principem, cùm te trecentis talentis regi [i] Cotto vendidiſſes, ſecuri percuſſiſti: cùm ille ad te legatus

i Cotho MS.

bro ſecundo: *Acutiſſime tota provincia, quid cuique eſſet neceſſe, indagare & odorari ſolebat.* Et in Cluentiana pulcherrime: *Anni ſunt octo, cum iſta cauſſa in iſta meditatione verſatur: cum omnia, quæ nunc ad eam rem pertinent, & ex hujus, & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis, cum interea Cluentianæ pecuniæ veſtigium nullum invenitis. Quid? Albiana pecunia veſtigiisne vobis odoranda eſt, an ad ipſum cubile vobis ducibus venire poſſumus?* Et alibi frequenter. *Abram.*

6. *Ejus ipſius domum evertiſti.*] Tantæ fuiſti perfidiæ, ut, cum Platoris civis Dyrrhachini ſanguinem ſuis ipſius civibus vendidiſſes, promiſiſſesque acceptâ pecuniâ fore, ut illi mortem inferres, tantæ, inquam, fuiſti perfidiæ, ut ei, cujus ſanguinem tanquam licitatione publica addixeras, te amicum eſſe ſimulares, & ad eum tanquam hoſpes ad hoſpitem diverteres, tamdiuque maneres in ejus domo, ut eam everteris, & impenſis quæ factæ ſunt, penitus exhauſeris. *Idem.*

7. *Ut venas hominis incideret.*] Ad exhauriendum omnem ſanguinem è venis, & lenta morte necandum hominem. Invenio duplicem fuiſſe venarum inciſionem ſuppliciis deputatam: alteram quæ necem inferebat, cujus apud Tacitum aliosque, qui de rebus Neronis ſcripſerunt, exempla ſexcenta reperies: quod tamen merito Tullius reprehendit, tanquam ſupplicium a Romanis legibus alienum. Alia fuit venarum inciſio non extremi ſupplicii, ſed ignominiæ cauſſâ ſolita militibus delinquentibus irrogari, de qua Petrus Faber 1. Semeſtrium c. 27. Valtrinus libro IV. de Re Militari cap. 8. Muretus cap. ultimo libro XIII. Variarum, & alii recentiores. *Idem.*

8. *Cum equidem tibi.*] Sic Pall. publicata, *tum quidem.* iisdem auctoribus ſtatim poſt feci, *cùm te trecentis*, pro *tu.* neque aliter Victoriana, abjecit tamen pronomen Turnebus d. libro XXI. *Gruter.*

9. C. Sen-

tus in caſtra veniſſet & tibi magna præſidia [k] & auxilia à Beſſis peditum equitumque polliceretur. neque eum ſolùm, ſed etiam ceteros legatos, qui ſimul venerant: quorum omnium capita regi [l] Cotto vendidiſti. Denſeletis, quæ natio ſemper obediens huic imperio, etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedonica, [9] C. Sentium prætorem tutata eſt, nefarium bellum & crudele intuliſti: eisque cùm fideliſſimis ſociis uti poſſes, hoſtibus uti acerrimis maluiſti. ita perpetuos defenſores Macedoniæ, vexatores ac [m] perditores effeciſti. vectigalia noſtra perturbarunt, urbes ceperunt, vaſtarunt agros, ſocios noſtros in ſervitutem abduxerunt, [10] familias abripuerunt, pecus abegerunt; Theſſalonicenſes, cùm oppido deſperaſſent, munire arcem coëgerunt.

k & deeſt in *MS.*

l Cotho *MS.*

m prædatores *MS.*

XXXV. [11] A TE JOVIS Urii fanum antiquiſſimum barbarorum ſanctiſſimumque direptum eſt. tua ſcelera dii immortales in noſtros milites expiaverunt: qui cùm uno genere morbi affligerentur, neque ſe recreare quiſquam poſſet, qui ſemel incidiſſet; dubitabat nemo, quin violati hoſpites, [12] legati necati, pacati atque ſocii nefario 85

P. XCVII

9. *C. Sentium prætorem.*] Recepta lectio habebat *Sextium.* ſed libuit eam ejicere, quod alterius mentio fieret tanquam Macedonici prætoris apud alios auctores, exhiberetque illam ſcripturam Turingicus liber, cui ſecundas faciebat Pal. ſecundus. *Grut.*

10. *Familias abripuerunt.*] Sic habent libri veteres, quos quidem viderim. atque ita edidit Faërnus: neque quidquam mutandum. aptiſſime enim cohærent hæc: *familias abripuerunt, pecus abegerunt, &c. matresfamilias autem abripuerunt,* quod ajunt quidam in quibusdam codicibus reperiri, non convenit. Infra non longe, ubi libri omnes habent, *Jovis Velſuri*, probabilis eſt Adr. Turnebi conjectura, exiſtimantis, legendum, *Jovis Urii.* Itaque eum ſequor. *Lambinus.*

11. *A te Jovis Urii fanum.*] Ortum à conjectura Turnebi, quam firmat egregiè lib. XXI. d. cap. 15. alludit Pal. ſec. in quo *Surii.* nam pr. *vel Suri.* vocibus diviſis. vulgata, *Velſuri*, Gruter.

12. *Legati necati.*] Legatos & præcones tanti faciebant, eos ut putarent ad Deorum majeſtatem accedere: quaſi non magis ab hominibus quàm ab ipſo Jove mitterentur. Sic Achilles Homericus I. Iliados;

Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.
Præcones ſalvete, hominum magnique Tonantis.
Nuntii.

Ex quo poteſt intelligi quanti ſit ſceleris, ut cum Statio loquar XI. Thebaidos:

——— *Sanctum populis per ſecula nomen*

 Le-

ſario bello laceſſiti, fama vexata, hanc tantam efficerent vaſtitatem. Cognoſcis ex particula parva ſcelerum & crudelitatis tuæ genus univerſum.

86 Quid avaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? Generatim ea, quæ maximè nota ſunt, dicam. Nonne ſeſtertiûm centies & octogies, quod, quaſi [13] vaſarii nomine, in venditione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti? nonne cùm [n] cc. talenta tibi Apolloniatæ Romæ dediſſent, ne pecunias creditas ſolverent, ultrò Fufidium, equitem Romanum, hominem ornatiſſimum, creditorem, debitoribus ſuis addixiſti? nonne, hiberna cùm legato præfectoque tradidiſſes, evertiſti miſeras funditùs civitates: quæ non ſolùm bonis ſunt exhauſtæ, ſed etiam nefarias libidinum contumelias turpitudineſque ſubierunt? Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarii? ſi quidem poteſt vi & metu extortum, honorarium nominari. quod cùm peræque omnes, tum acerbiſſimè Bœotii & Byzantii, Cherroneſes, Theſſalonica ſenſit. unus tu dominus, unus æſtimator, unus venditor, tota in provincia, per triennium, frumenti omnis fuiſti.

n centum *MSS. tres.*

87 XXXVI. Quid ego rerum capitalium quæſtiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbiſſimas damnationes, [14] libidinoſiſſimas liberationes proferam? tantum locum aliquem cùm mihi notum ſenſeris, tecum ipſe licebit, quot in eo genere & quanta ſint crimina, [o] recordere. Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris, cùm omni totius provinciæ pecore compulſo, [15] pellium no-

o recordare *MS.*

P. B.

Legatum inſidiis tacitoque invadere ferro. Abram.

13. *Vaſarii nomine.*] Apparet ſic appellari ſolita, quæ magiſtratibus, in provinciam ituris, ad eorum uſus domeſticos ex ærario adtribuebantur. Cicero Verr. VI. paulo poſt initium, & nos ex Athenæo, Zonara, Lampridio quædam in eum locum notavimus. *Hotom.*

14. *Libidinoſiſſimas liberationes.*] Eorum, quos, ad ſuam libidinem judicia diſponens, contra juſtitiam abſolverat. *Abram.* Non hæc intelligit Abramius. Libidinoſiſſimæ liberationes, quæ non fiunt ſecundum fas & æquum, ſed pro partium ſtudio, quia judex illi favet & contra leges reum abſolvit. Sic aliis in locis apud noſtrum, *libidinoſi judices, teſtes, libidinoſa ſententia*, ut alibi notavimus. *Gravius.*

15. *Pellium nomine.*] Turnebus admonuit, ad tentoria & papilio-

ıine, omnem quæſtum illum domeſticum paternum renovaſti? videras enim grandis jam puer, bello Ita-, repleri quæſtu veſtram domum, cùm pater armis endis tuus præfuiſſet. quid? vectigalem provinciam, ulis rebus, quæcumque venirent, [16] certo portorio oſito, [17] ſervis tuis publicanis à te factam eſſe memi-?

uid? P centuriatus palàm venditos? quid? per tuum 88
ılum ordines aſſignatos? quid? ſtipendium militibus P centurio-
omnes annos à civitatibus, [18] menſis palàm propoſi- natus A-
eſſe numeratum? quid illa in Pontum profectio & bram. male.
onatus tuus? quid debilitatio atque abjectio animi Macedonia prætoria nuntiata, cùm tu non ſolùm, l tibi ſuccederetur, ſed quòd Gabinio non ſuccederetur,

s hoc pertinere, non enim conquiſitas pelles ad arma fa-la ſignificat, ſed potius ad officinam tegendam, in qua ar-erent. Servius tamen in illud Georg. *Uſum in caſtrorum & 's velamina nautis: In uſum*, inquit, *caſtrorum ideo dixit, & le ciliciis poliuntur loricæ; & teguntur tabulata turrium.* De pel-autem vide quid notavi in Cæſar. Comment. & in ſup. ad vocem *Sub pellibus.* Hotom.

Certo portorio.] Portorium erat vectigal quod ex importa-mercium exigebant. Noſter libro II. in Verrem: *Erat ra-ipta menſium complurium, rerum exportatarum iſtius nomine ſine io.* hinc II. ad Atticum, ep. 16. *circumvectionis portorium no-tur.* Paulo ante: *Portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano divi-od vectigal ſupereſt domeſticum præter viceſimam?* Pro Flacco: *dum vero eſt homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen cati, ſcripturà, decuma, portorium morti, libenter arripere fa-m lædendi quæcunque detur.* Græcis εἰσαγωγικὸν καὶ ἐξαγωγι-Portitor in gloſſariis τελώνης, ubi, ut notat Lipſius, porto-τέλος πύλης, id eſt, *vectigal in porta.* Abram.

Servis tuis.] Quos quaſi publicanos habebas in provincia, o Verr. V. *Hac æquitas in tuo imperio fuit, ut ſervos Venerios rum dominos eſſe velles; ut aratores in ſervorum numero eſſent, in publicanorum.* Putavi aliquando legendum, *Servis tuis pu-*, quos ſcilicet in portubus ad exigenda portoria colloca-t cum in eadem Verr. dixit, *Cur hoc auctore non Romæ ſervi i ad vectigalia accedant.* Hotom.

Menſis palam propoſitis.] *Menſis* argentariorum, quos civita-ublice in foris & locis publicis collocabant, ut militibus dium adnumerarent. *Idem.*

Conatus tuus.] Uſurpatur hoc verbum de rebus, quæ ad exi-non perducuntur. itaque non arbitror Piſonem provinciæ nibus egreſſum eſſe: quod pluribus verbis Cicero exagitaſſet, Gabinio in Ægyptum profecto, contra legem Corneliam ajeſtate, Juliam de repetundis. *P. Manut.*

 20. *Quid?*

tur, exſanguis & mortuus concidiſti? [20] quid q
q ædilicius rejectus? præpoſitus legatorum tuorum
timus abs te quisque violatus? tribuni ſ militum n
cepti? M. Bæbius, vir fortis, interfectus juſſu tuo
Quid, quòd tu toties diffidens ac deſperans rebu
89 in ſordibus, lamentis, luctuque jacuiſti? (c) quòd
lari illi ſacerdoti ſexcentos [21] ad beſtias amicos ſoci
miſiſti? quid t quòd, cùm ſuſtentare vix poſſes mæ
tuum doloremque deceſſionis, Samothraciam
mùm, v poſt inde x Thaſum cum tuis teneris ſal
bus, & cum Autobulo, Athamante & Timocle, f
ſis fratribus, contuliſti? quid, quòd, cùm inde te rec
in villa y Euchadiæ, quæ fuit z uxor Exegiſti, j
mærens aliquot dies; atque inde obſoletus Theſſalo
omnibus inſcientibus noctuque veniſti? qui cùm c
ſum plorantium ac tempeſtatem querelarum ferr
poſſes, [22] in oppidum devium Beroëam a profugiſ

q ædilitiis rejectis *Gul.*
r turpiſſimus, opt. *edd. alia.*
ſ militares *MSS.*
t quòd *deeſt in MSS.*
v *alii non habent* poſt.
x Tarſum *alii.*
y Leucadiâ *Turn. Lamb.*
z uxoris Ægiſthi *Iidem.*
a perfugiſti *alii.*

A S C O N I U S.

(c) CIRCA VERS. A NOVISS. CC. *Quod populari illi*
ſexcentos ad beſtias amicos ſociosque ſtipendiariosque miſiſti.]
ſtum eſt, P. Clodium ſignificari.

---

20. *Quid? Quæſtor ædilitius rejectus.*] Ter peccavit, &
Quæſtorem populi ſuffragiis creatum, & ſortitione ſibi
tum rejecerit, & quod eum rejecerit, qui jam in ædilita
probaverat induſtriam, & quod eum rejecerit, cui ſecund
jorum conſuetudinem patris loco eſſe debuiſſet. De neceſſ
Prætoris & Quæſtoris, quam Piſo violarat, illud in ead
vinatione notatu digniſſimum: *Sic enim a majoribus noſtris*
mus Prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nulla
juſtiorem, neque graviorem cauſſam neceſſitudinis poſſe reperiri
conjunctionem ſortis, quam provinciæ, quam officii, quam
muneris ſocietatem. Vide & in Plancianam, epiſt. 10. lib
ad Familiares. *Abram.*

21. *Ad beſtias.*] Significat miſſos qui cum beſtiis pug
in iis ludis quos P. Clodii amici ac ſocii populo præbere
ſtiæ ſane Romam ad amicos & eorum ludos mittebant
hoc criminis loco non poſuiſſet. *Hotom.*

in oppido cùm tibi ſpe falſa, quòd Q. Ancharium non eſſe ſucceſſurum putares, animos rumor inflaſſet; quo te P. XCIX. modo ad tuam intemperantiam, ſcelerate, innovaſti?

XXXVII. [23] Mitto aurum coronarium, quod te 90 diutiſſimè torſit, cùm modò velles, modò nolles. lex enim generi tui & decerni [b] & te accipere vetabat, niſi decreto triumpho. In quo tu, acceptâ tamen & [24] devoratâ pecuniâ, ut in Achæorum centum talentis, evomere non poteras: vocabula tantùm pecuniarum & genera mutabas. [25] Mitto diplomata tota in provincia paſſim data: mitto numerum navium ſummamque prædæ: mit-

b & accip. *Faërn.*

Urbesque mediterraneo ſunt plurima,
Berrhœa nempe, Pellaque illuſtriſſima.

Abram.

23. *Mitto aurum coronarium.*] Ea de cauſſa nonnulli provinciarum præſides ſe triumphaturos eſſe ſimulabant, ut ab amicis fœderatisque civitatibus aurum coronarium ipſis triumphi nomine mitteretur: quorum effrænatam cupiditatem ut coërceret Julius Cæſar in ſuo primo Conſulatu, lege Julia de repetundis ſanxit, ne quis aurum coronarium ſibi triumphi nomine miſſum prius admitteret, quam decretus fuiſſet triumphus a Senatu. Piſo igitur, cum & fœderatarum civitatum pecuniis inhiaret, nec tamen videri vellet legem Juliam violaſſe, aurum coronarium alio nomine appellabat, nomenque non rem mutabat. Gellius libro V. cap. 6. *Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ Imperatoribus ad honorem triumphi mittuntur. id vulgo dicitur aurum coronarium. hæ antiquitus è lauro erant, poſt fieri ex auro cœpta.* De hoc auro etiam Appianus in Libycis: *Deinde aurum & argentum factum infectumque, & ſi quid aliud ejusmodi, & coronæ quibus Imperatorem ornant civitates, aut exercitus.* Hanc conſuetudinem invenio apud Græcos etiam in uſu fuiſſe. Polyænus lib. IV. Stratagematum de Demetrio, qui quod pecuniam non haberet, numerum militum duplicarat aiens. Φόρους οἴσουσιν ἄλλοι καὶ στεφάνους πέμψουσι τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν δεδιότες ἤδη. *Alii tributum pendent coronasque mittent, jam metuentes militum multitudinem.* Xenophon lib. II. Græcanicorum: Στεφάνους ἃς παρὰ τῶν πόλεων ἐλάμβανε δῶρα. *Coronas quas a civitatibus dono acceperat.* Idem.

24. *Devorata pecunia Utinachorum.*] Veteres aliquot libri, quos ego quidem inſpexi, habent *Achæorum*, pro *Utinachorum.* Urſin.

25. *Mitto diplomata.*] Litteras patentes, publico ſigillo munitas. Cicero in Epiſtolis: Diploma ſtatim non eſt datum; de litteris Cæſaris loquens, quibus Balbus reſtituebatur. verbum eſt Græcum duplicato compoſitum ſignificans, aut complicatum ut linteum, quod & πτύγμα dicitur. nondum tamen liquet, quid hoc loco Tullius reprehendat, niſi ſi fortè Piſonis avaritiam obiter notat, qui ea diplomata vendiderit, quæ gratis dare debuiſſet. *Abram.*

mitto rationem exacti imperatique frumenti: mitto ereptam libertatem populis ac ſingulis, qui erant affecti præmiis nominatim, quorum nihil eſt, quod non ſit lege Julia, [26] ne fieri liceat, ſancitum diligenter.

91 Ætoliam, quæ procul à barbaris disjuncta gentibus [27] in ſinu pacis poſita, medio ferè Græciæ gremio continetur, (ô pœna, ô furia ſociorum!) decedens, miſeram perdidiſti. [28] Arſinoën, [29] Stratum, Naupactum, ut modò tute indicaſti, nobiles urbes atque plenas fateris ab hoſtibus eſſe captas. quibus autem hoſtibus? nempe iis, quos tu Ambraciæ ſedens primo tuo adventu [30] ex oppidis Agrinarum atque Dolopum demigrare & aras & focos relinquere coëgiſti. Hoc tu in exitu, præclare imperator, cùm tibi ad priſtinas clades acceſſio fuiſſet Ætoliæ

26. *Ne fieri liceat, ſancitum diligenter.*] Libri veteres habent, *ut fieri poſſit ſanctum diligenter*, quos ſequimur: vulgati, *ne fieri liceat ſancitum diligenter:* quos tamen in hoc non damnamus: ſed antiquam ſcripturam potiorem ducimus: & olim ita excudi juſſeramus, ſi operæ nobis obtemperare voluiſſent. *Lamb.*

27. *In ſinu pacis.*] Ætolos tamen conſtat fuiſſe bellicoſos in paucis, & ad nova molienda aptiſſimos ex Polybio, Livio, Pauſania & aliis, & eam ob cauſam, ut teſtatur Pauſanias in Phocicis, Ætoliæ ſimulachrum erat γυναικὸς ἄγαλμα ὡπλισμένης, *mulieris armatæ ſimulachrum*, ſed ex quo in Romanorum ditionem penitus conceſſerant, penitus pacis erant ſtudiis aſſueti. *Abram.*

28. *Arſinoën.*] Ætoliæ oppidum, quod ante tradit Strabo fuiſſe Κόνωπα nuncupatum. *Idem.* In Erfurt. Pith. æque ut in Palatinis, *Arſinoan.* Sic apud Ovidium *Majan*, pro *Majam*, IV. Faſt.

Majan & Electram, Taygetamque Jovi.

Exempla hujus generis alia notavi ex vetuſto Memmiano codice in Suet. In membranis tamen Francii legitur, *Arſinoam*, ut in multis editionibus. *Gravius.*

29. *Arſinoën, Stratum, Naupactum.*] Et hoc eſt à Turnebo, Pall. tamen, *Arſinoan, Thracum, Naup.* Grut. Itaque quis non feras nimium ineptias rideat Palmerii Grentemesnilii hoc ſuum venditantis in Græcia pag. 390. *Gronov.*

30. *Ex oppidis Agrinarum.*] Quis non videt eſſe legendum *Agrianum?* qui & *Agræi* auctore Stephano vocantur. *Turnebus. Agria, Agræi, Agrianes, Agrienſes*, Ἀγριαι, Ἀγραῖοι, Ἀγριᾶνες, Ἀγριεῖς, *ſunt Pæoniæ gentis ſynonyma, apud Stephanum, qui inter Rhodopen & Æmum montes degunt.* Abram. Vide Stephanum in Ἀγρίαι, & quæ ibi notat Holſteinius. Dolopes ſunt Theſſaliæ populi, Pindo vicini, regio dicitur Dolopia. Virg. II. Æneid. VII.

Quis talia fando
Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles Ulyſſi
Temperet a lacrymis?

Vid. Stephani ἐθνικὰ, & ibi Thomam de Pinedo. *Grav.*

liæ repentinus interitus, exercitum dimiſiſti: neque ullam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluiſti ſubire, quàm numerum tuorum militum reliquiasque cognoſcere.

XXXVIII. Atque, ut duorum Epicureorum ſimilitudinem in re militari imperioque videatis: Albucius, cùm in Sardinia triumphaſſet, Romæ damnatus eſt. hic, cùm ſimilem exitum [c] ſpectaret, in Macedonia tropæa poſuit: eaque, quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes inſignia & monumenta eſſe voluerunt, noſter hic præpoſterus imperator, amiſſorum oppidorum, cæſarum legionum, provinciæ præſidio & reliquis militibus orbatæ, ad ſempiternum dedecus ſui generis & nominis, [d] funeſta indicia conſtituit: idemque, ut eſſet, quod [31] in baſi tropæorum incidi inſcribique poſſet, Dyrrhachium ut venit, decedens, obſeſſus eſt ab iis ipſis militibus, quos paullò antè Torquato reſpondit beneficii cauſâ ab ſe eſſe dimiſſos. quibus cùm juratus affirmaſſet, ſe, quæ deberentur, poſtero die perſoluturum, domum ſe abdidit: inde nocte intempeſta, [32] crepidatus, veſte ſervili, navem conſcendit Brundiſiumque vitavit, & ultimas [e] Hadriani maris oras petivit. 92

[c] exſpect. *Faërn.* P. B.

[d] funeſta *deeſt in aliis.*

[e] *MS.* Adriaci, *alii* Adriatici.

93 Cùm interim Dyrrhachii milites domum, in qua iſtum eſſe arbitrabantur, obſidere cœperunt, &, cùm latere hominem putarent, ignes circumdederunt. quo metu commoti Dyrrhachini, profugiſſe noctu crepidatum imperatorem indicaverunt. Illi autem ſtatuam, iſtius perſimi-

31. *In baſi tropaeorum incidi inſcribique.*] Tropæa ſuis inſcriptionibus decorabant. ſupra Euſtathius: *οἷς καὶ γράμματα ἐνεκόλαπτον. quibus & litteras inſculpebant.* Tacitus: *Congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo*, &c. Plutarchus: Γραφὴν ἔχον ὅτι τῆς οἰκουμένης ἐστίν. *Cum hac inſcriptione* DE ORBE UNIVERSO. Maro II. Æneidos:

Inductosque jubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces inimicaque nomina figi.

Claudianus 5. de Raptu:

Nullaque non magni jactat ſe nominis arbor.

Et alibi ſæpiſſime. propero. *Abram.*

32. *Crepidatus.*] More Græcorum ſoleatus, non Romanorum inſtituto, qui calceis uti conſuerant. Crepidæ probro objectæ. Perſius Sat. I.

Non hic qui in crepidis Grajorum ludere geſtit.

Reprehenſus eſt Scipio quod in Sicilia, *cum pallio crepidisque inambulare* diceretur. *Idem.*

milem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuaviſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. ſic odium, quod in ipſum attulerant, id in ejus imaginem ac ſimulacrum profuderunt.
94 Quæ cùm ita ſint, non dubito, quin, cùm hæc, quæ excellunt, me noſſe videas, non exiſtimes, mediam illam partem & turbam flagitiorum tuorum mihi eſſe inauditam. nihil eſt, quòd me hortere: nihil eſt, quòd invites. admoneri me ſatis eſt. 33 admonebit autem nemo alius, niſi reipublicæ tempus: quod mihi quidem magis videtur, quàm tu umquam arbitratus es, appropinquare.

XXXIX. (*d*) ECQUID vides, ecquid ſentis, lege judiciaria lata, quos poſthac judices ſimus habituri? 34 non æquè legetur quiſquis voluerit: nec, quiſquis noluerit,
P. C. non legetur. nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, 35 non iniquitas ad ſimula-

ASCONIUS.

(*d*) CIRCA VERS. A NOVISS. CXX. *Ecquid vides, ecquid ſentis, lege judiciaria lata quos poſthac judices ſimus habituri?* Legem judiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accuſatus eſt Verres à Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor: quâ communicata ſunt judicia ſenatui, & equitibus Romanis, & tribunis ærariis. rurſus deinde Pompejus in conſulatu ſecundo, quo hæc oratio dicta eſt, promulgavit, ut ampliſſimo ex cenſu, ex centuriis aliter quam antea, lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, res judicarent.

---

33. *Admonebit autem nemo alius, niſi reipublicæ tempus.*] Non eſt mihi opus alio monitore: ſatis enim me ipſum monebo ad intendendam tibi litem, cum id eſſe videro e republica, nunc autem video id reipublicæ nondum expedire: quia hæc accuſatio Cæſari, magnis pro republica bellis diſtricto, aliquid moleſtiæ & ſollicitudinis exhiberet. *Abram.*

34. *Non æque legetur quiſquis voluerit.*] Turnebus dicit ſibi videri, *non enim*, fore commodius. Sed nunc ſignificat, non promiſcue, ut vulgus loquitur, indifferenter. *Hotom.* Per expolitionem oratoriam judiciorum integritatem explanat. & a remotione incommodorum quæ Aurelius Cotta non præviderat. tulerat enim Cotta, ut judices ex Senatoribus, equitibus & Tribunis ærariis legerentur. at Pompejus fraudem legi fieri advertens tulit ut judices ex iis quidem ordinibus, ſed tamen ex cenſu legerentur. adeo ut nemo poſſet aut ſe eximere a judicio, nec per fraudem, aut gratiam ſe intrudere. *Abram.*

35. *Non iniquitas ad ſimulationem conjicietur.*] Sic & noſtri, niſi quod pr. *conicientur.* Faërnus conjecit *connitetur.* Lambinus, *ad ſimultatem connitetur,* Grut.

ationem conjicietur. Judices judicabunt ii, quos lex ipſa, non quos hominum libido delegerit. Quod cùm ita ſit, mihi crede, [36] neminem [f] invitus invitabis: res ipſa & reipublicæ tempus aut me ipſum, quod nolim, aut alium quempiam, aut invitabit, aut dehortabitur.

[f] *invitum Lamb. & alii.*

[37] Equidem, ut paullò antè dixi, non eadem ſupplicia eſſe in hominibus exiſtimo, quæ fortaſſe plerique, damnationes, expulſiones, neces: denique nullam mihi pœnam videtur habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod ſapienti, quod bono viro & civi poteſt. Damnatio iſta, quæ in te flagitatur, obtigit [38] P. Rutilio: quod ſpecimen habuit hæc civitas innocentiæ. major mihi judicum & reipublicæ pœna illa viſa eſt quàm Rutilii. (e) L. Opimius [39] ejectus è patria, is, qui præ-

ASCONIUS.

(e) CIRCA VERS. A NOVISS. LXXXX. *L. Opimius ejectus patriâ eſt, is, qui & prætor, & conſul maximis periculis rempublicam liberarat, non in eo, cui facta injuria eſt, ſed in eis, qui fecerunt, ſceleris & conſcientiæ pœna remanſit.*] Notum eſt, Opimium in prætura Fregellas cepiſſe: quo pacto viſus eſt ceteros quoque nominis Latini ſocios male animatos repreſſiſſe: eundemque in conſulatu Fulvium Flaccum conſularem & C. Gracchum tribunicium oppreſſiſſe: ob quam invidiam poſtea judicio circumventus eſt & in exilium actus.

---

36. *Neminem invitus invitabis.*] Invitas enim tu me quidem nunc ut tibi nomen deferam, ſed invitus: in poſterum vero, lege Pompeja lata, neminem, ut nunc facis, invitus invitabis: ipſa invitabit reſpublica. Ad hoc verbum, *invitus* pertinet illud, quod ſupra dictum eſt, *Trementibus omnino labris,* quod enim, ut ſibi Cicero nomen deferret, trementibus labris Piſo requirebat, id videlicet requirebat invitus. *P. Manut.*

37. *Equidem, ut paullo ante dixi, non eadem ſupplicia.*] Poſtquam oſtendit ſibi accuſationis materiam non deeſſe, cauſſam reddit cur nolit diem dicere: quia nimirum damnatio non eſt proprie ſupplicium, quæ poteſt etiam innocenti contingere. De hac re vero quæ dixerit vid. cap. 18. & 19. *Abram.*

38. *P. Rutilio: quod ſpecimen habuit &c.*] Multò hoc Latinius eſt quam ſi dixiſſet *P. Rutilio, quem ſpecimen habuit.* Integræ autem hujuſmodi locutiones fient, ſi præponas relativum aliud cum verbo ſubſtantivo & eo nomine, quod in poſteriori membro ponitur, hoc modo: *P. Rutilio, qui eſt ſpecimen, quod ſpecimen habuit hæc noſtra civitas &c.* Ita Pompejus in epiſtóla, quæ legitur Lib. VIII. ad Attic. *Non amplius quatuordecim cohortes contrahere potui, quòd Brundiſium præſidium miſi,* pro *quæ ſunt præſidium, quod &c.* Livius etiam hujus elegantiæ ſtudioſus, ut ad Librum XXXII. c. 4. docet ὁ πάνυ Gronovius. *Verburg.*

39. *Ejectus eſt a patria.*] Melius in uno exemplari habebatur, e pa-

prætor & conſul, maximis rempublicam periculis liberarat. non in eo, cui facta eſt injuria, ſed in iis, qui fecerunt, ſceleris ac conſcientiæ pœna g permanſit. At contra 40 bis Catilina abſolutus: emiſſus etiam ille auctor tuus provinciæ, cùm ſtuprum Bonæ deæ pulvinaribus intuliſſet. Quis fuit in tanta civitate, qui illum inceſto liberatum, non eos, qui ita judicarunt, 41 pari ſcelere h adſtrictos arbitraretur?

g remanſit *alii*.

h *ita MSS. alii* obſtrictos.

96 XL. An ego exſpectem, 42 dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ i diribeantur, de quo jampridem omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum, judicaverunt? 43 quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi ſalutatione dignum putet? omnes memoriam conſulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à republica deteſtantur. 44 legati, qui unà fuere, alienati: tribuni militum inimici? centuriones & ſi qui ex tanto exercitu reliqui milites exſiſtunt, non dimiſſi abs te, ſed diſſipati, te oderunt, tibi peſtem exoptant, te exſecrantur. Achaja exhauſta: Theſſalia vexata: k laceratæ Athenæ: Dyrrhachium & Apollonia exinanita: Ambracia direpta: 45 Parthini & Bullienſes illuſi: Epirus,

i diripiantur *MSS*.

P. B.

k lacerati *MS*.

patria. Faërnus. Cur omiſit Gruterus, & qui poſt ejus editionem ſecuti ſunt, invitis omnibus libris, tam editis, quam ſcriptis τὸ *eſt*? Grævius.

40. *Bis Catilina abſolutus.*] De inceſtu, & de repetundis. Cicero ad Attic. lib. I. *Bis abſolutum eſſe Lentulum, bis Catilinam.* Et in hac oratione in ea de Haruſp. reſp. in ea pro Cornelio, ibique Aſconius. *P. Manut.*

41. *Pari ſcelere adſtrictos.*] Quos P. Clodius matronarum & puerorum perductione corruperat, & eodem inceſtûs ſcelere obligarat. *Abram.* Mirum cur tamen *adſtrictus* retinuerit Gruterus, & omnes, qui poſt ejus editionem expreſſerunt. Sed *obſtrictus* eſt etiam in Pithœi & Francii codicibus. *Grav.*

42. *Dum te quinque & ſeptuaginta tabellæ diribeantur.*] Ita emendavit Ant. Auguſtinus, cum in vulgatis antea *diripiantur* legeretur: neque vero admodum abſimile eſt *dirimantur*: dirimuntur enim, quæ prius confuſa erant. præter ſuffragia autem non memini eſſe in uſu *diriberi*, ut *dirimi*. Urſin.

43. *Quis enim te aditu.*] Hæc apud Tullium vulgata ſunt. locum indicare ſuffecerit. in Vatinium cap. I. item cap. 15. & 16. hac ipſa oratione cap. 26. *Abram.*

44. *Legati.*] Quorum optimus quiſque eſt a te violatus cap. 36. ut Luc. Valerius Flaccus & Q. Martius, quorum neuter obviam redeunti tibi progreſſus eſt cap. 23. *Idem.*

45. *Parthini & Bullienſes.*] Videtur ſcribendum *Bullidenſes*, ut eſt in

rus exciſa: Locri, Phocii, Bœotii, exuſti: Acarnania, [46] Amphilochia, [47] Perrhæbia [48] Athamanumque gens, vendita: Macedonia condonata barbaris: Ætolia amiſſa: Dolopes [49] finitimique montani oppidis atque agris exterminati: cives Romani, qui in iis locis negotiantur, te unum, ſolum, ſuum depeculatorem, vexatorem, prædonem, hoſtem, veniſſe ſenſerunt.

Ad horum omnium judicia tot atque tanta domeſti- 97
cum judicium acceſſit ſententiæ damnationis tuæ: occultus adventus, furtivum iter per Italiam, introitus in urbem deſertus ab amicis, nullæ ad ſenatum è provincia litteræ, [l] nulla ex trinis æſtivis gratulatio, nulla triumphi mentio: non modo quid geſſeris, ſed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte & ſeminario triumphorum, cùm arida folia [m] laureæ retuliſſes, cùm ea abjecta ad portam reliquiſti, [50] tum tu ipſe de te FECIS-

[l] nulla trinis *alii.*

[m] laurea *MSS.*

SE

in antiquis libris, quorum ſcripturam confirmat locus in III. Commentariorum Cæſaris. *Urſin.*

46. *Amphilochia.*] Urbs Ætoliæ Straboni, Livio & Stephano. Argos Amphilochium Ptolemæo. *Abram.*

47. *Perrhabia.*] Perrhæbi Macedoniæ populi apud Livium & Strabonem. Ætoliæ apud Plinium. Theſſaliæ apud Stephanum. quæ ſententiarum diverſitas me adducit, ut credam eos fuiſſe in harum regionum confiniis. *Idem.*

48. *Athamanum.*] Athamania regio Illyriæ Stephano, Theſſaliæ Plutarcho, Ætoliæ Plinio. *Idem.*

49. *Finitimique montani.*] Agrianes, qui inter Rhodopen & Æmum montes habitabant, quos ex oppidis ſuis *demigrare, & aras & focos relinquere coëgiſti.* Idem.

50. *Tum tu ipſe de te ſententiam tuliſſe videris, tum judicium pronuntiaviſti.*] In omnibus libris noſtris ita eſt: *tum, tu ipſe de te feciſſe videris pronuntiaſti.* Recta lectio, ſi ex *videris* ultimam litteram detrahas. ut ſit, *tum tu ipſe de te, feciſſe videri, pronuntiaſti.* quod ut intelligatur ſcire debemus, in judiciis capitalibus, in quibus de facto quæſtio erat, Prætore cum conſilio cognoſcente, hunc morem fuiſſe damnatoriæ ſententiæ, ut pronuntiaretur, reum *feciſſe videri. Feciſſe videri*, formula, id eſt, reum videri admiſiſſe illud crimen cujus fuerat accuſatus. Dicit ergo Cicero ad Piſonem, cum abjeciſti lauream extra portam, non auſus in urbem eam deferre, conſcientiâ malæ adminiſtrationis tuæ, tum tu ipſe de te capitalem ſententiam pronuntiaſti, id quod ſupra dixit, *domeſticum judicium ſententiæ damnationis tuæ.* Cum hæc commentati eſſemus, oſtendit nobis Latinus Viterbienſis librum ſuum, in quo ſcriptum eſt, *tum tu ipſe de te feciſſe videri pronuntiaviſti.* Supradicti autem moris damnatoriæ ſententiæ publicandæ auctor Cicero libro ſecundo Academicorum. *Faërnus.* Sententiam tuliſſe.]

TUM

SE VIDERI, pronuntiaviſti. qui ſi nihil geſſeras dignum honore, ubi exercitus? ubi ſumptus? ubi imperium? ubi illa uberrima ſupplicationibus triumphiſque provincia? ſin autem aliquid ſperare volueras, ⁿ ſi cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati faſces, quod illa tropæa, plena dedecoris & riſûs, te commentatum eſſe declarant: quis te miſerior, quis te damnatior, qui neque ſcribere ad ſenatum, à te bene rempublicam eſſe geſtam, neque præſens dicere auſus es?

n ſi *deeſt in MS.*

98 XLI. AN TU MIHI, cui ſemper ita perſuaſum fuerit, non eventis ſed factis, cujuſque fortunam ponderari; ᵒ dicere audes, neque in tabellis paucorum judicum, ſed in ſententiis omnium civium, famam noſtram fortunamque pendere? te indemnatum videri putas, quem ſocii, quem fœderati, quem liberi populi, quem ſtipendiarii, quem negotiatores, quem publicani, quem univerſa civitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui ᵖ morbum effugerunt, omni cruciatu digniſſimum putant? cui non apud ſenatum, non apud ᵠ ullum ordinem, non apud equites Romanos, non in urbe, non in Italia, maximorum ſcelerum venia ulla ad ignoſcendum dari poſſit? [53] qui ſe ipſum oderit, qui metuat omnes, qui ſuam cauſam nemini committere audeat, [54] qui ſeipſum condemnet?

o dic. audes *delent Manut. & Lamb.*

P. CI.

p *ita MSS. alii* mortem.

q illum *alii.*

99 Numquam ego ſanguinem ʳ expetivi tuum: numquam illud extremum, quod poſſet eſſe improbis & probis com-

r expectavi *MS.*

Turnebus ait ſe in manuſcripto ita legiſſe: *Tum tu ipſe de te, Feciſſe videri, pronuntiaſti.* quod mihi mirandum in modum adridet, alioquin ſenſus hic nullus eſt. *Hotom. Ipſe de te, feciſſe VIDERI pronuntiaviſti.*] Sic libri Faërni, neque divertit Pal. pr. nam ſic. *te videri provincia feciſſe juſti.* vulgò *ipſe de te ſententiam tuliſſe videris, tum judicium pronunciaſti.* editio prima, *ipſe de te feciſſe videris judicium pronuntiaſſe.* Gruter.

53. *Qui ſeipſum oderit.*] Malæ conſcientiæ hoc indicium. Tiberius: *Poſtremo ſemetipſe pertæſus tali epiſtola principio tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt. Quid faciam vobis, P. C. aut quemodo ſcribam! aut quid omnino non ſcribam hoc tempore? Dii me Deaque pejus perdant, quam quotidie perire ſentio ſi ſcio.* Suetonius in Tiberio cap. 67. quæ ad verbum a Tacito referuntur in Annalibus. Et merito. nam, ut ait Ariſtoteles cap. 14. libri IX. Ethicorum: ςασιάζει τῶν φαύλων ψυχή. *anima ſceleratorum a ſe ipſa diſſidet.* Abram.

54. *Qui ſe ipſe condemnet.*] Sic reſcripſi ex Erfurtenſi. In vulgatis eſt *ſe ipſum.* Sed alterum magis amat Cicero, ut ſæpius jam ad eum notavimus. *Gravius.*

55. Cir-

mmune, ſupplicium legis ac judicii, ſed abjectum, ntemptum, deſpectum à ceteris, à te ipſo deſperatum relictum: [5] circumſpectantem omnia: quidquid inpuiſſet, pertimeſcentem: diffidentem tuis rebus: ſine ce, ſine libertate, ſine auctoritate, ſine ulla ſpecie nſulari: horrentem, trementem, [6] adulantem omnes, lere te volui: vidi. Quare, ſi tibi evenerit, quod mes, ne accidat: equidem non moleſtè feram. ſin id tardius te fiet, fruar tamen tua indignitate; nec minus libenmetuentem videbo, ne reus fias, quàm reum: nec nus lætabor cùm te ſemper ſordidum quàm ſi paul-er ſordidatum [f] viderem.

[f] viderim. *Gul.*

5. *Circumſpectantem omnia.*] Illud eſt timoris indicium. Cneon pavens ſic ab Heliodoro deſcribitur II. Æthiop. Καὶ θαμὰ ἐς τὰ κατόπιν ἐπίστρεφε, καὶ περιεσκόπει τ̓ οὐδαμοῦ διώκοντα. *Et quenter convertebat ſeſe, & circumſpectabat a tergo eum qui nuſquam quebatur.* Sic Polynices in Phœniſſis ab Euripide circumſpens inducitur:

Ὃ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω
Λαβόντες οὐ μεθῶσιν ἀναίμακτον χρόα.
Ὅθεν ἔνεκ' ὄμμα πανταχῇ διοιστέον
Κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο μὴ δόλος τις ᾖ.
Horrore quatior, ne quis implicitum plagis
Non me remittat ante quam largus cruor
Inundet, ideoque huc & huc oculos fero
Partes in omnes, ne quis innectat dolum.

ram.

6. *Adulantem omnibus.*] Omnes libri, *adulantem omnis.* itaque ic locum citat Cornel. Fronto, aſſerens Ciceronem hic accudi caſu uſum eſſe. *Faërn.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS PRO M. SCAURO, ORATIO QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

M. Scaurus, M. Scauri filius, qui princeps ſenatûs fuit, vitricum habuit Sullam: quo victore & munifico in ſocios victoria, ita abſtinens fuit, ut nihil neque donari ſibi voluerit, neque ab haſta emerit. Ædilitatem ſumma magnificentia geſſit, adeo ut in ejus impenſas opes ſuas abſumpſerit, magnumque æs alienum contraxerit. Ex prætura provinciam Sardiniam obtinuit: in qua neque ſatis abſtinenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt & valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, cum cetera induſtria nequaquam eſſet par. Oraverat tamen aliquando inter patronos cauſarum: ſed poſtquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone, isque erat abſolutus a. d. III. nonas Quint. inde cum ad conſulatûs petitionem a. d. III. Kal. Quint. Romam rediſſet, querentibus de eo Sardis, à P. Valerio Triario, adoleſcente parato ad dicendum, & nota induſtria, filio ejus, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat, & poſt in Aſia Pontoque legatus L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret, poſtulatus apud M. Catonem prætorem repetundarum, ut in actis ſcriptum eſt, poſtridie nonas Quint. poſt diem tertium, quam Cato erat abſolutus. Subſcripſerunt Triario in Scaurum L. Marius L. F. M. & Q. Pacuvii fratres, cognomine Claudi, qui inquiſitionem in Sardiniam itemque in Corſicam inſulas dies tricenos acceperunt, neque profecti ſunt ad inquirendum. cujus rei hanc cauſam reddebant, quòd interea comitia conſularia futura erant: timere ergo ſe, ne Scaurus eâ pecuniâ, quam ab ſociis abſtuliſſet, emeret conſulatum, & ſicut pater ejus feciſſet, ante quam de eo judicari poſſet, magiſtratum iniret, ac rurſus ante alias provincias ſpoliaret, quam rationem prioris adminiſtrationis redderet. Scaurus ſummam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn. Pompeji Magni reponebat. habebat enim filium liberorum Cn. Pompeji fratrem. nam Tertiam Scævolæ filiam, dimiſſam à Pompejo, in matrimonium duxerat. M. Catonem autem, qui id judicium, ut diximus, exercebat, metuebat admodum propter amicitiam, quæ erat illi cum Triario. nam Flaminia, Triarii mater, & ipſe Triarius ſororem Catonis Serviliam, quæ mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat. ea porro ad Catonem maternam obtinebat auctoritatem, ſed in eo judicio neque Pompejus propenſum adjutorium præbuit, (videbatur enim apud animum ejus non minus offenſionis contraxiſſe, quod judicium ejus in Muciam, crimine im-

itia ab eo dimiſſam, levius feciſſe exiſtimaretur, cum eam ipſe ', quam gratia acquiſiſſe neceſſitudinis jure, quod ex eadem u- iberos haberet) neque Cato ab æquitate ea, qua & vitam ejus, iſtratum illum decebat, unquam deflexit. Poſt diem autem n, quàm poſtulatus erat Scaurus, Fauſtus Sulla tum quæſtor, ulla Felicis, frater ex eadem matre Scauri, ſervus ejus vulne- roſiluit ex lecticis, & queſtus eſt pro interempto eſſe competitoribus , & ambulare cum trecentis armatis, ſeque, ſi neceſſe eſſet, vim lſurum. Defenderunt Scaurum ſex patroni, cum ad id tempus uiſquam pluribus quàm quatuor uteretur: at poſt bella civilia, em Juliam, ad duodenos patronos eſt perventum. fuerunt autem P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, ſala Niger, Q. Hortenſius. ipſe quoque Scaurus dixit pro ſe, ac ere judices movit & ſqualore, & lacrymis, & ædilitatis effuſa a, ac favore populari, ac præcipue paterna auctoritatis recorda- Aſconius. [Habita A. V. C. DCXCIX.]

CIRCA VERS. A PRIMO XL.

enumeraret judicia, quæ pater Scaurus expertus eſt.

Subit etiam populi judicium inquirente Cn. Domitio tribuno pl. (*a*).

IBIDEM.

Reus eſt factus à Q. Servilio Cæpione lege Servilia, cum judicia penes equeſtrem ordi- ſſent, & P. Rutilio damnato nemo tam innocens tur, ut non timeret illa (*b*).

IBI-

ASCONIUS.

c quoque orationem eiſdem conſulibus dixit, quibus pro itinio, L. Domitio Ænobarbo & Appio Claudio Pulchro ſſ. Summus judicii dies fuit a. d. IIII. nonas Septembris.

Cn. Domitius, qui conſul fuit cùm Caſſio, cum eſſet tri- pl. iratus Scauro, quòd eum in Augurum collegium non verat, diem ei dixit ad populum, & mulctam irrogavit, jus opera ſacra multa populi Romani deminuta eſſe dice- mini dabat, ſacra publica populi Romani deûm penatium, avinii fierent, operâ ejus minus recte caſtéque fieri. quo : abſolutus eſt Scaurus quidem, ſed ita, ut à tribus tribu- nnaretur, à XXXII. abſolveretur, & in eis pauca puncta amnationem & abſolutionem intereſſent.

Q. Servilius Cæpio Scaurum, ob legationis Aſiaticæ invi- c adverſus leges pecuniarum captarum, reum fecit repe- um lege, quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tantâ fuit itiâ & animi magnitudine, ut Cæpionem contra reum it, & breviore die inquiſitionis accepta effecerit, ut ille uſam diceret, M. quoque Druſum tribunum pl. cohorta- ut judicia commutaret.

(*c*) Ita-

IBIDEM.

Ab eodem etiam lege Varia cuſtos ille reipublic ditionis eſt in crimen vocatus; [1] vexatus à Q. Va buno plebis eſt non multo ante (*c*).

Dicit iterum de patre M. Scauri.

Non enim tantum admiratus ſum ego illum virui ut omnes, ſed etiam præcipue dilexi. primus enii flagrantem ſtudio laudis, in ſpem impulit, poſſe vi ſine præſidio fortunæ, quò contendiſſet, labore & ſtantiâ pervenire (*d*).

Si, me hercule, judices, pro [2] L. Tubulo dic

ASCONIUS.

(*c*) Italico bello exorto, cum ob ſociis negatam civitat bilitas in invidia eſſet, Q. Varius tribunus pl. legem t quæreretur de iis, quorum operâ conſiliove ſocii contra p Romanum arma ſumpſiſſent. tum Q. Cæpio, vetus ii Scauri, ſperans inveniſſe ſe occaſionem opprimendi ejus, Q. Varius tribunus pl. belli concitati crimine adeſſe apud rum juberet anno LXXII. ille per viatorem arceſſitus, c ex morbo male ſolveretur, diſſuadentibus amicis, ne ſe valetudine & ætate invidiæ populi objiceret, innixus nobi juvenibus proceſſit in forum: deinde, accepto reſponde co, dixit: Q. Varius Hiſpanus M. Scaurum, principem ſ ſocios in arma ait concitaſſe; M. Scaurus, princeps ſena gat: teſtis nemo eſt: utri, vos Quirites, convenit crede voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipſo etiam dimitteretur.

(*d*) Poſſit aliquis quærere, cur hoc dixerit Cicero, cur rus patricius fuerit: quæ generis claritas etiam inertes h ad ſummos honores provexit. verum Scaurus ita fuit pa ut tribus ſupra eum ætatibus jacuerit domûs ejus fortun neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut puto, tenues opes, & nullam vitæ induſtriam, honores adep Itaque Scauro æque ac novo homini laborandum fuit.

1. *VExatus à Q. Vario trib. pl. eſt non multo ante.*] Sic ipſo Aſconio: quanquam illud, *non multo ante*, dum an non ad Aſconii potius commentarium pertineat. *vexatus à Q. Vario trib. pl. eſt* ſit Ciceronis. Illud autem, *n ante Italico bello exorto* ſit Aſconii. Sæpe enim in Aſconi diſcerni Aſconii verba à verbis Ciceronis liquet, non ex tum orationibus, quarum fragmenta tantummodo reti ſed ex iis etiam, quæ integræ ſuperſunt. Ego unum int cum recitabo. is eſt in III. Verr. ſic: *Ad nobilitatem (H ſuos. Totum hoc per ironiam dicitur.* Cum tamen ita diſting eſſet, *Ad nobilitatem, hoc eſt ad ſuos*) *Totum hoc per ironiam* Illa enim Ciceronis verba ſunt, hæc Aſconii. *Patricius.*

2. *L. Tubulo.*] Hunc *Tubulum* inter ſacrilegos & impi

quem unum ex omni memoria ſceleratiſſimum & audaciſſimum fuiſſe accepimus, tamen non timerem, venenum hoſpiti, aut convivæ, ſi diceretur, cenanti ab illo datum, cui neque heres neque iratus fuiſſet (e).

CIRCA TERTIAM PARTEM.

A PRIMO.

Sic, inquam, ſe, judices, res habet, neque hoc à me novum diſputatur, ſed quæſitum ab aliis eſt. 3 Illa audivimus, hoc vero meminimus, ac pæne vidimus, ejuſdem ſtirpis & nominis P. Craſſum, ne in manus incideret inimicorum, ſe ipſum interemiſſe (f).

STATIM.

Ac neque illius Craſſi factum ſuperioris, iiſdem honoribus uſus, qui fortiſſimus in bellis fuiſſet, M'. Aquillius potuit imitari (g).

PAU-

ASCONIUS.

(e) L. hic Tubulus prætorius fuit ætate patrum Ciceronis. is propter multa flagitia, cum de exilio accerſitus eſſet, ne in carcere necaretur, venenum bibit.

(f) Hic Craſſus fuit pater Craſſi ejus, qui æmulus potentiæ Cn. Pompeji fuit. periit autem in dominatione L. Cinnæ, cum ille & alios principes optimatum, & collegam ſuum Cn. Octavium occidit.

(g) Hæc verba, quibus Cicero nunc utitur, *AC NEQUE*, eam videntur habere naturam, ut ſemel poni non ſoleant: quia *NEQUE* eſt conjunctio disjunctiva, & ſemper poſtulat ut rurſus inferatur. ut cum dicimus, *Neque hoc, neque illud.* quo autem caſu acciderit, quave ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita uſus ſit, præſertim cum adjecerit illam appoſitionem, & nomen intulerit poſtea alterum, neque perſpicere potui, & attendendum eſſe valde puto. moveor enim merito viri auctoritate; neque ignoro, aliquando hoc verbum *neque* vel ſemel poni, ut in eadem hac oratione ante ipſe CICERO poſuit: *Sic, inquam, ſe, judices, res habet, neque hoc à me novum diſputatur, ſed quæſitum ab aliis eſt.* Sed hoc loco & ſine præpoſitione illius verbi videmus eſſe poſitum, & tamen poſt ſecundum aliquid inferri. nam cum dixit, *Neque hoc à me novum diſputatur*, infert, *Sed quæſitum ab aliis eſt.*

---

ro numerat lib. I. de Natura Deor. *Quid de ſacrilegis*, inquit, *quid de impiis pernicioſiſque dicemus?*

Tubulus ſi Lucius unquam,
Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filius,

ut ait Lucilius, putaſſet eſſe deos, tam perjurus, aut tam impius fuiſſet? Unde & lib. V. Finium: *Cui Tubulli nomen odio non eſt?* Patricius.

3. *Illa audivimus, hoc vero meminimus.*] Hæc exempla ſunt eorum,

 rum,

PAULO POST.

Quid vero? alterum Craſſum temporibus eiſdem, num aut clariſſimi viri Julii, aut ſummo ingenio præditus M. Antonius potuit imitari (*h*)?

CIRCA MEDIUM,

4 Neque vero hæc ipſa quotidiana res Appium Claudium, illa humanitate & ſapientia præditum, per ſe ipſa moviſſet, niſi hunc Claudii fratris ſui competitorem fore putaſſet: qui ſive patricius, ſive plebejus eſſet, (nondum enim certum conſtitutum erat) cum illo ſibi contentionem fore putabat (*i*).

POST

ASCONIUS.

(*h*) Hic alter Craſſus idem eſt de quo ſupra diximus. *alterum* autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Craſſi, qui fuit pontifex maximus, & bello Ariſtonici in Aſia dedit operam ut occideretur. *Julios* autem cum dicit, duos Cæſares, fratres Cajum & Lucium, ſignificat: ex quibus Lucius & prætor & conſul fuit. Cajus ædilicius quidem occiſus eſt, ſed tantum in civitate potuit, ut cauſa belli civilis contentio ejus cum Sulpitio tribuno fuerit. nam & ſperabat, & id agebat Cæſar, ut omiſſâ præturâ conſul fieret: cui cum primis temporibus jure Sulpitius reſiſteret, poſtea nimia contentione ad ferrum & ad arma proceſſit. idem inter primos temporis ſui oratores & tragicus poëta admodum habitus eſt. hujus ſunt enim tragœdiæ, quæ inſcribuntur *Julii.* Et hi autem Julii, & Antonius, ab ſatellitibus Marii ſunt occiſi, cum Craſſus, ut ſupra diximus, eundem caſum ſua manu præveniſſet.

(*i*) Fuerunt enim duæ familiæ Claudiæ: earum, quæ Marcellorum appellata eſt, plebeja: quæ Pulchrorum, patricia. ſed hoc loco urbanè Cicero luſit in Claudium, cum quo in gratiam non redierat. nam quia is P. Clodii erat frater, qui ex patricia in plebejam familiam tranſierat, per ſummam infamiam ſe quoque dubitare adhuc dixit.

---

rum, qui ſibi in bello manus attulerunt, ut P. Craſſi, qui in bello Ariſtonici in Aſia captus, cum barbarum, à quo captus erat, ut ſe interficeret provocavit, aut alterius P. Craſſi, qui in dominatione L. Cinnæ, ne in manus inimicorum incideret, ſibi mortem conſcivit. Quos tamen neque M. Aquillius, neque Julii duo, neque M. Antonius potuerant imitari. Hoc eſt autem, quod ſcribit Quinctilianus lib. IV. c. 1. Ciceronem pro Scauro, repetundarum reo, uſum eſſe exemplis. *Sigonius.*

4. *Neque vero hac ipſa quotidiana res Ap. Claudium.*] Significat *Ap. Claudium Pulchrum* tum, cum loquebatur, conſulem, P. Clodii fratrem, de quo dubitat, patricius ne, an plebejus ſit, quia, cum eſſet patricius, in plebejam familiam Fontejam ſe adoptaverat. innuit autem Ap. Claudium egiſſe, ut Scaurus accuſaretur, ne cum Clodio fratre contenderet. *Idem.*

5. Hat

POST DUAS PARTES ORATIONIS.

Dicit de Scauro, quem defendit.

Nam cùm ex multis unus ei reſtaret Dolabella, paternus inimicus, qui cum Q. Cæpione, propinquo ſuo, contra Scaurum, patrem ſuum, obſignaverat ſtateras, eas ſibi inimicitias non ſuſceptas, ſed relatas &c. (*k*)

POST TRES PARTES.

Quo loco defendit quod tam magnificam domum Scaurus haberet.

Præſertim cum propinquitas & celebritas loci ſuſpicionem deſidiæ tollat aut cupiditatis (*l*).

SEQUITUR.

[5] Hæc cum tu effugere non potuiſſes, contendes tamen & poſtulabis, ut M. Æmilius cum ſua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, ſordidiſſimæ, leviſſimæ, vaniſſimæ genti, ac, prope dicam, [6] pellitis teſtibus condonetur (*m*).

VERS.

ASCONIUS.

(*k*) Ne forte erretis, & eundem hunc Cn. Dolabellam putetis eſſe, in quem C. Cæſaris orationes legitis, ſcire vos oportet, duos eodem tempore fuiſſe, & prænomine, & nomine, & cognomine, Dolabellas. Horum igitur alterum Cæſar accuſavit, nec damnavit, alterum M. Scaurus accuſavit & damnavit.

(*l*) Demonſtraſſe vobis memini me, hanc domum in ea parte Palatii eſſe, quæ, cum ab ſacra via deſcenderis, & per proximum vicum, qui eſt ab ſiniſtra parte, prodieris, poſita eſt. poſſidet eam nunc Longus Cæcina, qui conſul fuit cum Claudio. in hujus domûs atrio fuerunt quatuor columnæ marmoreæ inſigni magnitudine, quæ nunc eſſe in regia theatri Marcelli dicuntur: uſus erat iis ædilis, ut ipſe quoque ſignificat, in ornatu theatri, quod ad tempus perquam ampla magnitudine magnum fecerat.

(*m*) Avum nunc Scauri maternum ſignificat L. Metellum, pontificem max. quem poſtea quoque nominat: nam paternus avus proavusque Scauri humiles atque obſcuri fuerunt.

---

5. *Hæc cum tu effugere non potuiſſes.*] Significat Triarium, in ſuſpicionem criminis delapſum, tam vehementer Scaurum accuſare non debuiſſe. domum autem Triario videtur Cicero inter alia objeciſſe, cùm dixit: *Domus tibi deerat, at habebas.* Sigonius.

6. *Pellitis teſtibus condonetur.*] *Pelliti* dicuntur ferarum pellibus amicti. Tunicas enim ex pelle olim extitiſſe, demonſtrat Julius Pollux lib. VII. cap. 14. Hicque adeo ejusmodi habitus priſcorum quondam paſſim fuiſſe videtur hominum illorum, quos Ennius Caſcos, vocabulo Sabinæ, ut ſentit Varro, originis, appellat: quorum cum ſimplex in univerſum ipſa vita eſſet, ſimplex etiam & parabilis tam cibus, quam veſtitus, extiterit ne-

ceſſe eſt. Equidem de *pelliceis* eorum *veſtibus* ſcriptores tum ſacri, tum prophani atteſtantur. Profani quidem, ut Lucretius, qui libro quinto, de priſcis hominibus loquens, cum paulo ante dixiſſet:

Nec dum res igni ſcibant tractare, neque uti
Pellibus.

Statim infert:

Inde caſas poſtquam ac pelles, ignemque pararunt.

Ejusque rei rationem poſtea aliquanto exponit, inquiens:

Frigus enim nudos ſine pellibus excruciabat.

Et concludit:

Tunc igitur pelles, nunc aurum & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.
Pellis enim cecidit veſtis contempta ferina.
Quam reor invidiâ tali tunc eſſe repertam,
Ut letum, inſidiis qui geſſit, primus obiret,
Et tamen inter eos diſtractam ſanguine multo
Diſperiiſſe, neque inſtructam convertere quiſſe.

Sic Lucretius: Idem Propertius, nota illa de Antiquitate Romæ elegia, ſignificat, inquiens:

Pellitos habuit ruſtica turba patres.

Et idem Feſtus quoque lib. IX. his fere verbis: *Pellibus*, inquit, *antiqui induebantur, ob id & nova nupta in pelle lanata ſolet conſidere.* Et libro item XIV. *Hercules ob id quoque*, inquit, *pellem habere fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur.* Ex ſacris autem ſcriptoribus, qui id affirment, unus nobis inſtar erit omnium, Moſes, qui in libro originum ſuarum, Deum primis illis, a ſe primum factis ac formatis, hominibus tunicas pelliceas feciſſe, iisque eos induiſſe ſcribit. Unde poſtea factum eſt, ut quemadmodum quæque natio priſcis illis adhuc hominibus ruditate ac ſimplicitate erat ſimillima, ita, victum cultumque eorum imitata, pellibus quoque pro indumentis uteretur. Equidem Tacitus quoque, in libello de populis & ritibus Germaniæ, veſtitum ejusmodi Germanis attribuit, quod ipſum Cæſar quoque lib. VI. de bello Gallico ſcriptum reliquit, qui eos parvis rhenonum tegmentis uſos fuiſſe ſcribit. Itemque Sauromatis veſtitum ejusmodi attribuit lex XXV. *D. Auro & Argento legato.* Item Scythis Juſtinus lib. II. Item Getulis Varro lib. II. de Re Ruſtic. cap. ultimo. & omnino Septentrionalibus omnibus Virgilius lib. III. Georg. ultra medium:

Hyperboreo ſeptem ſubjecta Trioni
Gens effrana virûm vicino tunditur Euro,
Et pecudum fulvis velantur corpora ſetis.

Et Ovidius ipſe ſæpe, dum ſuos *Getas* modo *pellitos*, modo *hirſutos* vocat. Poſtmodum hic habitus ruſticis tantum & lugentibus, & omnino tenuioris fortunæ hominibus, erat relictus. De ruſticis teſtatur Homerus lib. XIV. Odyſſ. non uno in loco, & Propertius in dicta elegia:

Verbera pellitus ſetoſa movebat arator.

De *lugentibus*, tradit Feſtus eodem illo libro XIV. qui diebus luctûs lugentes omnes in pellibus eſſe conſueviſſe ſcribit. De *gentibus* autem, ex illo Q. Ælii Tuberonis facto cognoſci poteſt, qui

Vers. a novissimo clx.

7 Undique mihi ſuppeditat, quod pro M. Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. curia illa de graviſſimo principatu patris fortiſſimoque teſtatur. L. ipſe Metellus, avus hujus, ſanctiſſimos deos illo conſtituiſſe in templo videtur, in veſtro conſpectu, judices, ut ſalutem à vobis nepotis ſui deprecarentur (*n*).

M. Tul-

ASCONIUS.

(*n*) Caſtoris & Pollucis templum Metellus, quem nominat, refecit.

Laudaverunt Scaurum conſulares novem, L. Piſo, L. Volcatius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortenſius, P. Servilius Iſauricus pater, Cn. Pompejus Magnus. Horum magna pars per tabulas laudaverant, quia aberant; inter quos Pompejus quoque: nam quòd erat pro conſule, extra urbem morabatur. unus præterea adoleſcens laudavit frater ejus Fauſtus Cornelius, Sullæ filius. is, in laudatione multa humiliter & cum lacrymis locutus, non minus audientes permovit, quam Scaurus ipſe permoverat. ad genua judicum, cum ſententiæ ferrentur, bifariam ſe diviſerunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipſe & M. Glabrio, ſororis filius, & Paulus, & P. Lentulus, Lentuli Nigri flaminis filius, & L. Æmilius Buca filius, & C. Memmius, Fauſtâ natus, ſupplicaverunt: ex altera parte Sulla, Fauſtus, frater Scauri, & C. Apronius Limo, cui Fauſta ante paucos

---

qui in epulo, quod tum Q. Maximus dabat Africani patrui nomine, *lectulos Punicanos, pellibus hædinis ſtravit*, & pro argenteis vaſis *Samia* expoſuit: quaſi videlicet paupertatem ſuam repræſentare vellet; de quo, præter ceteros, ſcribit Valerius lib. vii. cap. 5. & Cicero pro Murena. Ex quibus quidem ad eum modum expoſitis rebus, *pelliti* ſane hoc loco dici viderentur, pro rudibus quibuscumque & egentibus ac barbaris hominibus: niſi quod ego de *Sardis* ipſis proprie dictum fuiſſe exiſtimo, quos *pellitos* appellat, propter maſtrucam, peculiarem ipſorum veſtem, quæ ex pellibus ferarum conficiebatur, ut adnotat Iſidorus. Ergo *pellitis teſtibus Sardis ipſis* teſtibus intelligo. quos alioqui, cum de bello loquitur, *maſtrucatos latrunculos* vocat, in ea de Provinciis Conſularibus. Lego autem quoque pro condonetur, condemnetur. Quidam *pellitos* hoc loco *frigidos*, *& ſubornatos* intelligunt. Externorum ſane hominum teſtimonium, & jurisjurandi religione, & orationis ac ſermonis auctoritate, ſuorum hominum teſtimonio, longe poſthabuiſſe Romanos, indicant cùm alia, tum ipſa etiam Ciceronis oratio pro M. Fontejo. *Patricius.*

7. *Undique mihi ſuppeditat.*] Hæc ex peroratione, aut certe ex ultima argumentatione ſumpta eſt. *Sigon.*

ASCONIUS.

eos menſes nupſerat dimiſſa à Memmio, & T. Peduceus, & C. Cato, & M. Olenas Curtianus.

Sententias tulerunt ſenatores duo & xx. equites tres & xx. tribuni ærarii xxv.

Ex quibus damnaverunt ſenatores IIII. equites II. tribuni II.

Cato prætor, cum vellet de accuſatoribus in conſilium mittere, multique è populo manus in accuſatores intenderent, ceſſit imperitæ multitudini, ac poſtero die in conſilium de calumnia accuſatorum miſit. C. Triarius nullam gravem ſententiam habuit.

Subſcriptores ejus M. & Q. Pacuvii fratres denas, & L. Marius tres graves habuerunt.

Cato prætor judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus. in forum quoque ſic deſcenderat jusque dicebat. idque repererat ex vetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli ac Tatii ſtatuæ in Capitolio & in Roſtris Camilli fuerunt, togatæ ſine tunicis.

Extremum deeſt.

P. B.

M. TULLII CICERONIS PRO T. ANNIO MILONE, ORATIO PRIMA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

QUodam tempore Clodius de uxore Cæſaris inceſtus amoris traxerat flammas in templo Bona dea habitu muliebri cum uxore Cæſaris inventus eſt. conſcientiâ ſceleris fugit Interamna. Cicero eum vidit fugientem. & contra eum dum accuſaretur Clodius teſtimonium dixit. Hinc primo inimicitiæ ortæ ſunt inter Ciceronem & Clodium. dehinc poſt dum liberaret Cicero rempublicam a conſpiratione civium, dum aliquos occidiſſet invidiam paſſus a Clodio tribuno plebis, qui de patricia familia in plebem jam (ſ. plebejam) tranſierat. Ciceronem in exilium miſit. poſtea Milo, amicus Ciceronis, tribunus plebis, de exilio Ciceronem revocavit. Quodam tempore petebant conſulatum Nepſens (Hypſæ) Scipio & Milo. Clodius contra Milonem fuit. & obſtitit ne peteret conſulatum. Interea Milo factus eſt dictator Lanubi, ut ſacrificium faceret Junoni opitæ (Soſpitæ) & flamines procrearet. Clodius, dum hoc audiſſet, Lanubium profiturum Milonem, proceſſit ante fundum ſuum, ut inſidias in Albano collocaret; Milo autem profectus fuerat cum uxore & ancillis. Occurrit & Clodius in via. Cœpit uxorem ejus injuriis provocare. pugnâ inter eos commiſſâ occiſus eſt Clodius. poſtea corpus ipſius Clælius & Plancus ad urbem adduxerunt. Triduo ad invidiam Milonis cadaver jacuit. deinde

lata

lata fuerat lex ut ſervi Milonis in caput domini torquerentur. Hoc Milo videns, ne ſervi ejus crimen confiterentur, ab ipſo Clodium occiſum, eos manumiſit ut jam liberi torqueri non poſſent. deinde Pompejus juſſerat ut de morte Clodii extra ordinem quæreretur. hoc eſt eo tempore quo judicia ſilebant. deinde quoniam viderat & reum & amicum Cæſaris armatis cinxit ipſum judicium. ne ullo modo evadere poſſit. Status in hac oratione eſt relativus. hoc eſt feci. ſed meruit. hoc eſt inſidiantem occidi. Genus cauſæ admirabile ex eo, quod armatis circumdatis Milo obſidebatur. Scholiaſtes. [Habita A. V. C. DCCI.]

I. (*a*) ETSI VEREOR, judices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo (*b*) viro dicere incipientem, timere, mini-

ASCONIUS.

HAnc dixit Cn. Pompejo III. conſule, a. d. VI. Idus April. quod judicium cum ageretur, exercitum in foro & omnibus in templis, quæ circum forum ſunt, collocatum à Cn. Pompejo fuiſſe, non tantum ex oratione & annalibus, ſed etiam ex libro apparet, qui Ciceronis nomine inſcribitur de Optimo Genere Oratorum.

Argumentum.] Annius Milo, & P. Plautius Hypſæus, & Q. Metellus Scipio conſulatum petierunt, non ſolum largitione palam profuſa, ſed etiam factionibus armatorum ſuccincti.

Miloni & Clodio ſummæ erant inimicitiæ, quòd & Milo Ciceronis erat amiciſſimus, in reducendoque eo enixe operam reip. dederat, & P. Clodius reſtituto Ciceroni erat infeſtiſſimus, ideoque ſumme ſtudebat Hypſæo & Scipioni contra Milonem. ac ſæpe inter ſe Milo & Clodius cum ſuis factionibus Romæ depugnaverant: & erat uterque audaciâ par: ſed Milo pro melioribus partibus ſtabat.

Præterea in eundem annum conſulatum Milo, Clodius præturam petebat: quam debilem futuram conſule Milone, intelligebat.

Deinde cum diu tracta eſſent comitia conſularia, perficique ob eas ipſas perditas candidatorum contentiones non poſſent, & ob id menſe Januario nulli dum neque conſules, neque prætores eſſent; traheretúrque dies eodem quo antea modo, dum Milo quamprimum comitia confici vellet, conficeretque cùm bonorum ſtudiis, qui obſiſtebant Clodio, tum etiam populi, propter effuſas largitiones, impenſas quoque ludorum ſcenicorum ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effudiſſe eum Cicero ſignificat: competitores vero ejus trahere vellent, ideoque Pompejus gener Scipionis & T. Munatius tribunus pl. referri ad ſenatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non eſſent paſſi, cum interregem prodere moris eſſet.

A. d. XIII. Kal. Feb. (acta etenim magis ſequenda & ipſam orationem, quæ actis congruit, puto, quam Feneſtellam, qui a. d. XIIII. Kal. Feb. tradit) Milo Lanuvium, ex quo erat municipio, & ibi tum dictator, profectus eſt ad flaminem prodendum poſtera die, occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo

ASCONIUS.

ultra Bovillas, rediens ab Aricia, prope eum locum, in quo Bonæ Deæ ſacellum eſt. erat autem allocutus decuriones Aricinorum. vehebatur Clodius equo. ſervi xxx. fere expediti, ut illo tempore mos erat iter facientibus, gladiis cincti ſequebantur. erant cum Clodio præterea tres comites ejus, ex quibus eques Romanus unus C. Caſſinius Schola, duo de plebe novi homines, P. Pomponius, C. Clodius. Milo rhedâ vehebatur, cum uxore Fauſta filia L. Sullæ dictatoris, & M. Fuſio familiari ſuo. ſequebatur eos magnum ſervorum agmen: inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo noti, Eudamus & Birria. hi in ultimo agmine tardius euntes, cum ſervis P. Clodii rixam commiſerunt. ad quem tumultum cum reſpexiſſet Clodius minitabundus, humerum ejus Birria romphæâ trajecit. Inde cum orta eſſet pugna; plures Miloniani accurrerunt. Clodius vulneratus in tabernam proximam Bovillano delatus eſt. Milo, ut cognovit vulneratum Clodium, cum ſibi periculoſius illud etiam vivo eo futurum intelligeret, occiſo autem magnum ſolatium eſſet habiturus, etiam ſi ſubeunda eſſet pœna, exturbari tabernam juſſit. fuit anteſignanus ſervorum ejus M. Fuſtenus. atque ita Clodius latens extractus eſt multisque vulneribus confectus. cadaver ejus in via relictum, quia ſervi Clodii aut occiſi erant, aut graviter ſaucii latebant. Sex. Tedius ſenator, qui forte ex rure in urbem revertebatur, ſuſtulit, & lecticâ ſuâ Romam ferri juſſit. ipſe rurſus eodem, unde venerat, greſſum recepit. perlatum eſt corpus Clodii ante primam noctis horam: infimæque plebis & ſervorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domûs poſitum circumſtetit. augebat autem facti invidiam uxor Clodii Fulvia, quæ cum effuſa lamentatione vulnera ejus oſtendebat. major poſtera die luce prima multitudo ejusdem generis conduxit, compluresque noti homines eliſi ſunt, inter quos C. Vibienus ſenator. (erat domus Clodii, ante paucos menſes empta de M. Scauro, in Palatio) eodem Munatius Plancus frater L. Planci oratoris, & Q. Pompejus Rufus Sullæ dictatoris ex filia nepos, tribuni pl. accurrerunt: eisque hortantibus vulgus imperitum corpus nudum calceatum, ſicut in lecto erat poſitum, ut vulnera videri poſſent, in forum detulit, & in Roſtris poſuit. Ibi pro concione Plancus & Pompejus, qui competitoribus Milonis ſtudebant, invidiam Miloni fecerunt. Populus, duce Sex. Clodio ſcriba, corpus P. Clodii in curiam intulit cremávitque ſubſelliis, & tribunalibus, & menſis, & codicibus librariorum. quo igne & ipſa quoque curia flagravit, & item Porcia baſilica, quæ erat ei juncta, ambuſta eſt. domum quoque M. Lepidi interregis, (is enim magiſtratus curulis erat creatus) & abſentis Milonis, eadem illa Clodiana multitudo oppugnavit. deinde ſagittis repulſa eſt. tum faſces ex lecto Libitinæ raptos attulit ad domum Scipionis & Hypſæi, deinde ad hortos Cn. Pompeji, clamitans eum modo conſulem, modo dictatorem.

Incendium curiæ majorem aliquanto indignationem civitatis moverat, quàm interfectio Clodii.

Itaque Milo, quem opinio fuerat iviſſe in voluntarium exilium, invidiâ adverſariorum recreatus, nocte ea redierat Romam,

ASCONIUS.

iam, qua incenſa erat curia, petebatque nihilo deterius conſu-
ıtum, aperte quoque tributim in ſingulos millia aſſium dederat.

Concionem etiam ei poſt aliquot dies dedit M. Celius tribunus l. & Manilius Canianus ejus collega, ipſiusque cauſam etiam d populum probabant. dicebant utrique, Miloni à Clodio factas ſſe inſidias.

Fiebant interea alii ex aliis interreges, qui comitia conſularia, ropter eorum candidatorum tumultus & easdem manus armaas, habere non poterant: itaque primo factum erat S. C., ut nterrex & tribuni pl. & Cn. Pompejus, qui pro conſule ad urem erat, viderent ne quid detrimenti reſp. caperet: delectus utem Pompejus totâ Italiâ haberet. qui cum ſumma celeritate ræſidium comparaſſet, poſtulaverunt apud eum familiam Milonis, item Fauſtæ uxoris ejus, exhibendam duo adoleſcentuli, qui Appii Claudii ambo appellabantur, qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii, & ob id illi patrui ſui mortem, vent auctore fratre, perſequebantur. easdem Fauſtæ & Milonis familias poſtulaverunt duo Valerii, Nepos & Leo, & L. Herennius Balbus. P. Clodii quoque familiam & comitum ejus poſtulavit eodem tempore Celius: familiam Hypſæi & Q. Metelli Manilius Canianus, ejus collega.

Affuerunt Miloni Q. Hortenſius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cato, Fauſtus Sulla. verba pauca Q. Hortenſius dixit, quæ ſunt, liberos eſſe eos, qui pro ſervis poſtularentur: nam poſt recentem cædem manumiſerat eos Milo ſub hoc titulo, quod caput ſuum ulti eſſent.

Hæc agebantur menſe intercalari; poſt diem trigeſimum ferè quàm erat Clodius occiſus, Q. Metellus Scipio in ſenatu contra M. Cæpionem conqueſtus eſt, ac de cæde P. Clodii falſum eſſe dixit quod Milo ſic ſe defenderet, & Clodium Aricinos decuriones alloquendi gratiâ abiiſſe, profectum cum ſex ac xx. ſervis; Milonem ſubito poſt horam quartam, ſenatu miſſo, cum ſervis amplius ccc. armatis obviam ei contendiſſe, & ſupra Bovillas inopinantem in itinere aggreſſum: ibi P. Clodium, tribus vulneribus acceptis, Bovillas perlatum: tabernam, in quam profugerat, expugnatam à Milone: ſemianimem Clodium extractum: deinde Milonem cum ſciret in Albano parvulum filium Clodii veniſſe ad villam, & cum puer ante ſubtractus eſſet, de ſervo Alicore quæſtionem ita habuiſſe, ut eum articulatim conſecaret: villicum & duos præterea ſervos jugulaſſe: ex ſervis Clodii, qui dominum defenderint, undecim eſſe interfectos: Miloni duos ſolos ſaucios factos eſſe: ob quæ Milonem poſtero die XII. ſervos, qui ei maxime operam navaſſent, manumiſiſſe, populoque tributim ſingula millia æris ad defendendos de ſe rumores dediſſe.

Milo miſiſſe ad Cn. Pompejum dicebatur, quòd Hypſæo ſumme ſtudebat, quòd fuerat ejus quæſtor, deſiſtere ſe petitione conſulatûs, ſi ita ei videretur: Pompejum reſpondiſſe, nemini ſe neque petendi, neque deſiſtendi auctorem eſſe, neque populi Romani poteſtatem, aut conſilium, aut ſententiam interpellaturum. deinde per C. Lucilium, qui propter M. Ciceronis fami-

liaritatem amicus erat Miloni, egiſſe quoque dicebatur, ne ſe de hac re conſulendo invidiâ oneraret.

Inter hæc cum crebreſceret rumor, Cn. Pompejum creari dictatorem, neque opportune aliter mala civitatis ſedari poſſe: viſum eſt optimatibus, tutius eſſe, eum conſulem ſine collega creare: & cum tractata ea res eſſet in ſenatu, facto in M. Bibuli ſententiam S. C. Pompejus, ab interrege Ser. Sulpitio, v. Cal. Mart. menſe intercalario, conſul creatus eſt ſtatimque conſulatum iniit.

Deinde poſt diem tertium de legibus novis ferendis retulit: duas ex S. C. promulgavit. Alteram de vi, qua nominatim cædem in Appia via factam, & incendium curiæ, & domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit. Alteram de ambitu: pœnam graviorem & formam judiciorum breviorem. Utraque enim lex prius teſtes dari per triduum, deinde uno die atque eodem & ab accuſatore & ab reo perorari jubebat, ita ut duæ horæ accuſatori, tres reo darentur.

His legibus obſiſtere M. Celius, tribunus pl. ſtudioſiſſimus Milonis, conatus eſt, quòd & privilegium diceret in Milonem ferri, & judicia præcipitari: & cum pertinacius legem Celius vituperaret, eo proceſſit iræ Pompejus, ut diceret, ſi coactus eſſet, armis ſe remp. defenſurum: timebat autem Pompejus Milonem, ſeu timere ſe ſimulabat plerumque non domi ſuæ, ſed in hortis manebat, idque ipſum in ſuperioribus, circa quos etiam magna manus militum excubabat: ſenatum quoque ſemel in porticu ſua habuerat Pompejus, quòd diceret timere ſe adventum Milonis.

Dein proximo ſenatu P. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur alligatum dixerat. poſtulaverat, ut femur nudaret: & ille ſine mora tunicam levaverat. tum M. Cicero exclamaverat, omnia illi ſimilia crimina eſſe, quæ in Milonem dicerentur alia.

Deinde Munatius Plancus tribunus pl. produxerat in concionem M. Æmilium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi. is ſe dicebat, pariterque ſecum quatuor liberos homines iter facientes ſuperveniſſe, cum Clodius occideretur, &, ob id cum proclamaſſent, abreptos & perductos in villam Milonis, ibique per duos menſes præcluſos fuiſſe: eaque res, ſeu vera, ſeu falſa, magnam invidiam Miloni contraxerat. iidemque Munatius & Pompejus, tribuni pl. in Roſtra produxerant triumvirum capitalem, cumque interrogaverant, an Galatam Milonis ſervum cædes facientem deprehendiſſet. ille dormientem in taberna pro fugitivo deprehenſum, & ad ſe perductum eſſe reſponderat: denunciaverant tamen triumviro, ne ſervum remitteret, ſed poſtera die Celius, tribunus pl. & Manilius Canianus, collega ejus, ereptum è domo triumviri ſervum Miloni reddiderunt.

Etſi nullam de his criminibus mentionem fecit Cicero: tamen, quia ita compereram, putavi exponenda.

Inter primos & Q. Pompejus, & C. Salluſtius, & T. Munatius Plancus, tribuni pl. inimiciſſimas conciones de Milone habebant, invidioſas etiam de Cicerone, quòd Milonem tanto ſtudio defenderet. eratque maxima pars multitudinis infenſa non ſolum

Mi-

A S C O N I U S.

Miloni, ſed ipſi etiam, propter inviſum patrocinium, Ciceroni. Poſtea Pompejus & Salluſtius in ſuſpicione fuerunt, in gratiam rediiſſe cum Milone ac Cicerone. Plancus autem infeſtiſſime perſtitit, atque in Ciceronem quoque multitudinem inſtigavit: Pompejo autem ſuſpectum faciebat Milonem, ad perniciem ejus comparari vim vociferatus: Pompejusque ob ea ſæpius querebatur, fieri ſibi quoque inſidias, & id palam: ac majore manu ſe armabat, dicturum quoque diem Ciceroni Plancus oſtendebat, poſtea autem Q. Pompejus idem minitatus erat. tanta tamen conſtantia ac fides fuit Ciceronis, ut non populi a ſe alienatione, non Cn. Pompeji ſuſpicionibus, non periculi futuri metu, ſi ſibi dies ad populum diceretur, non armis, quæ palam in Milonem ſumpta erant, deterreri potuerit à defenſione ejus, cum poſſet omne periculum ſuum & offenſionem inimicæ multitudinis declinare, redimere etiam Cn. Pompeji animum, ſi paulum ex ſtudio defenſionis remiſiſſet.

Perlata deinde lege Pompeji, in qua id quoque ſcriptum erat, ut quæſitor ſuffragio populi ex iis, qui conſules fuerant, crearetur; ſtatim comitia habuit, creatusque erat L. Domitius Ænobarbus quæſitor. Aliorum quoque judicum, qui de ea re judicarent, Pompejus tales propoſuit, ut nunquam neque clariores viros, neque ſanctiores propoſitos eſſe conſtaret.

Poſt quod ſtatim nova lege Milo poſtulatus à duobus Appiis Clodiis adoleſcentibus, iisdem, à quibus antea familia ejus fuerat poſtulata, itemque de ambitu ab iisdem Appiis: & præterea de vi à Q. Petulcio & L. Cornificio: de ſodalitiis à P. Fulvio Nerato: poſtulatus autem erat & de ſodalitiis, & de ambitu ea ſpe, quòd primum judicium de vi futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant, nec poſtea reſponſurum.

Divinatio de ambitu accuſatorum facta eſt, quæſitore A. Torquato: atque ambo quæſitores, Torquatus & Domitius, pridie Nonas Apr. reum adeſſe juſſerunt. quo die Milo ad Domitii tribunal venit, ad Torquati amicos miſit. ibi, poſtulante pro eo M. Marcello, obtinuit, ne prius cauſam de ambitu diceret quam de vi judicium eſſet perfectum.

Apud Domitium autem quæſitorem major Appius poſtulavit à Milone ſervos exhiberi numero IIII. & L. & cum ille negaret, eos, qui nominabantur, in ſua poteſtate eſſe, Domitius ex ſententia judicum pronunciavit, ut ex ſervorum eorum numero accuſator quot vellet ederet.

Citati deinde teſtes, ſecundum legem, quæ, ut ſupra diximus, jubebat, *ut prius, quam cauſa ageretur, teſtes per triduum audirentur, dicta eorum judices conſignarent, quarta die adeſſe omnes in diem poſterum juberentur, ac coram accuſatore ac reo pila, in quibus nomina judicum inſcripta eſſent, æquarentur: dein rurſus poſtera die ſortitio judicum fieret unius & LXXX. qui numerus cum ſorte obtigiſſet, ipſi protinus ſeſſum irent: tum ad dicendum accuſator duas horas, reus tres haberet, reusque eodem die illo judicaretur: prius autem quam ſententiæ ferrentur quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidem reus rejiceret, ita ut numerus judicum relinqueretur, qui ſententias ferrent, quinquaginta & unus.*

Primò die datus erat in Milonem teſtis Caſſinius Schola, qui

ſe

ſe cum P. Clodio fuiſſe, cum is occiſus eſt, dixit; atrocitatemque rei factæ, quam maxime potuit, auxit. quem cum interrogare M. Marcellus cœpiſſet, tanto tumultu Clodianæ multitudinis circumſtantis exterritus eſt, ut vim ultimam timens in tribunal à Domitio reciperetur. quam ob cauſam M. Marcellus & ipſe Milo à Domitio præſidium imploraverunt. Sedebat eo tempore Cn. Pompejus ad ærarium, perturbatusque erat eodem illo clamore: itaque Domitio promiſit, ſe poſtero die cum præſidio deſcenſurum, idque fecit: quare territi Clodiani, ſilentio verba teſtium per biduum audiri paſſi ſunt. interrogaverunt eos M. Cicero, M. Marcellus & Milo ipſe. multi ex iis, qui Bovillis habitabant, teſtimonium dixerunt de iis, quæ ibi facta erant, cauponem occiſum, tabernam expugnatam, corpus Clodii in publicum extractum eſſe. Virgines quoque Veſtales dixerunt mulierem ignotam veniſſe ad ſe, quæ Milonis mandato votum ſolveret, quod Clodius occiſus eſſet. ultimæ teſtimonium dixerunt Sempronia, Tuditani filia, ſocrus P. Clodii & uxor Fulvia, & fletu ſuo magnopere eos, qui adſtabant, commoverunt. Dimiſſo circa horam decimam judicio, T. Munatius pro concione populum adhortatus eſt, ut poſtero die frequens adeſſet, & elabi Milonem non pateretur, judiciumque & dolorem ſuum oſtenderet.

Euntibus ad tabellam ferendam poſtero die judicibus, qui fuit judicii primus a. d. III. Idus Apr. clauſæ fuerunt tota urbe tabernæ: præſidia in foro & circa omnes fori aditus Pompejus diſpoſuit: ipſe pro ærario, ut pridie, conſedit, ſeptus delecta manu militum. ſortitio deinde judicum, ut primo die facta eſt. poſt tantum ſilentium toto foro fuit, quantum eſſe in aliquo foro poſſet.

Tum intra horam ſecundam accuſatores cœperunt dicere, Appius major, & M. Antonius, & P. Valerius Nepos. uſi ſunt ex lege horis duabus.

Reſpondit his unus M. Cicero. & cum quibusdam placuiſſet ita defendi crimen, interfici Clodium pro republica fuiſſe, quam formam M. Brutus ſecutus eſt in ea oratione, quam pro Milone compoſuit & edidit, quamvis non egiſſet; Ciceroni id non placuit, quòd, non qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus poſſet. itaque, cum inſidias Milonem Clodio feciſſe poſuiſſent accuſatores, quia falſum id erat, (nam forte illa rixa commiſſa fuerat) Cicero apprehendit, & contrà Clodium Miloni feciſſe inſidias diſputavit: eoque tota oratio ejus ſpectavit: ſed ita conſtitit, ut diximus, neutrius conſilio pugnatum eſſe eo die, verum forte occurriſſe: ex ea rixa ſervorum ad eam cædem perventum. notum tamen erat, utrumque mortem alteri ſæpe minatum eſſe: & ſicut ſuſpectum Milonem major, quam Clodii, familia faciebat, ita expeditior & paratior ad pugnam Clodianorum quam Milonis fuerat.

Cicero cum inciperet dicere, exceptus eſt acclamatione Clodianorum, qui ſe continere ne metu quidem circumſtantium militum potuerunt: itaque non eâ, quâ ſolitus erat, conſtantiâ dixit.

Ma-

imeque deceat, cùm T. Annius [a] Milo ipſe magis de reipublicæ ſalute quàm de ſua perturbetur, me ad ejus cauſam parem animi magnitudinem afferre non poſſe; tamen hæc [1] novi judicii nova forma terret oculos: qui, quocumque [b] inciderunt, veterem conſuetudinem fori & priſtinum [2] morem judiciorum requirunt. non enim coronâ conſeſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat: non uſitatâ frequentiâ ſtipati ſumus.

a Milo deeſt in MSS.

b ita MSS. alii inciderint.

Nam illa præſidia, quæ pro templis omnibus cernitis, 2 etſi contra vim collocata ſunt, non [3] afferunt tamen oratori

ASCONIUS.

Manet autem illa quoque excepta ejus oratio. ſcripſit vero hanc, quam legimus, ita perfecte, ut jure prima haberi poſſit.

SCHOLIASTES INCIPIT MILONIANA.

(a) *Etſi vereor.*] Armatis cinctum judicium. Pompejus imminet. Timet ne judices ad hujus arbitrium timore commoti judicent. Idcirco laborat principio, ut adimat judici timorem. ſed non poteſt aliter demere niſi ſuam miſcuerit perſonam. ut cum ibi ſolatium dederit & dixerit ſe non timere. recreat animum judicum. deinde perſona Milonis fortis eſt quæ ſubplicare non novit.

(b) *Viro dicere.*] Dicebat Cicero inſidias Miloni a Clodio factas. Ergo quoniam obiciebatur ei quare vicit ſi huic ſunt.

Huc uſque Scholiaſtes.

---

1. *Novi judicii nova forma.*] Nam Pompejus exercitum in foro & omnibus in templis, quæ circum forum ſunt, collocarat. *Hotom.* Novum judicium dicebatur, quia erat extraordinarium, cum ordinario in judicio ſecundum leges & morem judiciorum Romanorum de hoc crimine eſſet quærendum a Prætore, qui quæſtionem illo anno de vi ſortitus erat. Nam extraordinaria judicia habebantur aut de crimine, de quo nulla lex erat, aut de crimine, quod atrocius exiſtimabatur, quam quod ſecundum leges puniendum putabant, quale hoc fuit. Ideo Cicero queritur ſe novo judicio, hoc eſt, extraordinario fuiſſe perturbatum, & præterea nova illius forma propter præſidium militare. *Grævius.*

2. *Morem judiciorum requirunt.*] Quam variè legatur locus iſte in mſſ. patet ex editionibus. nec eæ diſcrepant ſolùm, ſed etiam Grammatici veteres, quos laudat amicus noſter And. Schottus libro 1. Nodor. cap. 14. *Grut.*

3. *Afferunt tamen oratori horroris aliquid.*] M. Antonius Muretus anno ſuperiore, cum in Galliam longo intervallo rediiſſet, mihi aſſeveravit, ſe ita ſcriptum vidiſſe in codice manuſcr. Vaticano, *horroris aliquid.* Neque vero Memmiani multum ab hac ſcriptura diſcrepant, qui habent, *terroris aliquid:* quod tantundem

tori aliquid; ut in foro & in judicio, quamquam præſidiis ſalutaribus & neceſſariis ſepti ſumus, tamen ne [c] non timere quidem ſine aliquo timore poſſimus. Quæ ſi oppoſita Miloni putarem: cederem [d] tempori, judices, nec inter tantam vim armorum exiſtimarem [e] oratori locum eſſe. Sed me recreat & reficit Cn. Pompeji, ſapientiſſimi & [f] juſtiſſimi viri, conſilium: qui profecto nec juſtitiæ ſuæ putaret eſſe, quem reum ſententiis judicum tradidiſſet, eundem telis militum dedere; nec ſapientiæ, temeritatem concitatæ multitudinis auctoritate publica armare.

c ne temerè quidem *MS.*
d temporibus *MS.*
e orationi *MSS.*
f illuſtriſſimi *MSS.*

3 Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, ſed præſidium denuntiant: [4] neque ſolum, ut quieto, ſed etiam [g] ut magno animo ſimus, hortantur: neque auxilium modò defenſioni meæ, verùm etiam ſilentium pollicentur. Reliqua verò multitudo, quæ quidem eſt civium, tota noſtra eſt: neque eorum quiſquam, [5] quos undique intuentes ex hoc ipſo loco

g ut *deeſt in MS.*

P. CII.

co

dem valet. Vulgata autem lectio, *non afferunt tamen oratori aliquid*, quamvis ea in veteribus quoque libris nonnullis reperiatur, ferri non poteſt. nam quod amicus quidam meus eam ſic explicari poſſe exiſtimat, non afferunt tamen oratori quidquam præſidii, aut adjumenti ejusmodi, ut metu vacuus eſſe poſſit, dico, hanc ſententiam Ciceronem numquam fuiſſe talibus verbis expreſſurum. Admonitum autem lectorem velim, quaſcumque emendationes in hac oratione, præter eas, quas in ſuperiore editione poſuimus, in hac reperiet, Fr. Fabricio Marcodurano, viro doctiſſimo & humaniſſimo acceptas eſſe referendas: qui cum eas e codice perantiquo Saxonico depromſiſſet, mecum libentiſſime, & vero ultro communicavit. quas tamen poſtea alius codex item manuſcr. antiquiſſimus, quem nactus ſum, comprobavit. *Lambinus.* Lambinus fidem ſecutus Mureti emendat *adferunt tamen oratori horroris aliquid*, quod etiam reperi in uno alteroque meorum, verùm cum additâ negativâ. itaque negationem quei tollam contra omnes libros? præſertim cùm plura ſint exemplaria quæ ſtent pro vulgato. *Gruter.*

4. *Neque ſolum ut quieto.*] *Æquo* pro *quieto* habet liber unus manuſcriptus. *Urſin.*

5. *Quos undique intuenteis, &c.*] Codex unus Memm. habet, *quos undique confluenteis:* ex quo libenter fecerim, *continenteis.* ceteri lectionem vulgatam tuentur, excepto Clericano, qui non habet hoc totum, *ex hoc ipſo loco cernitis*, & habet verbum, *videtis*, poſt, *exſpectanteis:* ut eſt in libro Saxonico manuſc. *Lambinus.* Si auderem a vulgari lectione diſcedere, pedibus irem in Lambini ſententiam, ſic e codice quodam corrigentis: *Neque eorum quiſquam, quos undique intuenteis, unde aliqua pars fori adſpici po-*

o cernitis, unde aliqua pars fori adſpici poteſt, & hujus
xitum judicii exſpectantes, non cùm virtuti Milonis fa-
vet, tum de ſe, de liberis ſuis, de patria, de fortunis
odierno die [h] decertari putat. h certari MS.
II. (c) Unum genus eſt adverſum infeſtumque no-
bis, eorum, quos P. Clodii furor rapinis, & incendiis,
& [6] omnibus exitiis publicis pavit: qui [7] heſterna etiam i duod. ſeqq.
concione incitati ſunt, ut vobis voce præirent, quid ju- voces deſunt
dicaretis. [i] quorum clamor, [k] ſiquis fortè fuerit, admone- in MS. Pith.
re vos debebit, ut eum civem retineatis, qui ſemper ge- k ſi qui
nus illud hominum clamoreſque maximos pro veſtra ſa- MSS.
lute neglexit. Quamobrem adeſte animis, judices, & ti- 4
morem, ſi quem habetis, deponite. Nam, ſi umquam
de bonis & fortibus viris; ſi umquam de benemeritis ci-
vibus poteſtas vobis judicandi fuit: ſi denique [l] umquam l umquam
locus [8] ampliſſimorum ordinum [9] delectis viris datus eſt, deeſt in MS.
ubi

ASCONIUS.

(c) Vers. a primo I. *Unum genus eſt adverſum infeſtumque obis, &c.*] Ita, ut in expoſitione argumenti diximus, Munatius lancus pridie pro concione populum adhortatus erat, ne pateetur elabi Milonem.

---

nteſt, & hujus judicii exitum exſpectanteis videtis, &c. Sic, in-
uam, libenter legerem, nam & numeroſius volveretur oratio,
: major ſignificari videretur hominum multitudo, qui cum ob
ilites ad conſeſſum judicum propius accedere non poſſent, ſo-
itia, feneſtras, tecta toto foro paſſim occupabant; immo in
icis etiam proximis, unde proſpectus in forum pateret, adde
uod abſurde videtur dicturus fuiſſe Orator, *ex hoc ipſo loco*, id
ſt, ex judicum ſubſelliis, vel oratoris ſuggeſtu, *aliquam fori par-
m adſpici potuiſſe.* Conſtat enim ex eo loco proſpectum in totum
orum longe lateque patuiſſe. *Abram.* Sane Clericani libri, qui
elet *ex hoc ipſo loco cernitis*, & poſtea inſerit *videtis*, auctoritatem
rmant optimus Erfurtenſis, Saxonicus a Fabricio conſultus,
ithoeanus & Duisburgenſis. Probatiſſimos hos codices, ſuffra-
ante ratione, merito ſum ſecutus. *Gravius.*

6. *Omnibus exitiis publicis pavit.*] Paravit vetus liber, pro *pavit*.
rſin.

7. *Heſterna concione.*] Pridie quam hæc oratio haberetur, Mu-
acius Plancus, Tribunus pl. pro concione populum adhortatus
ſt, ne Milonem elabi pateretur. Aſcon. *Hotom.*

8. *Ampliſſimorum ordinum.*] Hoc tempore lege Aurelia facti ju-
ices, numero quinque & ſeptuaginta, ex tribunis ærarii. Sede-
ant autem in hoc judicio unus & quinquaginta. *Hotom.*

9. *Dilectis viris datus eſt.*] Sic habent omnes libri veteres: &
iquot poſt verſibus, *crudeliſſimorum ſuppliciorum*, & totidem fe-
re

ubi ſua ſtudia erga fortes & bonos cives, quæ vultu & verbis ſæpe ſignificaſſent, re & ſententiis declararent: hoc profectò tempore eam poteſtatem omnem vos habetis, ut ſtatuatis, utrùm nos, qui ſemper veſtræ auctoritati dediti fuimus, ſemper miſeri lugeamus: an diu vexati à perditiſſimis civibus, aliquando per vos ac veſtram fidem, virtutem ſapientiamque recreemur.

5 Quid enim nobis duobus, judices, laborioſius? quid magis ſollicitum, magis [m] exercitum, dici aut fingi poteſt? qui ſpe ampliſſimorum præmiorum ad rempublicam adducti, [10] metu crudeliſſimorum ſuppliciorum carere non poſſumus? [11] Equidem ceteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum ſemper putavi Miloni eſſe ſubeundas, [n] quòd ſemper pro bonis contra improbos ſenſerat: in judicio verò & in eo conſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliſſimi viri judicarent, numquam exiſtimavi ſpem ullam eſſe habituros Milonis inimicos, ad ejus non ſalutem modò exſtinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros infringendam.

m exercitatum *MS.*
n quia *MS.*
P. B.

6 Quamquam in hac cauſa, judices, T. Annii tribunatu rebusque [o] omnibus pro ſalute reipublicæ geſtis, ad [p] hujus criminis defenſionem non [q] abutemur, niſi oculis videritis [12] inſidias Miloni à Clodio [r] factas: nec deprecaturi ſumus, ut crimen hoc nobis multa propter præclara in rempublicam merita condonetis: nec poſtulaturi, [ſ] ut, ſi mors P. Clodii ſalus veſtra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis potiùs quàm [13] populi Romani felicitati aſſignetis.

o omnibus *deeſt in MS.*
p ejus *alii.*
q arbitremur, non ocul. *MS.*
r eſſe factas *MS.*
ſ ut quia mors *Lamb.*

re poſt verſibus, *ut, quia mors P. Clodii*, ubi vulgati, *ut ſi mors*: quo modo habent etiam nonnulli manuſcr. & paullo poſt, *ſin illius inſidiæ*, &c. Lambinus.

10. *Metu crudeliſſimorum exitiorum carere non poſſumus.*] Scriptus codex habet *ſuppliciorum*, pro *exitiorum*. quod placet: ut quæ à Jus dicentibus inferantur. *Urſin.*

11. *Et quidem ceteras temp.*] Servius primo libro, ubi notat comparationem contrà à Marone fluctuum cum ſeditione factam, atque a Cicerone fuiſſet, adducens hunc locum *equidem* legit. Idque non incongruum videtur. *Camerar.*

12. *Inſidias Miloni a Clodio eſſe factas.*] Adſerui τὸ *eſſe* vulgo neglectum ex optimo Erfurtenſi. Dein ex eodem repoſui, quod & Lambinus receperat procul dubio ex MSS. *ſin illius inſidiæ*, pro quo vulgati alii, *ſed ſi inſidiæ*. Græv.

13. *Populi Romani felicitati aſſignetis.*] Quidquid proſpere contigerat, id in fortunam ſive in felicitatem populi Romani referebant. Philipp. I. 89. *Suſtulit illum diem fortuna populi Romani, &c.* Phi-

tis. [13] ſed ſi illius inſidiæ clariores hac luce fuerint: tum [t] denique obſecrabo obteſtaborque vos, judices, ſi cetera amiſimus, [14] hoc ſaltem nobis ut relinquatur, [v] ab inimicorum audacia [x] teliſque vitam ut impunè liceat defendere.

III. Sed, antequàm ad eam orationem venio, quæ 7
eſt propria [y] noſtræ quæſtionis, videntur ea eſſe refutanda, [15] quæ & in ſenatu ab inimicis ſæpe jactata ſunt, & in concione ab improbis, & paullò antè ab accuſatoribus: [16] ut, omni terrore ſublato, rem planè, quæ [z] venit in judicium, videre poſſitis. Negant intueri lucem eſſe fas ei, qui à ſe hominem occiſum [a] eſſe fateatur. In qua tandem urbe hoc homines [b] ſtultiſſimi diſputant? nempe in ea, quæ [17] primum judicium de capite vidit M.

t ſin illius *alii.*
v vitam ab *MS.*
x teliſque ut *id. MS.*
y veſtræ *alii.*
z veniat *MS.*
a eſſe *non eſt in edd. Lamb.*
b ſubtiliſſimi *MS.*

Philipp. V. 29. *Excluſit illum à republica, diſtraxit, ſegregavit, non ſolum ſcelus illius, ſed etiam, ut mihi videtur, fortuna quadam reipublica.* quod adeo frequens eſt, ut fas non ſit in delibandis exemplis immorari, cum præſertim Plutarchus opuſculum *de fortuna Romanorum* conſcripſerit, quod conſulendum. *Abram.*

14. *Hoc ſaltem nobis ut relinquatur.*] Quod negari non poteſt. nam *hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, a corpore, a capite, a vita ſua propulſarent.* infra. Adverte verborum ſitum: quantum enim gratiæ deperiret, ſi unicam particulam bis repetitam aliter collocaret: *Obteſtaborque vos, ut ſaltem nobis hoc relinquatur, ut ab inimicorum audacia teliſque vitam impune liceat defendere.* Idem.

15. *Quæ & in Senatu ab inimicis ſæpe jactata ſunt, & ab improbis in concione, & paullo.*] Ita omnino Werdenſis codex, item Hittorpianus & Turingicus. adeatur & Modius Novantiquorum Epiſtola xxxix. *Gruter.* Alterum *ſæpe*, in illis verbis, *& in concionibus ſæpe ab improbis*, cur omiſerit Gruterus ignoro, cum id exſtet in Erfurtenſi, in Pithœano, in Werdenſi & vulgatis editionibus. Merito itaque id ex fuga retraxi, cum non ſine vi quadam venuſta repetatur. *Grav.*

16. *Ut omni terrore ſublato.*] Sic omnes undique mſſ. etiam Schotti, qui adeatur libro iii. Nodor. cap. 13. vulgata *errore*. Gruter.

17. *Primum judicium.*] Quid igitur? ante Horatios, id eſt Tulli Hoſtilii regnum, Roma judicia non viderat? immo Romulus: *Judicia vero de injuriis quas ſibi invicem intuliſſent, non diutius extrahebat, ſed primo quoque tempore partim ipſe, partim alii cum ejus bona venia controverſias dirimebant.* neque ſane ſine judiciis aut Romana, aut alia quævis reſpublica cohærere potuiſſet. primum itaque judicium ait, quia tum primum populo conceſſum eſt, ut comitiis de civis capite judicaret: *Populus Romanus judicandi tum primum in cauſſa capitis poteſtatem adeptus ad patris ſententiam accedens, hominem ſceleris occiſa crimine liberavit.* Hæc Dionyſius lib.

M. Horatii, fortiſſimi viri: qui, nondum libera [c] civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus eſt, cùm ſua manu ſororem interfectam eſſe fateretur.

c à civ. *MS.*

8 An eſt quiſquam, qui hoc ignoret, cùm de homine occiſo quæratur, aut negari ſolere omnino eſſe factum; aut rectè ac jure factum eſſe defendi? Niſi verò exiſtimatis, dementem P. Africanum fuiſſe, qui, cùm à C. Carbone, tribuno plebis, in concione ſeditioſè interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte ſentiret, reſpondit jure cæſum videri. Neque enim poſſet aut Ahala ille Servilius, aut P. Naſica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut, me conſule, ſenatus non nefarius haberi, ſi ſceleratos cives interfici nefas eſſet. Itaque hoc, judices, non ſine cauſa, [d] etiam fictis fabulis, doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt, eum, qui patris ulciſcendi cauſâ matrem necaviſſet, [18] variatis hominum ſententiis, [19] non ſolum divinâ, ſed etiam ſapientiſſimæ deæ ſententiâ libera-

P. CIII.

d etiam *deeſt in aliis.*

III. qui ſuperiora lib. II. *Abram.* Primum judicium dicit id, quod primum habitum eſt de homine, qui privatus alium occiderat, & tamen judicum ſententiâ eſt abſolutus. *Grav.*

18. *Variatis hominum ſententiis, non ſolum divina, &c.*] Locus ſuſpectus. Nam, ſi Oreſtes in Ariopago, duodecim diis judicibus ſedentibus, & Eumenedibus accuſantibus, cauſam dixit, &, cum a ſex diis damnatus eſſet, a quinque abſolutus, ita, ut hac tali ſententiarum varietate, neque damnatus, neque abſolutus videretur: Palladis ad extremum ſententiâ, ad quinque ſalutareis accedente & maximum pondus afferente, victor e judicio diſceſſit: non videtur eſſe verum, varias hominum fuiſſe ſententias, neque integra videtur hæc ſcriptura, *variatis hominum ſententiis*, ſed vel ita ſcriptum oportuit, *variatis deorum ſententiis*, vel ita, *variatis ſententiis*, ut vox, *deorum*, ſubintelligatur ex iis, quæ ſequuntur. *Lambin.*

19. *Non ſolum divina, ſed etiam ſapientiſſima.*] Corruperant hunc quoque locum docti illi quidem viri, quorum nominibus parco, ſed nimium ſibi tribuentes, qui cum ſcriptum reperiſſent in omnibus libris veteribus, ita, ut edimus, *non ſolum divina, ſed etiam dea ſap. &c.* repoſuerant, ejectâ verâ ſcripturâ, *non ſolum humana, ſed etiam, &c.* plane mendoſe & contra hiſtoriam. Nam, ut ſupra ex Æſchylo & aliis oſtendimus, Oreſtes deæ Minervæ ſententiâ abſolutus eſt, cum, ut vult Demoſthenes, ſex dii damnaſſent, quinque abſolviſſent: ut Æſchylus & ejus interpres, ſeu ſcholiaſtes, ſexdecim Ariopagitæ damnaſſent, quindecim abſolviſſent. Sententia autem hujus loci hæc eſt, Oreſtem non ſolum deæ, ſed etiam ſapientiſſimæ deæ ſententiâ liberatum. proinde ac ſi dicat, quamvis magnum eſſet, Oreſtem, qui matrem necaſſet, dei, aut deæ alicujus, puta Neptuni, aut Martis, aut Ju-

beratum. Quòd ſi duodecim tabulæ nocturnum furem, quoquo modo; diurnum autem, ſi ſe telo [e] defenderit, interfici impunè voluerunt: [20] quis eſt, qui, quoquo modo quis interfectus ſit, puniendum putet, cùm videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus?

[e] defenderet *MS.*

IV. ATQUI SI tempus eſt ullum jure hominis necandi, quæ multa ſunt, certè illud eſt non modò juſtum, verum etiam neceſſarium, cùm vi vis illata defenditur. Pudicitiam cùm eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus ejus imperatoris interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat. Facere enim [21] probus adoleſcens

Junonis, aut Veneris, ſententiâ eſſe abſolutum: tamen multo majus eſt, deæ ſapientiſſimæ Minervæ ſententiâ eſſe abſolutum. Sic loquitur idem M. Tullius lib. II. de Nat. Deor. *Dubitamus, quin ea non ſolum ratione fiant, ſed etiam excellenti divinaque ratione?* Lamb. *Non ſolum divina.*] Videtur ſcribendum *humana*, & ita vidi in quodam libro emendatum. *Urſinus. Non ſolum divina, ſed etiam ſapientiſſima Dea.*] Haud aliter conjecerat P. Faber lib. II. Semeſtrium cap. 25. adprobantque modo Pall. omnes, item codd. Erf. Hitt. Werd. niſi quod hi, *divina.* antea vulgabatur, *humana.* Grut. In Francii tamen libro & Pith. nec non editione prima & editionibus pleriſque aliis eſt, *non ſolum humana, ſed etiam &c.* quam ſcripturam adſtruunt præcedentia, *variatis hominum ſententiis,* quamvis illud quoque poſſit recte explicari cum Lambino. *Grav.*

20. *Quis eſt, qui quoquo modo quis interf. &c.*] Legit Modius I. Epiſt. XXXIX. *quis eum, à quo quoquo modo quis &c.* idque ex membranis. *Gruter.*

21. *Probus adoleſcens.*] Lyricus quodam epodo:

—— ſive mendaci lyra
Voles ſonari, tu pudica, tu proba
Perambulabis aſtra ſidus aureum.

Salluſtius in Catilina, Semproniæ mulieris parum pudicæ mores deſcribens, eodem ſenſu probitatis nomen uſurpat: *Saltare elegantius quam neceſſe eſt probæ.* Sic contra improbum pro petulante & impudico impurus ille Neronis aulicus uſurpat in ſuo Satyrico: *Illinc candidus Hylas repellebat improbam Najada.* alibi, *improbam manum*, id eſt, *libidinoſam* appellat. ſed pudet referre. huc ſpectat & ille verſus Lucilii:

Phryne nobilis illa ubi amatorem improbius quem.

Statius III. Achilleidos, vel, ut alii dividunt, primo:

—— illam ſequiturque premitque
Improbus, illam oculis iterumque iterumque reſumit, &c.

Livius libro XXXIV. *Ejectus a matre quod probus adoleſcens (Dii propitii eſſent) obſcœnis, ut fama eſſet, ſacris initiari nollet.* Salvianus lib. VII. de Gub. Dei: *Timuerunt videlicet ne nimis caſti homines*

leſcens periculoſè quàm perpeti turpiter maluit. atque hunc ille vir ſummus, ſcelere ſolutum, periculo liberavit. [22] Inſidiatori verò & latroni quæ poteſt [f] afferri injuſta nex?

10 [23] Quid comitatus noſtri, quid gladii volunt? quos habere certè non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret. [24] Eſt [g] igitur hæc, judices, non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum [h] ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut, ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet: omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. [25] Silent enim leges inter ar-

f inferri *MSS.*

g enim *alii.*

h etiam ex *MS.*

nes ac puri eſſent, ſi ab omni eos penitus improbitate prohiberent. Rurſum Papinius VII. Thebaidos Lapithoniam Nympham, cupido flagrantem amore, *improbam connubii* nuncupavit. Sicut contra primo Silvarum, Epithalamio Stellæ & Violantillæ:

Ipſa manu nuptam genitrix Æneïa ducis
Lumine demiſſam & dulci probitate rubentem.

Ovidius lib. III. de Ponto eleg. 1. ad conjugem:

Nota tua eſt probitas, teſtataque tempus in omne,
Sit virtus etiam non probitate minor.

Abram.

22. *Inſidiatori vero & latroni qua poteſt afferri injuſta nex.*] In Priſciani Lib. VI. legitur *inferri injuſta nex.* Camerar.

23. *Quid comitatus noſtri, quid gladii.*] In itinere videtur armorum uſus fuiſſe permiſſus. Marcianus D. ad leg. Juliam de vi publica. l. 1. *Lege Julia de vi publica tenetur, qui arma, tela, domi ſuæ agrove præter uſum venationis, vel itineris, vel navigationis coëgerit.* Militibus tamen gladios in urbem inferre conceſſum eſt. Dio lib. XLII. *Permiſit illis, ut inermes præter gladios in urbem venirent. Gladios enim in urbe etiam alias geſtare conſueverant.* Porro uſum privatum gladii demonſtrat Phocylides V. vigeſimo nono:

Τὸ ξίφος ἀμφιβαλλοῦ, μὴ πρὸς φόνον ἀλλ' ἐς ἄμυναν.
Tutelam ad propriam, non ad cædem utere ferro. Abram.

24. *Eſt ergo, judices, non ſcripta ſed nata lex.*] In Oratore hæc ita adducuntur: *Eſt enim, judices, hæc non ſcripta &c.* Camerar.

25. *Silent enim leges inter arma.*] Simile eſt illud Marii apud Plutarchum in Apopht. *In Cimbricis bellis Camarinos mille, qui fortiter ſe geſſerant, civitate donavit. & accuſantibus reſpondit, ſe propter ſtrepitum armorum leges non audiiſſe.* In Pompejo de Mamertinis: *Recuſantibus ad ejus tribunal accedere, & ejus judicium ſubire, tanquam antiqua pop. Rom. lege prohiberetur. Nobis, inquit, gladio accinctis leges recitare non deſinetis.* Item in Cæſare: *Tribuno Metello quicquam e pecuniis in ærario ſacro depoſitis capere prohibente, & leges quaſdam proferente, Non idem, ait, legum & armorum tempus eſſe.* Lucanus lib. 1.

Sed poſtquam leges bello ſiluere coactæ.

Plu-

arma, [26] nec ſe exſpectari jubent, cùm ei, qui exſpecta- P. B.
re velit, antè injuſta pœna luenda ſit quàm juſta repe-
tenda.

Etſi perſapienter, & quodam modo tacitè, dat ipſa lex 11
poteſtatem defendendi; [27] quæ non modò hominem oc-
cidi, ſed eſſe cum telo hominis occidendi cauſâ vetat: ut,
cùm [28] cauſa, non telum quæreretur; qui ſui defendendi
cauſâ telo eſſet uſus, non hominis occidendi cauſâ ha-
buiſſe telum judicaretur. Quapropter hoc maneat in cau-
ſa, judices. non enim dubito, quin probaturus ſim vo-
bis defenſionem meam, ſi id memineritis, quod oblivíſci
non poteſtis, inſidiatorem jure interfici poſſe.

V. SEQUITUR illud, quod à Milonis inimicis ſæpiſ- 12
ſimè dicitur, Cædem, i in qua P. Clodius occiſus eſt, *i alii non habent* in.
ſenatum judicaſſe [29] contra rempublicam eſſe factam.
Illam

Plutarchus in Hyperide: *Quibusdam culpantibus, quod in decreto multas leges quaſi non videns eas prateriiſſet: Arma, inquit, Macedonum mihi tenebras offuderant: neque id a me decretum, ſed a Charonenſi pugna confectum eſt.* Abram.

26. *Nec ſe exſpectari jubent: cum ei qui exſpectare velit.*] *Spectari* pro *exſpectari* in vetuſto quodam libro ſcriptum eſt: & *ſpectare*, pro *exſpectare* poſteriore loco mavult Ant. Auguſtinus. quod quidem non video cur malit: non enim hic agitur de ſpectando, ſed de exſpectando: ſpectantur enim, quæ ſub aliorum judicium veniunt: leges autem non veniunt ſub judicium, ſed ipſæ (id eſt judices, qui ſunt viva lex) de aliis judicant. qui autem in mortis periculo verſatur, non exſpectat legum auxilium, quod abeſt; ſed ſibi ipſe auxiliatur armis præſentibus, legibus probantibus, quod naturâ æquiſſimum eſt: quod autem hoc ſentiat Cicero, præter naturæ ſenſum, oſtendunt etiam illa duo verba *ante quam*, ad exſpectandum, non ad ſpectandum accommodata. *Urſin.*

27. *Quæ non modò hominem occidi &c.*] Dictio *modò* ſententiæ nubeculam offundit. itaque reſcribit Gulielmius, *qua non omni modò*. Lambinus eam vocem delet. & verò abeſt exemplari Baſilicæ Colonienſis. perſtat tamen in Palatinis novem & Gruteriano. *Grut.* *Non modo.*] Eſt *non modo non*, ut ſæpe Cicero. Exempla colligit Muretus in Variis & aliis. Cicero hinc argumentatur, eſſe cædem quandam licitam, quia cum telo eſſe concedat ſe defendendi cauſsâ, non autem alium inſidiis occidendi. *Gravius.*

28. *Cauſa non telum.*] Lex non ſimpliciter vetat eſſe *cum telo*; ſed conjunctè, *hominis occidendi cauſâ* Hotom.

29. *Contra rempublicam eſſe factam.*] Duobus modis Senatus factum aliquod improbabat. ſi vel factum ipſum *contra rempublicam eſſe*, vel eum qui feciſſet *in hoſtium numero ducendum eſſe* decerneret. prior formula verbis tenus levior erat, cum in re nihil eſſet diſcriminis. Vide in Piſonianam notas. Cic. lib. II. epiſtol. ad Quintum Fratrem: *S. C. factum eſt, ea, quæ facta, eſſent ad* VIII. *Idus*

Illam verò ſenatus non ſententiis ſuis ſolùm, ſed etiam ſtudiis comprobavit. Quoties enim eſt illa cauſa à nobis acta in ſenatu? quibus aſſenſionibus univerſi ordinis? quàm nec tacitis, nec occultis? Quando enim frequentiſſimo ſenatu quattuor ac ſummum quinque ſunt inventi, qui Milonis cauſam non probarent? (*d*) [30] declarant hujus ambuſti tribuni plebis illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiam invidioſè [k] criminabatur, cùm diceret, ſenatum non quod ſentiret, ſed quod ego vellem, decernere. Quæ quidem ſi potentia eſt appel-

k cui minabatur *MS*.

ASCONIUS.

(*d*) VERS. A PRIMO. *Declarant hujus ambuſti tribuni pl. illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiam invidioſe criminabatur.*] T. Munatius Plancus & Q. Pompejus Rufus, tribuni pl. de quibus in argumento hujus orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni & Hypſæo ſtuderent, concionati ſunt eo ipſo tempore, plebemque in Milonem accenderunt, quo, propter Clodii corpus, curia incenſa eſt: nec prius deſtiterunt, quam flammâ ejus incendii fugati ſunt è concione. erant enim tunc Roſtra non eo loco, quo nunc ſunt, ſed ad Comitium, prope juncta curiæ. ob hoc T. Munatium ambuſtum Tribunum appellat. fuit autem paratus ad dicendum.

Idus contra rempublicam eſſe facta. Livius lib. III. *In reliquum magiſtratus continuari, & eosdem Tribunos refici, judicare Senatum contra rempublicam eſſe.* Idem libro IX. *Coitiones honorum adipiſcendorum cauſſâ factas adverſus rempublicam eſſe.* Et lib. XV. *Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent, vimque eam contra rempublicam pernicioſo exemplo factam Senatus decerneret.* Vide Briſſonium lib. II. Formul. *Abram.*

30. *Declarant hujus ambuſti tribuni plebis.*] Munacius Plancus & Pompejus Rufus tribuni pl. concionibus ſuis plebem in Milonem accenderunt. Itaque orta ſeditione, cum Clodii corpus cremaretur, curia incenſa eſt: nec prius deſtiterunt quam ejus incendii flammâ concione fugati ſunt. *Hotom.* Titi Munatii Planci Burſæ, qui curiam incendit, e cujus incendio vix effugit ſemivivus. ambuſtum appellat, alludens partim ad incendium curiæ, tum per jocum ad illos Ambuſtos, qui quondam in republica floruerant. nonnunquam enim Marc. Tullius adverſariis ab aliquo vitio cognomen accerſit, quod illuſtre fuerat in veteri republica, ut cum Calenus Calatinus a calatis granis ſive egeſtate, Gabinius Cincinnatus Conſul a cirrhis cincinnorumque fimbriis nominatur. *Abram.* Ambuſti dicebantur proprie, quos fulmen adflavit tantum, nec interfecit, aut etiam cujus partem aliquam combuſſerat fulmen. Inde & Fabius ille Ambuſtus dictus eſt, a quo Fabiorum Ambuſtorum familia. Salmaſ. Exercitat. Plin. p. 590. editionis Trajectinæ, ubi vide plura. *Grav.*

31. *Hanc*

pellanda potiùs, quàm [l] propter magna in rempublicam merita mediocris in bonis cauſis auctoritas, aut propter [m] officioſos labores meos nonnulla apud bonos gratia: appelletur ita ſanè, dummodò eâ nos utamur pro ſalute bonorum contra amentiam perditorum.

[l] aut propter MS. Lamb.
[m] hos offic. MSS.

[31] Hanc verò quæſtionem, etſi non eſt iniqua, num- 13
quam tamen ſenatus conſtituendam putavit. erant enim leges, erant quæſtiones, vel de cæde, vel de vi: nec tantum mærorem ac luctum ſenatui mors P. Clodii afferebat, ut P. CIV. nova quæſtio conſtitueretur. Cujus enim de illo inceſto ſtupro [32] judicium decernendi [n] poteſtas ſenatui eſſet erepta: de ejus interitu quis poteſt credere ſenatum judicium novum conſtituendum putaſſe? (e) Cur igitur incen-

[n] ita MSS. alii ſenatui præponunt.

ASCONIUS.

(e) Paulo post. *Cur igitur incendium curiæ, oppugnationem ædium M. Lepidi, cædem hanc ipſam, contra remp. ſenatus factam eſſe decrevit.*] Poſt biduum medium quam Clodius occiſus erat interrex primus proditus eſt M. Æmilius Lepidus. non fuit autem moris ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi. ſed Scipionis & Hypſæi factiones, quia recens invidia Milonis erat, cum contra jus poſtularent, ut interrex ad comitia conſulum creandorum deſcenderet, idque ipſe non faceret, domum ejus per omnes interregni dies (fuerant autem ex more quinque) obſederunt: deinde, omni vi janua expugnatâ, & imagines majorum dejecerunt, & lectulum adverſum uxoris ejus Corneliæ, cujus caſtitas pro exemplo habita eſt, fregerunt: itemque telas, quæ ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. poſtque ſupervenit Milonis manus & ipſa poſtulans comitia: cujus adventus fuit ſaluti Lepido: in ſe enim ipſæ converſæ ſunt factiones inimicæ, atque ita oppugnatio domûs interregis omiſſa eſt.

---

31. *Hanc vero quæſtionem.*] Quæſtio eſt judicium publicum, quod tum exercebat Prætor, qui hujus vel illius criminis, ut adulterii, de vi quæſtionem erat ſortitus. Cognitio erat judicium extraordinarium, cum aut crimen eſſet atrocius, quam ut ordinariâ pœnâ in id animadverteretur, aut tale crimen eſſet, de quo nulla lex erat lata. Antequam quæſtiones perpetuæ conſtitutæ erant a Sulla, in criminibus Quæſitores legebantur a Senatu: ſed poſt conſtitutas Quæſtiones perpetuas, quilibet Prætor quærebat de crimine, cujus quæſtionem ſorte erat conſecutus. Hinc Cicero conqueritur hoc judicium de cæde Clodii cum eſſet ordinarii juris, & deberet agitari coram Prætore, qui de cæde illius anni quærebat, in extraordinarium judicium eſſe converſum, Quæſitore conſtituto a Senatu. *Gravius.*

32. *Judicium decernendi.*] Decrevit quidem Senatus quæſtionem de pollutis ſacris, Suet. Jul. VI. & rem ad Pontifices & Veſtales rejecit, vid. Cic. 1. ad Attic. ep. 10. ſed ideo dicitur hic ei erepta

 fuiſſe

cendium curiæ, oppugnationem ædium M. Lepidi, cædem hanc ipſam, contra rempublicam ſenatus factam eſſe decrevit? Quia nulla vis umquam eſt in libera civitate
14 ſuſcepta inter cives, non contra rempublicam. 33 Non enim eſt illa defenſio contra vim umquam optanda: ſed nonnumquam eſt neceſſaria. niſi verò aut ille dies, in quo Ti. Gracchus eſt cæſus, aut ille, quo Cajus, 34 aut quo arma Saturnini oppreſſa ſunt, etiam ſi è republica, rempublicam tamen non vulnerarunt.

ITAQUE 35 ego ipſe decrevi, cùm cædem in o Appia factam eſſe conſtaret, non eum, qui ſe defendiſſet, contra rempublicam feciſſe: ſed, cum p ineſſet in re vis & inſidiæ; crimen judicio reſervavi, rem notavi. (ſ) Quod ſi per furioſum illum tribunum ſenatui, quod ſen-

o via Appia *Lamb. & alii.*
p ineſſent *MS.*

ASCONIUS.

(ſ) PAULO POST. *Quod ſi per furioſum illum tribunum pl. ſenatui, quod ſentiebat, perſicere licuiſſet: novam quaſtionem nunc nullam haberemus. decernebat enim, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur diviſa ſententia eſt, poſtulante neſcie quo. (nihil enim neceſſe eſt omnium flagitia proferre.) ſic reliqua auctoritas ſenatûs, empta interceſſione, ſublata eſt.*] Quid ſit *dividere ſententiam*, ut enarrandum ſit, veſtra ætas, filii, facit.

Cum

---

fuiſſe poteſtas decernendi, quia rem ad Pontifices & Veſtales rejecerat, conſtitueret ex Pontificum & Veſtalium ſententia judices a Prætore in hanc quæſtionem eſſe legendos vide ſequentem epiſtolam ibidem. quo minus tamen ea quæſtio conſtitueretur Clodiani ſua factione impediverunt, Cicerone teſtante epiſtola 11. lib. 1. vide & epiſt. 13. Erepta eſt igitur poteſtas Senatui, non abſolute decernendi novam quæſtionem, eam enim decreverat, ſed faciendi ut ea quæſtio populi ſuffragiis probaretur. non enim ut volebat Senatus judices a Prætore lecti ſunt, quorum conſilio Prætor uteretur, ſed judicum genus ita mutatum eſt, ut non Prætoris arbitrio legerentur, ſed multis propoſitis poteſtas tum actori, tum reo rejiciendi, quos videretur. vide eandem epiſtolam. *Abram.*

33. *Non enim eſt illa defenſio &c.*] Δεικτικῶς, de qua ſcilicet paullò ante egit. antea erat *ulla*. ſed ſic non eſt in Pall. in Werdenſi. *Gruter.*

34. *Aut quo arma Saturnini oppreſſa ſunt, etiamſi è repub. &c.*] Baſilicanus non habet *quo*; & delendum cenſet Gulielmius, legendumque totum hoc colon ex cod. & Werdenſi, paullo aliter collocatis verbis; *aut armis Saturnini etiamſi è rep. oppreſſa ſunt, remp. &c.* Grut.

35 *Ego ipſe decrevi.*] Hoc eſt, ego ſic ſtatuo, ipſe ſic judico & exiſtimo. Terent. Heaut. I. I. 95.

De-

entiebat, perficere licuiſſet, [36] novam quæſtionem nunc nullam haberemus. decernebat enim, ut veteribus legibus tantummodò extra ordinem quæreretur. [37] Diviſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo. nihil enim ne-

q nunc deeſt in MS.

ASCONIUS.

Cum aliquis in dicenda ſententia duas pluresve res complectitur: ex ſi non omnes probantur, poſtulatur ut dividat, id eſt, ut de rebus ſingulis referatur. (Forſitan nunc hoc quoque velitis ſcire, qui fuerit, qui poſtulaverit, quod non ferat auditor.) Non eſt ei, qui hoc poſtulat, oratione longa utendum, ac ne conſurgendum quidem utique eſt: multi enim ſedentes hoc unum verbum pronunciant, *divide:* quod cum auditum eſt, liberum ei, qui facit orationem, dividere. Sed ego, ut curioſius ætati veſtræ ſatisfaciam, acta etiam totius illius temporis perſecutus ſum: in quibus cognovi, pridie Cal. Mart. S. C. eſſe factum, P. Clodii cædem, & incendium curiæ, & oppugnationem ædium M. Lepidi contra remp. factam: ultra relatum in acta illo die nihil: poſtero die, id eſt, Cal. Mart. Munatium in concione expoſuiſſe populo, quæ pridie acta erant in ſenatu: in qua concione hæc dixit ad verbum. Q. HORTENSIUM dixiſſe *ut extra ordinem quæreretur: apud quæſitorem æſtimare futurum, ut, cum puſillum ediſſet dulcedinis, largiter acerbitatis devoraret. adverſus hominem ingenioſum ingenio uſi ſumus: invenimus Fuſium, qui diceret, divideret ſententiam. reliquæ parti ego & Salluſtius interceſſimus.* Hæc concio, ut puto, explicat, & quid ſenatus decernere voluerit, & quis diviſionem poſtulaverit, & quis interceſſerit, & cur illud vos meminiſſe non dubito, per Q. Fuſium illo quoque tempore, quo de inceſtu P. Clodii actum eſt, factum, ne à ſenatu aſperius decerneretur.

Decrevi tantiſper me minus injuria,
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer.

Hoc eſt, ego ſic ſentio, ego ſic mihi perſuaſi, me minus injuriæ facerem filio, quem expuli, ſi & ipſe miſer fio. Cic. III. ad Attic. X. *Quod aut in me ipſo ſatis conſilii eſſe decrêras.* Sic & *crevi*, apud Plaut. Ciſt. I. I.

Cum ego ante id hac te amavi, & mihi amicam eſſe crevi. Græv.

36. *Novam quæſtionem nunc nullam haberemus.*] In Erfurt. non legitur *nunc* & poteſt abeſſe, ſine ullo incommodo. Paullo poſt idem codex inſerit *me* in his verbis, *Nihil enim neceſſe eſt omnium me flagitia proferre*, quod in aliis libris negligitur, in ſuo tamen etiam reperit Fr. Fabritius. *Græv.*

37. *Diviſa ſententia eſt.*] Quid ſit dividere ſententiam oſtendit his verbis, quæ in vulgatis mire perturbata ſic repono: *Cum aliquis in dicenda ſententia duas plureisve res complectitur, ſi non omnes ea probantur, poſtulat ut dividantur, id eſt de rebus ſingulis referatur. non eſt autem ei qui hoc poſtulat longa oratione utendum, ac ne conſurgendum quidem utique eſt, multi enim ſedentes hoc unum verbum pronuntiant.* DIVIDE. hactenus clare, quod ſequitur obſcurius: *Quod cum auditum eſt, liberum ei qui facit orationem dividere.* Quid enim? Senator orationem habens dividere non poterit, niſi id ab

necesse est omnium [r] flagitia proferre. sic reliqua auctoritas senatûs [s] empta intercessione sublata est.

15 At enim Cn. Pompejus rogatione sua & de re, & de causa judicavit. tulit enim de cæde, quæ in Appia [t] via facta esset: in qua P. Clodius occisus [v] fuit. Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur. Quid porrò quærendum est? factumne sit? At constat. à quo? [38] At patet. [x] Vidit, etiam in confessione facti, juris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi vidisset, posse absolvi eum, qui fateretur: cùm videret nos fateri; neque quæri umquam jussisset, nec vobis tam salutarem hanc in judicando litteram quàm illam tristem dedisset. Mihi verò Cn. Pompejus nòn modò nihil gravius contra Milonem judicasse, sed etiam statuisse videtur, quid vos in judicando spectare oporteret. Nam qui non pœnam [y] confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitûs quærendam, non

16 interitum putavit. [39] Jam illud dicet ipse profectò, quod sua

r me flag. *MS.*
s inepta *MS.*
t via *deest in MS.*
v s amb. est *alii* esset.
x Vidit igitur, & *alii.* P. B.
y defensioni *MS.*

ab alio suggeratur? sed hanc nebulam magis excitare possim quam dissolvere. Seneca ep. XXI. *Quod in Senatu fieri solet, faciendum esse in philosophia quoque existimo. cum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere sententiam, & sequor.* huc allusit & libro de Beata Vita ad Gallionem: *Est & mihi censendi jus. itaque aliquem sequar, aliquem jubebo sententiam dividere.* Tullius lib. I. ad Familiares epist. 2. *Itaque, cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, ut tres legati Regem reducerent: secunda Hortensii ut tu sine exercitu reduceres, tertia Volcatii ut Pompejus reduceret: postulatum est ut Bibuli sententia divideretur. quatenus de religione dicebat, ei rei quia jam obsisti non poterat. Bibulo assensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.* Plinius Junior lib. VIII. epist. 14. *Quid? lex non aperte docet dirimi debere sententias occidentis & relegantis, cum ita discessionem fieri jubet: qui hac sentitis in hanc partem, qui alia omnia in illam partem ite.* sed hæc ab aliis jam tractata fusius erat in animo præterire. *Abram.*

38. *At patet.*] *Paret*, non *patet*, legi in libro vetusto, & legendum esse annotavi in Tuscul. I. *Fr. Fabritius.* Proxime accedit Erfurtensis, *in quo ut apparet.* Sed *paret* proprium est in hac re verbum, pro liquet, patet. vide Brissonii Formularum lib. v. *Gravius.*

39. *Jam illud dicet ipse profectò.*] Miro artificio, dum ostendere nititur caussæ nihil fuisse, cur de cæde Clodii novam institueret quæstionem Pompejus, ipsius conscientiam testatur, & ipsius factum excusat. Jam illud dicet ipse Pompejus profectò, utrum hanc quæstionem, quam sua sponte, nulla Senatûs auctoritate compulsus, decrevit, ideo decrevit, quod cædem Clodii damnaret, an potius quod tempori putaret esse serviendum, & placandos hac quæstionis institutione plebis animos, qui in seditionem exar-

ua ſponte fecit, Publione Clodio tribuendum [z] putarit, z putaverit MS. & alii. puter Grut.
n tempori.

VII. [a] Domi suæ [40] nobiliſſimus vir, ſenatûs pro- a Domui MS.
pugnator, atque, illis quidem temporibus, pæne patronus, [41] avunculus hujus noſtri judicis, fortiſſimi viri, M. Catonis, tribunus plebis M. Druſus, occiſus eſt. Nihil de ejus morte populus conſultus, nulla quæſtio decreta à ſenatu eſt. Quantum luctum in hac urbe fuiſſe à noſtris patribus accepimus, cùm P. Africano domi ſuæ quieſcenti illa nocturna vis eſſet illata? quis tum non gemuit? quis non arſit dolore? quem immortalem, ſi fieri poſſet, omnes eſſe cuperent, ejus ne [42] neceſſariam quidem expectatam eſſe mortem?

Num igitur ulla quæſtio de Africani morte lata eſt? 17
certè nulla. Quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obſcuri necantur. Interſit inter vitæ dignitatem ſummorum atque infimorum. mors quidem illata per ſcelus iisdem & pœnis teneatur & legibus. [43] Niſi fortè magis erit parricida, ſi [b] quis conſularem patrem, quàm b qui MSS.
ſi quis humilem [c] necaverit: aut eo mors atrocior erit c necarit iid. MSS.

P.

arſerant, & evellendam ſuſpicionem, quæ in imperitorum animis inſidere potuiſſet, Pompejum non bona fide in gratiam cum Clodio rediiſſe. *Abram.*

40. *Nobiliſſimus vir.*] Vellejus libro II. *M. Livius Druſus, vir nobiliſſimus, eloquentiſſimus, ſanctiſſimus.* Appianus I. Civil. Ἀνὴρ ἐπιφανέςατος ἐν γένει. *Vir genere illuſtriſſimus.* De Liviæ gentis nobilitate vide Tranquillum Tib. cap. 3. *Idem.*

41. *Avunculus hujus noſtri judicis.*] Placet, ut vox *judicis* deleatur: nam Cato hic dixit pro Milone, ut conſtat ex Aſconio & Quinctiliano in lib. IV. *Urſin.*

42. *Neceſſariam mortem.*] Neceſſaria mors eſt naturalis, cum naturæ debitum perſolvimus. Sic aſtrorum ordinem ac motum a natura conſtitutum Philoſophi vocant *neceſſarium.* Sic *neceſſitas* ſimpliciter eſt natura. Phædrus: *Facit parentes bonitas non neceſſitas*, id eſt, ordo naturæ. Nimirum ut ait Chariſius apud Rutilium Lupum, *nullo conſilio liberos generamus.* Pro quo Statius dicit: *natos genuiſſe neceſſe eſt.* J. Fr. Gronov. Obſervat. II. 2. ubi vide plura.

43. *Niſi forte magis erit patricida.*] Ne quis me putet pro meo jure ita edi juſſiſſe, *patricida*, cum vulgo legatur, *parricida*, confirmo ita eſſe ſcriptum in libris Memm. & Cleric. natum errorem eſſe puto ex nomine *paricida. paricida* autem is eſt, qui qualemcumque hominem occiderit, inquit Feſtus: idque probat verbis legis Numæ Pompilii, quæ ſunt, *Si quis hominem liberum dolo ſciens morti duit, paricida eſto:* dictus fortaſſe, quod parem occidat. omnes enim homines pares ſunt naturâ inter ſe. *Lamb.*

44. *Equi-*

P. Clodii, quòd is in monumentis majorum ſuorum ſit interfectus. hoc enim ſæpe ab iſtis dicitur. perinde quaſi Appius ille Cæcus viam munierit, non quâ populus uteretur, ſed ubi impunè ſui poſteri latrocinarentur.

18 Itaque in [d] eadem iſta Appia via, cùm ornatiſſimum
d iſta ead. 44 equitem Románum P. Clodius [e] M. Papirium occidiſ-
MS. Pith. ſet, non fuit illud facinus puniendum. homo enim no-
e Magi- bilis in ſuis monumentis equitem Romanum occiderat.
ſtrum *MS. id.* Nunc ejuſdem Appiæ nomen 45 quantas tragœdias exci-
P. CV. tat? quæ cruentata anteà cæde honeſti atque innocen-
tis viri ſilebatur, eadem nunc crebrò uſurpatur, poſtea-
f in parr. quàm latronis [f] & parricidæ ſanguine imbuta eſt. Sed
MS. quid ego illa commemoro? comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſervus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompejum interficiendum collocarat. extorta eſt confitenti ſica de manibus. caruit foro poſteà Pompejus: caruit ſenatu: caruit publico. januâ ſe ac parietibus, non jure legum judiciorumque texit.

19 Num quæ rogatio lata? num quæ nova quæſtio decreta eſt? Atqui, ſi res, ſi vir, ſi tempus ullum dignum fuit, certe hæc in illa cauſa ſumma omnia fuerunt. Inſidiator erat in foro collocatus atque in veſtibulo ipſo ſenatus: ei viro autem mors parabatur, cujus in vita nitebatur ſa-

lus

44. *Equitem Romanum. P. Clodius M. Papirium occidiſſet.*] Viſum fuit revocare quod legebatur in Werdenſ. & Hittorp. liquido enim patet in P. Clodii appellatione emphaſin quæſitam. & alioquin nomen iſtud præfert etiam liber Erfurdienſis. mirandum ſolummodo abeſſe noſtris Pall. Italicis. *Gruter.*

45. *Quantas tragœdias excitat.*] Quam tragice exaggeratur. ita Plautus in Pſeudolo:

Illic homo eſt, vide ut paratragœdiat carnufex.

Demoſthenes pro Corona: *Οὐκ ἂν αὐτὸν οἶμαι τοιαῦτ' εἰπεῖν, οὐδ' ἂν οὕτως ἐπαχθεῖς λόγους πορίσασθαι, ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ βοῶντα, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ἀρετὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα. Non enim puto talia dicturum fuiſſe, neque tam odioſos ſermones exhibiturum, ut in tragœdia vociferantem o ſol, o terra, o virtus! &c.* Quod Nazianzenus epiſt. quadam ad Baſilium præ oculis videtur habuiſſe: *Ὦ γῆ καὶ ἥλιε, ἀὴρ καὶ αἰθήρ. τραγῳδήσω γάρ τι μικρόν. O terra & ſol. aër & æther! tantiſper enim paratragœdiabo.* Demoſth. Orator oratione de falſa Legatione: *Ποῦ ἅλες; ποῦ τράπεζαι; ποῦ σπονδαί; ταῦτα γὰρ ἐτραγῴδει περιιών. Ubi mola ſalſa? ubi menſa? ubi libationes? hæc enim circuiens tragice exaggerat.* Fabius lib. VI, cap. 1. *In parvis quidem litibus has tragœdias movere tale eſt, quale, ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis.* E. II. de Oratore expreſſum. *Abram.*

46. Quo

jus civitatis: eo porrò reipublicæ tempore, 46 quo ſi unus
ille g occidiſſet, non hæc ſolùm civitas, ſed gentes omnes g cecidiſ-
concidiſſent. niſi h fortè, quia perfecta res non eſt, non ſet MS.
fuit punienda: perinde quaſi exitus rerum, non homi- h vero
num conſilia legibus vindicentur. minùs dolendum fuit re MS.
non perfecta, ſed puniendum certè nihilo minùs. 47 Quo- 20
ties i ipſe, judices, ex P. Clodii telis & ex cruentis ejus i ego ipſe,
manibus effugi? ex quibus ſi me non mea, vel reipubli- alii.
cæ fortuna ſervaſſet, quis tandem de interitu meo quæ-
ſtionem tuliſſet?

VIII. SED STULTI ſumus, qui Druſum, qui Afri-
canum, Pompejum, noſmetipſos, cum P. Clodio con-
ferre audeamus. tolerabilia fuerunt illa: P. Clodii mor-
tem æquo animo nemo ferre poteſt. luget ſenatus: mæ-
ret equeſter ordo: tota civitas confecta ſenio eſt: ſqua-
lent municipia: afflictantur coloniæ; agri denique ipſi
tam beneficum, tam ſalutarem, tam manſuetum civem
deſiderant. 48 Non fuit ea cauſa, judices, k profectò non 21
fuit, cur ſibi cenſeret Pompejus quæſtionem ferendam: P. B.
ſed homo ſapiens, 49 & alta l & divina quadam mente k in multis
præ- deeſt pro-
fectò.
l ita MSS.

46. *Quo ſi unus ille occidiſſet.*] Erfurt. *quo ſi unus ille cecidiſſet.* Videtur id hoc loco ἐμφατικώτερον, quia ſequitur, *non hac ſolum civitas, ſed omnes gentes concidiſſent.* Mox idem codex, *niſi forte*, pro quo editi, *niſi vero*: nec non paullò poſt idem codex & Lambini editio, *ſed pœniendum certe* pro vulgato *puniendum.* & ſtatim, *Quoties ego ipſe.* In vulgatis deſideratur. *ego.* Mox idem, *ex quibus ſi me non vel mea.* Ab editis *vel* quoque abeſt. *Gravius.*

47. *Quoties ego ipſe.*] Ter videtur inſidiis Clodii appetitus. primo antequam ex urbe pelleretur. deinde paullo poſt quàm in urbem rediit. denique paulo ante quàm hæc haberetur oratio. ſic enim infra de Clodii ſica loquitur: *Hac intentata nobis eſt, &c. hac eadem longo intervallo converſa rurſus eſt in me: nuper quidem ut ſatis me ad Regiam pene confecit.* vide locum. *Abram.*

48. *Non fuit ea cauſa, judices.*] Hic in utroque manuſcripto additur, *profecto.* Et ſtatim, *Sed homo ſapiens, & alta, & divina quadam mente præditus.* Fr. Fabritius. Alius ordo horum verborum eſt in Erfurtenſi & melior: *Non fuit ea cauſa, judices, profecto non fuit.* In multis editis *profecto* plane deſideratur. *Grav.*

49. *Et alta quadam mente præditus.*] Hic quoque Erfurtenſis auctior eſt duabus vocibus, quæ procul dubio Ciceronis ſunt, ſed quas alii neglexerunt perperam Sic enim in illo ſcribitur: *& alta & divina quadam mente præditus.* Altam mentem Polybius vocat βαθύτητα τῆς ψυχῆς. Quintilianus in Declamat. *profunda mentis conſilia.* Salluſtius *altitudinem ingenii*, qua qui præditus eſt Græcis dicebatur βαθυγνώμων. Vide Suidam. Fr. Fabritius in duo-

prædítus, multa vidit; fuiſſe ſibi illum inimicum, familiarem Milonem. in communi omnium lætitia ſi etiam ipſe gauderet, timuit, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. multa etiam alia vidit, ſed illud maximè: quamvis atrociter ipſe tuliſſet, vos tamen fortiter judicaturos. Itaque [m] delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina: [50] neque verò, quod nonnulli dictitant, ſecrevit in judicibus legendis amicos meos. neque enim hoc cogitavit vir juſtiſſimus, neque in bonis viris legendis id aſſequi potuiſſet, etiamſi [n] cupiiſſet. non enim mea gratia familiaritatibus contineretur, quæ latè patere non poſſunt, propterea quòd conſuetudines victûs non poſſunt eſſe cum multis. ſed, ſi quid poſſumus, ex eo poſſumus, quòd [51] reſpublica nos conjunxit cum bonis. ex quibus ille cùm optimos viros legeret, idque maximè ad fidem ſuam pertinere arbitraretur, non potuit legere non ſtudioſos mei.

[m] elegit *MS.*

[n] cupiſſet *Lamb.*

22 [52] Quòd verò te, L. Domiti, huic quæſtioni præeſſe maximè voluit, [53] nihil quæſivit aliud, niſi juſtitiam, gra-

duobus ſuis codicibus reperit quoque *& divina*, & id recepiſſe jam olim Lambinum poſt deprehendi. Recepiſſet quoque Gruterus, ſi aut Erfurtenſem codicem, aut Franciſci Fabritii notas vidiſſet. *Græv.*

50. *Neque vero, &c. ſecrevit in judicibus legendis amicos meos.*] Adverſarii, ut Pompejum a cauſſa Milonis alienum eſſe oſtenderent, jactabant in vulgus, ita ſelectos fuiſſe judices a Pompejo, ut in eorum delectu Ciceronis amicos ſecreverit, nec eorum quemquam voluerit de Milonis cauſſa cognoſcere. Cicero ut objectionem hanc refellat, diſtinguit familiares ab amicis, & judices amicos ſuos eſſe dicit, quamvis non adeo familiares eſſe videantur. *Abram.*

51. *Reſp. nos conjunxit cum bonis.*] Eſt à Turing. & Werdenſ. nam prius cuſi *cum multis.* falſò. illum verò reſp. dijunxerat à multis, hoc eſt, ſi Latinè loqui volumus, à malis; ut annotarat Gulielmius. erat in Fabriciano, *cum multis equitibus*; adeo ut pateat alterum manaſſe à librariis. *Gruter.*

52. *Quod verò te, L. Domiti, &c.*] Ita Aſconius, ita mſſ. noſtri, non *Cn.* cui etiam controverſiam movet Andr. Schottus lib. III. Nodor. cap. 3. *Idem.*

53. *Nihil quæſivit aliud niſi juſtitiam.*] Una judicis virtus eſt juſtitia, ut neque perſonas ſpectet, neque blanditiis aut precibus molliatur, aut ſe corrumpi patiatur. Vide Chryſippum apud Gellium lib. XIV. cap. 4. Nam ea demum vera judicis virtus eſt veritatem & juſtitiam intueri. Plato in apologiæ exordio: *Hoc ſpectandum, hoc advertendum juſtane dicam an ſecus. hæc enim judicis eſt virtus. at oratoris, vera proferre.* Unde & apud Ægyptios judices ferebant inſigne veritatis. Vide Diodorum lib. I. Bibliothe-

gravitatem, humanitatem, fidem. tulit, ut conſularem neceſſe eſſet: credo, quòd principum munus eſſe ducebat, reſiſtere & levitati multitudinis, & perditorum temeritati. ex conſularibus te creavit potiſſimum. (g) dederas enim, quàm contemneres populares inſanias, jam ab adoleſcentia documenta maxima.

IX. QUAMOBREM, judices, ut aliquando ad cauſam crimenque veniamus: ſi neque omnis confeſſio facti eſt inuſitata; neque de cauſa quidquam noſtra aliter, ac nos vellemus, à ſenatu judicatum eſt: & lator ipſe legis, cùm eſſet controverſia nulla facti, juris tamen diſceptationem eſſe voluit: & electi judices, o 54 & iſti præpoſitus quæſtioni, qui hæc juſtè ſapienterque diſceptet: reliquum eſt, judices, ut nihil jam aliud quærere debeatis, niſi uter utri inſidias fecerit. quod quo faciliùs argumentis perſpicere poſſitis, rem geſtam vobis dum breviter expono quæſo diligenter attendite. 23 o isque præp. alii. P. CVI.

P. Clodius cùm ſtatuiſſet omni ſcelere in prætura vexaré rempublicam, videretque 55 ita p tracta eſſe comitia an- 24 p tractata MSS.

ASCONIUS.

(g) De L. Domitio dicit. *Dederas enim, quam contemneres populares inſanias, jam ab adoleſcentia documenta maxima.*] Conſtantiam L. Domitii, quam in prætura præſtitit, ſignificat.

Nam eo tempore, cum Cn. Manlius, tribunus pl. ſubnixus libertinorum & ſervorum manu, perditiſſimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus ſuffragium eſſet, idque per tumultum ageret, & Clivum Capitolinum obſideret, diſcuſſerat perruperatque cœtum Domitius, ita ut multi Manlianorum interficerentur. quo facto & plebem infimam offenderat, & ſenatûs magnam gratiam inierat.

---

thecæ & Ælianum XIV. Var. Hiſt. 34. Plutarchus de Iſide & Oſiride: *Apud Thebas imagines erant judicum, manibus deſtitutæ. Prætoris effigies etiam oculis connivens, quod juſtitia nullis aut muneribus aut precibus flectatur.* Abram.

54. *Et iſti præpoſitus quæſtioni.*] *Isque præpoſitus quæſtioni* uterque manuſcriptus, recte. *Fr. Fabritius.* Accedit Erfurt, quamvis corrupte in illo ſcribatur *hisque* pro *isque*. Merito id ante recepit Lambinus monitu Fr. Fabritii, diſcipuli ſui, qui cum eo duorum codicum ſuorum lectiones communicarat. *Grævius.*

55. *Ita tracta eſſe comitia.*] De die in diem dilata, adeo ut Conſules Domitius Calvinus & Valerius Meſſala ſeptimo menſe vix tandem inierint Conſulatum: quod etiam in comitiis Prætoriis videtur contigiſſe: ut quinque menſes ad ſummum geſſerint præturam. vide Dionem lib. XL. *Abram.*

56. Non

anno ſuperiore, ut non multos menſes præturam gerere poſſet: qui non honoris gradum ſpectaret, ut ceteri, ſed & L. Paullum collegam effugere q vellet, ſingulari virtute civem & annum integrum ad dilacerandam rempublicam quæreret: ſubitò reliquit annum ſuum, r ſeque in annum proximum tranſtulit, 56 non s religione aliqua, ſed ut haberet, quod ipſe dicebat, ad præturam gerendam, hoc eſt, ad evertendam rempublicam, plenum annum atque integrum.

25 t Occurrebat, mancam ac debilem præturam ſuam futuram, conſule Milone: eum porrò ſummo conſenſu populi Romani conſulem fieri videbat. contulit ſe ad ejus competitores: ſed ita, totam ut petitionem ipſe ſolus, etiam invitis v illis, gubernaret: tota ut comitia ſuis, ut dictitabat, humeris ſuſtineret. convocabat tribus: ſe interponebat: 57 Collinam novam, delectu perditiſſimorum ci-

q vellet *deest in MS.*
r ſeſeque *MS.*
s ut fit, rel. *Grav.*
t Occur. ei *Grav.*
v ut gub. *MS.*

56. *Non religione aliqua.*] *Non, ut fit, religione aliqua* legitur in duobus manuſcriptis. Obſtrictos enim religione, cujus obſervantiſſimi Romani jam inde a primis temporibus fuerunt, multos legitimum annum petendorum magiſtratuum relinquere conſueſſe oſtendit. *Fabrit.* Erfurt. *non, ut ſit, religione aliqua* quod Lambinum monitu Fabritii recepiſſe animadverti, quod & ipſe feci. Pith. omiſit *ſit*, in quo legitur, *non ut religione aliqua*. Grav.

57. *Coloniam novam delectum perdidiſſ.*] Hæc eſt vulgata lectio, à qua vetus diſcrepat. Nam in utroque manuſcripto ita legitur: *Collinam novam dilectu perditiſſimorum civium conſcribebat*, quorum verborum ſententia aperta eſt: hoc enim ſignificant, Clodium, dilectu civium perditiſſimorum habito, eos in certum numerum redegiſſe, ut nova tribus *Collina* (quam unam ex quatuor urbanis fuiſſe nemo eſt qui neſciat) efficeretur. Itaque nihil neceſſe eſt comminiſci coloniam, quam Clodius, ſi prætor factus eſſet, deducturus fuerit. *Fr. Fabritius.* Magna profecto gratia debetur libris veteribus, & in primis ei, quo uſus eſt Fr. Fabritius Marcoduranus, a quo duo noſtri, quibus nunc uſi ſumus, non diſcrepant. Nam vulgati mendoſe habent, *Coloniam novam, delectum perd. civium ſcrib.* Corruperant ſcilicet libros manuſcript. ſemidocti homines: vel ſatis docti quidem illi, ſed plus nimio ſibi arrogantes: qui, quæ non ſatis intelligebant, mutabant. Fuit autem Collina tribus una ex quattuor urbanis, dicta, opinor, a porta Collina, quam commemorat T. Livius lib. V. Annal. his verbis: *Sive irâ, ſive ardore animorum ingreſſi poſtero die urbem, patente Collina porta in forum perveniant, circumferentes oculos ad templa deûm, arcemque ſolam belli ſpeciem tenentem.* Lamb. *Collinam novam delectu perd. civ. conſcrib.*] Debetur codicibus Ahalæ, Werdenſ. & Fabriciano. prius erat *Coloniam novam. delectum* &c. illud *Collinam* firmant item Pall. plerique, quorum tamen non-

civium conſcribebat. Quanto ille plura miſcebat, tanto
hic magis in dies convaleſcebat. Ubi vidit homo, ad omne
facinus paratiſſimus, fortiſſimum virum, inimiciſſimum
ſuum, certiſſimum conſulem, idque intellexit non ſolùm
ſermonibus, ſed etiam ſuffragiis populi Romani ſæpe eſſe
declaratum: palàm agere cœpit & aperte dicere, occi-
dendum Milonem.

26 Servos agreſtes & barbaros, quibus ſilvas publicas de-
populatus erat Etruriamque vexarat, ex Apennino de-
duxerat, quos videbatis. res erat minimè obſcura. etenim
palàm dictabat, conſulatum Miloni eripi non poſſe: vi- P. B.
tam poſſe. ſignificavit hoc ſæpe in ſenatu: dixit in con-
cione. quinetiam Favonio, fortiſſimo viro, quærenti ex
eo, qua ſpe fureret, Milone vivo: reſpondit, [58] triduo
illum, ad ſummum quatriduo periturum. quam vocem
ejus ad hunc M. Catonem ſtatim Favonius detulit.

27 X. INTERIM cùm ſciret Clodius ([59] neque enim
erat x difficile y ſcire) iter ſollemne, legitimum, ne- x id diff. *Lamb.*
ceſſarium, ante diem XIII. Kalendas Feb. Miloni eſſe y ſcire à
[60] Lanuvium [61] ad flaminem prodendum, quod erat Lanuvinis
[62] dicta- *MS.*

nonnulli *colluviem*, quod examinari meretur. *Grut.* His omnibus accedit Erfurtenſis & Pithœi, ſed in quibus etiam pro *delectu* ſcribitur *dilectu*. Grævius.

58. *Triduo illum, ad ſummum quatriduo.*] Non eſt hæc locutiò Ciceronis aut alicujus ex probatis, ſed, ut ſæpe, corrupta manus ſcribarum, cujus ſpecimen etiam præbent paterna ad Livium XXI. 35. Itaque & hoc loco ipſe cogitavit *aut* vel *ac ſummum*. Nec aliter fieri oportebat cap. 5. *quatuor, ac ſummum quinque.* Gronov.

59. *Neque enim erat difficile ſcire.*] Erfurt. & alius vetus codex Lambini: *neque enim erat difficile ſcire a Lanuvinis*, quod cur reſpuamus cauſſa nulla eſt. Lambin. ed. *neque enim id erat difficile ſcire.* Græv.

60. *Lanuvium.*] *Lavinium* & poſt *Lavinii*, & aliquanto poſt *Lavinini*, non *Lanuvini*, legendum videtur, ex ratione itineris, nam eunti Lanuvium Bovillis, ubi Clodius eſt interfectus, transeundum non fuit. *P. Manut.*

61. *Ad flaminem prodendum.*] Reninciandum vel creandum. Obſervandæ ſunt locutiones & verba ſingulis rebus proprie attributa. Ita *prodere Interregem* Cicero dixit orat. pro Domo ſua. Ae hoc genere ſunt, *dicere dictatorem & magiſtrum equitum: capere Veſtalem: facere, creare Conſulem: cooptare augurem: deſignare Conſulem: legere in Senatum.* Berſmannus. Flamen autem videtur Junonis Soſpitæ fuiſſe. vid. orat. pro Murena cap. ùltimo. Liv. XXII: *Junoni Reginæ in Aventino, Junonique Soſpitæ Lanuvii, majoribus hoſtiis ſacrificaretur.* Abram.

 62. *Di-*

ɀ Romam MS. 62 dictator Lanuvii Milo: ɀ Româ ſubitò ipſe profectus pridie eſt, ut ante ſuum fundum (quod re intellectum eſt) Miloni inſidias collocaret. atque ita profectus eſt, ut concionem turbulentam, in qua ejus furor deſideratus eſt, quæ illo ipſo die habita eſt, relinqueret: quam, niſi obire facinoris locum tempusque voluiſſet, numquam reliquiſſet.

28 Milo autem, cùm in ſenatu fuiſſet eo die, quoad ſenatus dimiſſus eſt, domum venit: 63 calceos & veſtimenta muta-

62. *Dictator Lanuvii Milo.*] Municipiorum magiſtratus interdum duo erant, ac tum *Duumviri* interdum unus, ac tum ille interdum *Prætor*, interdum *Dictator* dicebatur. *Hotom.* *Dictator.*] Spartianus in Adriano: *Per Latina oppida Dictator, & Ædilis, & Duumvir fuit. apud Neapolim Demarchus, in patria ſua Quinquennalis. & item Hadria Quinquennalis, quaſi in alia patria & Athenis Archon fuit.* Livius lib. VI. *Dictator Tuſculanus ita verba fecit, &c.* Dictator itaque Lanuvii flaminem certo die prodere debebat, quem diem ſcire difficile non fuit propter horum ſacrorum celebritatem, quæ Romanis erat cum Lanuvinis communis. Livius: *Lanuvinis civitas data, ſacraque ſua reddita, cum eo, ut ædes lucusque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano eſſet.* Summus igitur magiſtratus Tuſculi & Lanuvii Dictator. *Ædilis* apud Arpinates, ut epiſt. 11. lib. XIII. ad Famil. *Duumvir*, ut Corfinii, Cæſar lib. 1. de Bello Civili. *Quatuorvir*, ut Neapoli, X. ad Attic. 11. & Cluentiana. *Quæſtores Ferentini*, Gellius lib. X. cap. 3. *Prætor* apud Fundanos & Præneſtinos, Livius lib. XXIII. *Præneſtini cum ſuo Prætore, &c.* Horat. Sat. 2. lib. II.

Fundos Aufidio Luſco Prætore libenter
Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ
Prætextam & latum clavum prunæque batillum. Abram.

63. *Calceos & veſtimenta mutavit.*] Calceos Senatorios & urbanos togamque poſuit, ut viatorios calceos, perones fortaſſe & penulam aſſumeret. Conſtat Senatorios calceos ab aliis fuiſſe diverſos. Noſter Philippica XIII. *Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe a ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem: mutavit calceos; Pater Conſcriptus repente factus eſt.* Themiſtius Gratiarum actione in Senatu: Ὑμεῖς δ᾽ ὥσπερ ἐν ταῖς πανηγύρεσι μεταμφιεσάμενοι τὰς τηβέννας, καὶ τὰ ὑποδήματα ἀλλαξάμενοι, συγκαθεζόμενοι ἐπὶ τῶν δίφρων ἐξεβοᾶτε ἐπὶ τοῖς ῥήμασι, &c. *Vos autem, poſtquam, ut in conventibus fieri ſolet, togas induiſtis, & calceos mutaſtis, in ſellis conſidentes, ad verba frequenter acclamaviſtis.* Idem. Calcei ſenatorum, qui erant patricii, habebant corrigias ex aluta nigra, quibus alligabantur usque ad medium crus. Unde Horatius:

Nam ut quisque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus & latum demiſit pectore clavum.

Hæ corrigiæ dicebantur lora patricia Senecæ de Tranquillitate Animæ cap. 11. *Quæ dignitas non prætextam & augurale, & lora patricia,*

paullisper, 64 dum ſe uxor, ut fit, comparat, comtus eſt: deinde profectus a eſt id temporis, cùm jam us, ſiquidem eo die Romam venturus erat, rediret. obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulhedâ, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ebat: 65 ſine uxore, quod numquam ferè: cùm hic ator, qui iter illud ad cædem faciendam apparaſſet, uxore veheretur in rheda, pænulatus, 66 vulgi magno dimento ac muliebri & delicato ancillarum pueaque comitatu.

a eſt deeſt in MS.

b reda MSS. & ita ſemper.

Fit

r *ſordes comitentur.* Eis erat adſuta lunula circa talos. Hinc alis Sat. VII.

—— & nobilis & generoſus

Adpoſitam nigra lunam ſubtexis aluta.

licuntur hi *lunati calcei & patricii.* Interpres Juvenal. ad loudatum: *Patricius ſenator eſt.* Nam *adſuta calceis lunula diſ-tur patricii a novitiis.* Sed aliorum ſenatorum calcei non lunati, hoc eſt non habebant illas lunulas. Vide plura Albertum Rubenium lib. II. de Re Veſtiaria cap. 1, 2, 3. ec debes. *Grav.*

Dum ſe uxor, ut fit, comparat.] Fauſta filia Corn. Sullæ, ligitur ex epiſt. ad Att. & tradit Pedianus in Præfat. *A-Dum ſe comparat* eſt, dum ſe ad iter parat. Sic Cicero frecr. Lib. I. ad Qu. Fr. ep. 1. *Illud te admoneo, ut te ante com-quotidieque meditere, reſiſtendum eſſe iracundiæ.* Idem alibi: *ius ſe comparat, homines ex agris arceſſit.* Græv.

Sine uxore.] Fulvia, quæ deinde nupſit Antonio: &, ut Dio lib. XLVII. allatum Ciceronis demortui caput conſpulinguam extraxit, acu crinali perforavit, antequam in is poneretur. *Abram.*

Vulgi magno impedimento.] Lambin. annotat, veteres libros e, *vulgo magno & impedito.* in noſtris manuſcriptis *vulgi* nulntio eſt: in vetuſtiore ſic legitur, *Pænulatus, magno & im-& muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu.* Fr. Fa-In Pith. eſt, *vulgus magno impedimento.* Francii: *vulgique ma-impedimento.* Sed Erfurtenſis æque ut vetuſtiſſimus Fabritii, *tus, magno, & impedito, & muliebri ac delicato ancillarum tu.* quæ ipſa Ciceronis manus eſt. Quid ſibi hic vult, *vulgi impedimento?* Num per vulgum intelligit Græcos comites, vos alios? Scio aliter etiam hæc poſſe explicari, ut ineptiſſententia aliqua poteſt affingi. Sed vetuſtorum codicum ura eſt plana & elegans. Habebat Milo ſecum comitatum nodo magnum, ut oſtendit Aſconius in Prolegomenis, ſed *peditum*, qui & ſarcinas ſecum tulerat, & ita veſtitus erat, n poſſet facile ſe ad pugnandum comparare: Impeditis opur *expeditus Clodius*, & *ſine impedimentis* in præcedentibus ver-Præterea comitatus mulierum & ancillarum & puerorum Nihil certius. *Grav.*

29 Fit obviam Clodio ante fundum ejus horâ ferè undecimâ, aut non multo ſecus. ſtatim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum. adverſi rhedarium occidunt. cum autem hic de rheda rejectâ pænulâ deſiluiſſet, ſeque acri animo defenderet: illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad rhedam, ut à tergo Milonem adorirentur: partim, quòd hunc jam interfectum putarent, cædere incipiunt ejus ſervos, qui pòſt erant: ex quibus, qui animo fideli in dominum & [c] præſenti fuerunt, partim occiſi ſunt, partim, cum ad rhedam pugnari viderent, & domino ſuccurrere prohiberentur, [d] Milonemque occiſum etiam ex ipſo Clodio audirent & [e] revera putarent: fecerunt id ſervi Milonis (dicam enim non derivandi criminis cauſſâ, ſed ut factum eſt) neque imperante, neque ſciente, neque præſente domino, [67] quod ſuos quiſque ſervos in tali re facere voluiſſet.

P. CVII.

c *alii* erant, & præſ.
d Milonem *MSS.* & *Lamb.*
e *alii* ita eſſe put.

30 XI. HÆC, SICUT expoſui, ita geſta ſunt, judices: inſidiator [f] ſuperatus, vi victa vis, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt. [68] Nihil dico, quid reſpublica conſecuta ſit: nihil, quid vos: nihil, quid omnes boni: nihil ſanè id proſit Miloni, qui hoc fato natus eſt, ut ne ſe quidem ſervare potuerit, quin [g] unà rempublicam voſque ſervaret. Si id [h] jure non poſſet: nihil habeo quod defendam. ſin hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacumque ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent; non poteſtis hoc facinus improbum judicare, quin ſimul judicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut veſtris ſententiis eſſe pereundum.

f ſuperatus eſt *MS.*
g unam *MS.*
h fieri jure *MS.*

Quod

67. *Quod ſuos quiſque ſervos in tali re facere voluiſſet.*] Habet hoc aliquid ſimile cum illa Demoſthenis ſententia contra Midiam: Ἐγὼ δὲ, inquit, *ὅπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίησα. Urſin.*

68. *Nihil dico.*] Removet a cauſſa per diſſimulationem quæ dici potuiſſent. per diſſimulationem, inquam, nam inferius ea dicit, quæ ſe hoc loco negat eſſe dicturum. Fabius lib. IV. cap. 5. *Egregie vero Cicero pro Milone inſidiatorem primo Clodium oſtendit: tum addit ex abundanti, etiamſi id non fuiſſet, talem tamen civem cum ſumma virtute interfectoris & gloria necari potuiſſe.* Hoc igitur aſſerit, non ut plane neget horum ſe facturum eſſe mentionem, ſed ut majorem oſtendat in cauſſa fiduciam. *Abram.*

69. *Illud*

uod ſi ita putaſſet: certè optabilius Miloni fuit dare 31
lum P. Clodio, non ſemel ab illo, neque tum pri-
ı petitum; quàm jugulari à vobis, quia ſe illi non ju-
ıdum tradidiſſet. ſin hoc nemo veſtrûm ita ſentit: il-
am in judicium venit, non, occiſusne ſit, quod fa-
ır: ſed jure, an injuriâ: quod multis i in cauſis ſæpe i *ita MSS.*
ſitum eſt. Inſidias factas eſſe conſtat: & id eſt, quod *alii aliter.*
us contra rempublicam factum judicavit. ab utro P. B.
: ſint incertum eſt. de hoc igitur latum eſt ut quæ-
ur. Ita & ſenatus rem, non hominem, notavit: &
pejus de jure, non de facto, quæſtionem tulit.
.I. NUMQUID igitur aliud in judicium venit, niſi
utri inſidias fecerit? profectò nihil. ſi hic illi: ut ne
ıpune. ſi ille huic: tum nos ſcelere ſolvamur. Quo- 32
igitur pacto probari poteſt, inſidias Miloni feciſſe
ium? ſatis eſt quidem in illa tam audaci, tam nefa-
:llua, docere, magnam ei cauſam, magnam ſpem
lilonis morte propoſitam, magnas utilitates fuiſſe.
Itaque illud Caſſianum, CUI BONO FUERIT,
in

ASCONIUS.

Itaque illud Caſſianum judicium in his perſonis valeat.] L. Caſ-
iit, ſicut jam ſæpe diximus, ſummæ vir ſeveritatis. quoties
:or judicii alicujus eſſet, in quo quæreretur de homine oc-
ſuadebat, atque etiam præibat judicibus (hoc quod Cice-
ıc admonet) ut quæreretur, cui bono fuiſſet perire eum,
us morte quæreretur. ob quam ſeveritatem, quo tempore
'educeus, tribunus pl. criminatus eſt, L. Metellum, pont.
totumque collegium pontificum male judicaſſe de inceſtu
um Veſtalium, quòd unam modo Æmiliam damnaverat,
'erat autem duas, Marciam & Liciniam, populus hunc
m creavit, qui de eisdem virginibus quæreret: isque &
ue eas, & præterea complures alias, nimia etiam, ut exi-
io eſt, aſperitate uſus, damnavit.

Illud Caſſianum.] Phil. II. *Quod ſi te in judicium quis adducat,*
que illud Caſſianum, CUI BONO FUERIT: *Vide quæſo ne hæ-*
Pro Roſcio Amerino: *Luc. Caſſius ille, quem populus Roma-*
riſſimum & ſapientiſſimum judicem putabat, identidem in cauſis
e ſolebat, CUI BONO FUISSET, Subdit: *Hunc quæſitorem*
icem fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur:
iod, tametſi veritatis erat amicus, tamen naturâ non tam propen-
miſericordiam quàm implicatus ad ſeveritatem videbatur. Qua-
: ait Valerius lib. III. cap. 7. *ejus tribunal propter nimiam ſe-*
em ſcopulus reorum dicebatur. Ammianus Marcellinus libro
de Juliano: *Ille, judicibus Caſſiis triſtior & Lycurgis, cauſſa-*
ımenta æquo jure perpendens, jus ſuum cuique tribuebat. Abram.

in his perſonis valeat: etſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe parvo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc aſſequebatur, non modò ut prætor eſſet non eo conſule, quo ſceleris nihil facere poſſet: ſed etiam ut his conſulibus prætor eſſet, quibus ſi non adjuvantibus, at conniventibus certè, ſperaſſet ſe

k remp. *deeſt in MS.*

poſſe [k] rempublicam eludere in illis ſuis cogitatis furoribus: cujus illi conatus, ut ipſe ratiocinabatur, [70] nec, ſi poſſent, reprimere cuperent, cùm tantum beneficium ei ſe debere arbitrarentur; &, ſi vellent, fortaſſe vix poſſent, frangere hominis ſceleratiſſimi corroboratam jam vetuſtate audaciam.

33 An verò, judices, vos ſoli ignoratis, vos hoſpites in hac urbe verſamini? veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis ſermone verſantur, quas ille leges

l & *deeſt in MS.*

(ſi leges nominandæ ſunt, ac non faces urbis [l] & peſtes reipublicæ) fuerit impoſiturus nobis omnibus atque inuſturus? [71] Exhibe, quæſo, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum veſtrarum, quod te ajunt eripuiſſe è domo, & ex mediis armis turbaque nocturna, [72] tam-

m extuliſſe *MS.*

quam Palladium [m] ſuſtuliſſe, ut præclarum inde munus ac

70. *Nec, ſi poſſent, reprimere vellent. &c.*] Sic neceſſario legendum eſſe intelliget, qui attente leget. quam tamen lectionem non ſolum ratio flagitat, ſed etiam libri veteres adjuvant. *Lamb.* *Nec, ſi poſſent, cuperent reprimere.*] Ita P. Manutius legendum cenſuit, nam vulgata inverſo ordine, *nec ſi cuperent repr. poſſent.* probabatque Gulielmius, & requirit ratio, haud tamen juvant ulli mſſ. noſtri: quamvis de ſuis id affirmet Lambinus. *Grut.*

71. *Exhibe libellarium illud.*] Sic habent duo libri manuſcripti & nonnulli vulgati: alii manuſcr. *liberalium.* quæ ſcriptura, quamvis corrupta, confirmat tamen illam, *libellarium.* Eſt autem *libellarium* ciſta, in qua conditi ſervantur libelli. *Lambinus.* *Exhibe, quæſo, Sex. Clodi, exhibe librarium illud legum veſtrarum.*] Quidam legunt *armarium*, pro *librarium*, ut armarium non exhibetur, ſed codices ex armario. vocare autem videtur librarium multiplices leges ſingulis contentas codicibus. *Urſin.* *Exhibe, quæſo, Sex. Clodi, exhibe &c.*] Turingicus, *Exhibe, exhibe, Sex. Clodi, exhibe.* quæ repetitio otioſa non eſt. & advertant Critici, heic rurſus eum ſcribam vocari *Clolium*, non in illo tantum libro, ſed & aliis. *Gruter.*

72. *Tamquam Palladium ſuſtuliſſe, ut præclarum inde munus.*] Optime Erfurtenſis: *tamquam Palladium extuliſſe, ut præclarum videlicet.* Ultimum *videlicet* pro vulgato *inde* invenit quoque in ſuo Franciſcus Fabritius, & recepit ejus, credo, monitu Lambinus. Nam *videlicet* & *ſcilicet* inſervire ironiæ quis ignorat? *Græv.*

ac [73] inſtrumentum tribunatûs ad aliquem, ſi nactus eſ- P. CVIII.
ſes, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre poſſes. (*i*) Et adſpexit me illis quidem oculis, quibus tum ſolebat, cùm [n] omnia omnibus minabatur. Movet me quippe lumen curiæ.

n omnibus omnia *MS.*

XIII. QUID? tu me iratum, Sexte, putas [o] tibi, cujus tu inimiciſſimum multo crudeliùs etiam [74] punitus es quàm erat humanitatis meæ poſtulare? Tu P. Clodii [75] cruentum cada-

o tibi *abeſt à MS.*

ASCONIUS.

(*i*) *Et adſpexit me illis quidem oculis, quibus tunc ſolebat, cum omnibus omnia minabatur. movet me quippe lumen curiæ.*] Hic eſt Sex. Clodius, quem in argumento hujus orationis diximus corpus Clodii in curiam attuliſſe & ibi cremaſſe, eoque incenſo curiam conflagraſſe, ideo lumen curiæ dicit.

---

73. *Inſtrumentum.*] Inſtrumenta a Juriſconſultis dicuntur ea omnia, quibus cauſſa inſtrui poteſt. Unde inſtrumentum ſumitur etiam pro quavis ſupellectile. Vide Tranquillum in Auguſto, cap. 71. & in Caligula 39. Sed hic inſtrumentum nihil eſt aliud quam ſcriptura quædam, ſive, ut J. C. vocant, inventarium, quo Clodius ad gerendam Præturam uteretur. ſic apud Tranquillum in Veſpaſiano cap. 8. *Undique inveſtigatis exemplaribus, inſtrumentum imperii pulcherrimum ac venuſtiſſimum confecit, quo continebantur pene ab exordio urbis Senatusconſulta, plebiſcita de ſocietate & fœdere ac privilegio cuicumque conceſſis.* Abram. *Inſtrumentum tribunatûs* eſt ſupellex, qua neceſſario utitur tribunus ad gerendum tribunatum, ſicut *inſtrumentum ruſticum*, quo ruſticus utitur ad colendum agrum. Sic hic inſtrumentum tribunatûs eſt liber, in quo pluximæ ſunt leges ad convellendum reipublicæ ſtatum, quibus uti poſſit ſeditioſus tribunus plebis. *Gravius.*

74. *Punitus es.*] Pro *puniviſti*, figuratè: ut *fabricatus eſt gladium*, pro *fabricavit.* quod utrumque Quinctilianus lib. IX. c. 3. ad verborum figuras refert. Dixit autem Cicero *puniri*, pro *punire*, non hic tantum, ſed Offic. Lib. I. Tuſcul. Phil. VIII. ſimiliter *fabricari* & *fabricare.* P. Manut.

75. *Cruentum cadaver.*] Crudelitatis fuit cadaver cruentum, cœno & cruore oblitum, relinquere. defunctorum enim corpora lota prius & unguentis delibuta in ædium veſtibulo collocabant. de lotione vide Ælianum lib. IV. Var. Hiſt. c. 10. Euripides in Phœniſſis:

> Σὺ δ' ἀλλὰ νεκρῷ λυτρὰ περιβάλλειν μ' ἔα.
> *At tu lavacrum mortuo detur ſine.*

Ex hoc more tritus Ennii verſus:

> *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.*

Vid. Virgilii interpres ad ſextum Æneidos:

> *Pars calidos latices & abena undantia flammis*
> *Expediunt, corpusque lavant frigentis & ungunt.* Abram.

cadaver [76] ejeciſti domo, [77] tu in publicum p jeciſti: tu ſpoliatum imaginibus, exſequiis, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti. [78] quam rem etſi neceſſariò feciſti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem exprompſiſti tuam, laudare non poſſum, iraſci certè non debeo.

34 P. Clodii præturam non ſine maximo rerum novarum [79] metu [80] proponi & ſolutam fore videbatis, niſi eſſet is conſul, qui eam auderet poſſetque q conſtringere. cum Mi-

p. projeciſti *alii.*

q confringere *alii.*

76. *Ejeciſti.*] Non collocaſti in limine, nec extuliſti. Virgil. 11. Æneidos:

—— recepitque ad lumina greſſum
Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis Acœtes
Servabat ſenior. ——

Vid. Lipſium cap. 6. lib. 1. Electorum. Apud Suetonium Auguſti corpus *à Bovillis equeſter ordo ſuſcepit, urbique intulit, atque in veſtibulo domus collocavit.* Ulpianus D. de Relig. & ſumpt. fun. hoc etiam ejiciendi verbum uſurpat lege Oſſa: *Alioquin injuriarum fore actionem adverſus eum qui ejecit.* Horat. lib. 1. Sat. 8.

Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.

Abram.

77. *Tu in publicum projeciſti.*] *Abjeciſti* eſt in noſtris manuſcriptis. *Fr. Fabritius.* Gruteri editio, cum omnibus, qui eum ſequuti ſunt, *in publicum jeciſti.* Sed qua auctoritate neſcio. Nam MSS. Franc. Pith. & editiones pleræque, *in publicum ejeciſti.* Al. *in publicum projeciſti.* Erfurt. cum Fabritiano & editione Lambini, *in publicum abjeciſti.* quos ſequor. Nam *abjici* dicuntur quoque, quæ ſine cura neglectim & cum contemtu projiciuntur. *Grav.*

78. *Quam rem ſi neceſſario feciſti.*] Quidam *nefarie* legunt, pro *neceſſario.* Urſin. *Quam rem.*] Alii legunt, *quare etſi nefarie feciſti.* & ſane vix apparet quæ neceſſitas incubuerit id faciendi, niſi ſi forte dicamus Sextum populi tumultuantis inſaniâ compulſum fuiſſe, ut & cadaver ejiceret, & curiam incenderet. vel ſenſus erit, *quam rem etſi P. Clodio, qui tibi erat neceſſarius, feciſti.* Abram. Omnino probo Fabritiani codicis ſcripturam, quam & firmat Erfurt. & Pith. *Qua re* eſt hoc cum feciſti, etſi nefarie feciſti. Nam illa interpretatio Abramii *neceſſario feciſti*, h. e. conſanguineo, nimis abhorret ab hujus loci ſententia. Nefarie credebatur facere, qui hominem ſpoliabat funere ac exequiis. *Grav.*

79. *Metu proponi & ſolutam fore videbatis, niſi eſſet is Conſul &c. conſtringere.*] Exhibui lectionem mſſ. librorum, tantumque interpoſui mandato Gulielmii, *&c.* nam illud *ſolutam* erat in Werdenſi; ſicque legendum ſuadet ſequens *conſtringere.* Vulgata habebat, *motu proponi ſolitam eſſe &c. conſtringere.* Grut.

80. *Proponi ſolitam eſſe.*] *Propoſitam fore* Ant. Auguſtinus. ſed pro *motu* in manuſcripto eſt *metu*, quod placet. *Urſin.*

81. *At*

Milonem eſſe cùm ſentiret univerſus populus Romanus, quis dubitaret ſuffragio ſuo, ſe metu, periculo rempublicam liberare? [81] At non, P. Clodio remoto, uſitatis jam rebus r enitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam. ſingularis illa huic uni conceſſa gloria, quæ quotidie ſ augebatur frangendis furoribus Clodianis, jam morte Clodii cecidit. Vos adepti eſtis, ne quem civem metueretis: hic exercitationem virtutis, ſuffragationem conſulatûs, fontem perennem gloriæ ſuæ perdidit. Itaque Milonis conſulatus, qui, vivo Clodio, labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus eſt. non modò igitur nihil prodeſt, ſed obeſt etiam P. Clodii mors Miloni.

r *ita MSS.* alii obnitendum.
ſ frangebatur fur. *MS. Pith.*

At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, t fuit ultor injuriæ, v punitor doloris ſui. [82] Quid, ſi hæc, non dico majora fuerunt in Clodio quàm in Milone, ſed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ, [83] præter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille x erat ut odiſſet, primùm defenſorem ſalu-

t fecit *alii.*
v pœnitor *MS.*
P. B.
x ſic oderat, ut od. *Lamb.*

81. *At non, P. Clodio remoto, uſitatis jam rebus enitendum &c.*] Sic Erfurt. & Werd. exſtatque illud *enitendum*, etiam in Pall. recepta lectio habebat *mortuo*, item *obnitendum.* male pervertit heic ſententiam Lambinus. nec quid profecit Victorius lib. XXI. cap. 18. *Grut.*

82. *Quid, ſi hac non dico, &c.*] Hunc locum profert Soſip. Cariſius, ad particulam *ſi*, libro II. *Lamb.*

83. *Præter hoc civile odium.*] Victorius putat legendum, *Præter hoc commune odium.* Libri manuſcripti noſtri neque hic, neque in eo, quod ſequitur, *Ille erat ut odiſſet*, a vulgatis diſſentiunt. Dicitur autem *civile odium* ad differentiam *hoſtilis*, ut in Ligariana, *non hoſtile odium, ſed civile diſcidium.* Fr. Fabrit. Videbat Tullius quam infirmo argumento niteretur: ideoque aliquid in Milone odii fuiſſe concedit, ſed illud Miloni cum ceteris bonis commune fuiſſe prudenter addit, tum ut hoc velut integumento argumenti ſui debilitatem involvat, tum ut obiter laudet Milonem, quem ait ab omnibus improbis, etſi nullâ provocatus injuriâ, tamen ſolo improbitatis odio diffidere. Victorius *commune odium* legendum arbitratur. *Abram.* *Civile odium* eſt non vehemens, ſed moderatum, quale ſolet eſſe erga improbos cives, non quale eſt capitale odium & internecivum, quo hoſtes, qui nos volunt perdere, proſequimur, ut pereundum nobis ſit, niſi illum perdamus. Ovid.

Exercet patrias plus quam civiliter iras,

hoc eſt immodice. Plin. XIV. 4. *Qua uſura civilis & modica.* vide Torrent. ad Sueton. Julium cap. 75. *Græv.*

ſalutis meæ; deinde vexatorem furoris, domitorem armorum ſuorum; poſtremò etiam accuſatorem ſuum. reus enim Milonis, lege Plotia, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis? quantum odium illius, &, in homine injuſto, quàm etiam y juſtum?

y juſtum eſſe? *alii malè.*

36 XIV. RELIQUUM eſt, ut jam illum natura ipſius conſuetudoque defendat: hunc autem hæc eadem coarguant: nihil per vim umquam Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo, judices? cùm mærentibus vobis urbe ceſſi, judiciumne timui? non ſervos, non arma, non vim? Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei, niſi ei fuiſſet injuſta ejiciendi? [84] Diem mihi, credo, dixerat: [85] multam irrogarat: actionem perduellionis intenderat: [86] & mihi, judices, in cauſa aut veſtra mala, aut mea

nec

84. *Diem mihi, credo, dixerat.*] Nomen mihi detulerat, diemque certum conſtituerat, quo & ipſe me apud judices accuſaret, & ego me defenderem. Plautus in Captivis: *His diem dicam, irrogabo multam.* Et in Menæchmis: *Juris ubi dicitur dies, ſimul patronis dicitur.* Diem autem dicere non ad privatos, ut videtur, ſed ad magiſtratus. & id quidem in publicis judiciis pertinebat. cum videlicet Tribuni plebis, concione advocata, certum diem definiebant, quo die reum accuſarent. Multa hujus rei exempla a Sigonio proferuntur de Judiciis lib. III. cap. 7. quem vide. *Abram.*

85. *Multam irrogarat.*] Rogationem tulerat ad populum, ut mihi multam imponeret. Multam irrogare eſt rogationem ſcriptam promulgare, quæ rogatio multam & pœnam imponendam reo continebat: *Rogatio autem dicebatur*, ut bene notat Sigonius, *quod de ea rogandus erat populus; irrogatio, quod adverſum reum conſcripta eſſet.* Cicero III. de Legibus, *Cum magiſtratus judicaſſit irrogaviſſet, per populum multa pœna certatio eſto.* quo loco, ut id breviter notem, *judicaſſit* idem eſt atque, *diem dixerit.* Livius: *Tum Sempronius perduellionis ſe judicare Cn. Fulvio, diemque comitiis Calphurnio prætore petit.* Imitatione Græcorum qui κρίνειν dicunt, pro *diem dicere.* Idem.

86. *Ut mihi judices in cauſa aut veſtra, &c.*] Noſtri libri ſic habent, *Ut mihi videlicet in cauſa aut mala, aut mea, non & præclariſſima, & veſtra judicium timendum fuit?* Fr. Fabrit. *In cauſa aut veſtra mala, &c.*] Melius forte Werdenſ. inquit. Guilielmius; *in cauſa aut mala, aut mea, non & præclariſſima, & veſtra judicium timendum fuit.* Grut. Fabritiano codici, qui eſt, credo, Werdenſis, adſtipulatur Erfurtenſis, niſi quod corrupte *ei* in illo ſcribatur pro *&*, his verbis, *non ei præclariſſima.* ex quorum veſtigiis hunc locum reſtitui. *Videlicet*, ut nemini ignotum, inſervit ironiæ. *Grav.*

87. *Hæc*

nec præclariſſima, etiam judicium timendum fuit. Servorum, & egentium civium, & facinoroſorum, armis meos cives, meis conſiliis periculisque ſervatos, pro me objici nolui.

Vidi enim, vidi hunc ipſum Q. Hortenſium, lumen 37
& ornamentum reipublicæ, pænè interfici ſervorum manu, cùm mihi adeſſet: qua in turba C. Vibienus, ſenator, vir optimus, cum hoc cùm eſſet unà, ita eſt [z] mulcatus, ut vitam amiſerit. Itaque (k) quando illius poſtea ſica illa, quam à Catilina acceperat, conquievit? [87] Hæc intentata nobis eſt: huic ego vos objici pro me non ſum paſ-

z multatus. alii.

ASCONIUS.

(k) *Quando illius poſtea ſica illa, quam à Catilina acceperat, conquievit, hac intentata nobis eſt: huic ego objici vos pro me paſſus non ſum: hac inſidiata Pompejo eſt.*] Manifeſtum eſt pertinere ad id tempus, quo, poſt rogationem à P. Clodio in eum promulgatam, urbe ceſſit.

Quare dicat, *Inſidiata Pompejo eſt*, fortaſſis quæratis: Piſone & Gabinio Coſſ. pulſo Cicerone in exilium, cum III. Idus Sext. Pompejus in ſenatum venit, dicitur ſervo P. Clodii ſicam excidiſſe, eaque ad Gabinium conſulem delata, dictum eſt, ſervo imperatum à P. Clodio, ut Pompejus occideretur. Pompejus ſtatim domum rediit, ex eo domi tenus obſeſſus eſt etiam à liberto Clodii Damione, ut ex actis ejus temporis cognovi: in quibus XV. Cal. Sept. L. Novius, tribunus pl. collega Clodii, cum Damio adverſum Flavium prætorem appellaret tribunos, & tribuni de appellatione cognoſcerent, ita ſententiam dixit: Et hoc apparitore Publii Clodii vulneratus ſum: & hominibus armatis præſidiis diſpoſitis à republica remotus ſum. Cnæus Pompejus obſeſſus eſt. cum appeller, non utar ejus exemplo quem vitupero: & judicium tollam, & reliqua de interceſſione.

---

87. *Hac intentata nobis eſt.*] Cum videlicet in veſte equeſtri plebis & civium opem imploraremus contra vim & arma Clodii, paulo ante quam urbe cederemus, de quo Plutarchus in ejus vita, aut cum tabulas meæ fugæ e Capitolio refixi ac ſuſtuli, de quo Dio lib. XXXIX. *Milonem & quosdam Tribunos plebis aſſumens in Capitolium aſcendit, & tabulas, de fuga ejus a Clodio columnis affixas, ſuſtulit. & tunc quidem eæ tabulæ, Clodio cum fratre Cajo Prætore occurrente, ipſi ereptæ ſunt.* Vel potius cum id contigit quod narrat epiſt. 3. lib. IV. ad Atticum: *Ante diem tertium Idus Novembris, cum ſacrâ viâ deſcenderem, inſecutus eſt me cum ſuis clamor, lapides, fuſtes, gladii, hæc improviſa omnia, diſceſſimus in veſtibulum M. Tetii Damionis. qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt, ipſe occidi potuit. Sed ego diæta curari incipio: chirurgiæ tædet.* Abram.

88. Me

paſſus: hæc inſidiata Pompejo eſt. (*l*) hæc iſtam [a] Appiam, monumentum ſui nominis, nece Papirii cruentavit: hæc, (*m*) hæc eadem longo intervallo converſa rurſus [b] eſt in me: nuper quidem, ut ſcitis, [88] me ad regiam pænè confecit.

a Appiam viam *Aſcon. alii.*
b eſt *deeſt in MS.*

38 Quid ſimile Milonis? cujus vis omnis hæc ſemper fuit, ne P. Clodius, cùm in judicium [c] detrahi non poſſet, vi oppreſſam civitatem teneret. quem ſi interficere voluiſſet, quantæ, [d] quoties occaſiones, quàm præclaræ fuerunt? Potuitne, cùm domum ac deos penates ſuos, illo oppugnante, defenderet, jure ſe ulciſci? potuitne, [e] cive egregio & [f] viro fortiſſimo, P. Sextio, collega ſuo, vulnerato? potuitne, Q. Fabricio, viro optimo, cùm de reditu meo legem ferret, pulſo, crudeliſſima in foro cæde

P. CIX.
c attrahi *aut* retrahi *alii.*
d quot. *Lamb.*
e civi *Lamb.*
f viro fort. *deeſt in MS.*

de

ASCONIUS.

(*l*) *Hæc iſtam Appiam viam, monumentum nominis ſui, nece Papiria cruentavit.*] Pompejus poſt triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis depoſuerat apud Flavium ſenatorem: qui poſtea, cum eſſet prætor eodem anno, quo tribunus pl. Clodius, petit ab eo Clodius ſuper cœnam, ut Tigranem adduci juberet, ut eum videret. adductum collocavit in convivium, dein Flavio non reddidit: Tigranem dimiſit, & habuit extra catenas, nec repetenti Pompejo reddidit: poſtea in navem depoſuit: &, cum profugeret, ille tempeſtate delatus eſt Antium. illico, ut deduceretur ad ſe, Clodius Sex. Clodium, de quo ſupra dixi, miſit, qui eum reduceret. Flavius quoque re cognita ad diripiendum Tigranem profectus eſt. ad quartum lapidem ab urbe pugna facta eſt: in qua multi ex utraque parte ceciderunt, plures tamen ex Flavii, inter quos & M. Papirius, eques Romanus publicanus, familiaris Pompejo. Flavius ſine comite Romam vix perfugit.

(*m*) *Hæc eadem longo intervallo converſa rurſus eſt in me. nuper quidem, ut ſcitis, me ad Regiam pene confecit.*] Quo die periculum hoc adierit, ut Clodius eum ad Regiam pene confecerit, nuſquam plane inveni. non tamen adducor, ut putem, Ciceronem mentitum, præſertim cum adjiciat, *ut ſcitis.* Sed videtur mihi loqui de eo die, quo, conſulibus Domitio & Meſſala, qui præceſſerant eum annum, cum hæc oratio dicta eſt, inter candidatorum Hypſæi & Milonis manus in via Sacra pugnatum eſt, multique ex Milonis ex improviſo ceciderunt. de cujus diei cæde & periculo ſuo ut putem loqui eum facit & locus pugnæ; nam in Sacra via traditur commiſſa, in qua eſt Regia; & quòd affuerunt cum candidatis ſuffragatores, Milonis Cicero, Hypſæi Clodius.

---

88. *Me ad regiam &c.*] Videſis Alex. ab Alexandro Genial. Dier. Lib. III. c. 6.

89. At

ụđa? (*n*) potuitne, L. g Cæcilii, juſtiſſimi fortiſſi- g Cælii
ıe prætoris, oppugnata domo? potuitne illo die, *alii.*
eſt lata lex de me? cùm totius Italiæ concurſus,
ı mea ſalus concitarat, facti illius gloriam h libens h lubens
viſſet: ut, etiam ſi id Milo feciſſet, cuncta civitas *MS.*
laudem pro ſua vindicaret?

V. [89] Atqui erat id temporis clariſſimus & 39
ſimus conſul, inimicus Clodio, [90] P. Lentulus, ul-
celeris illius, propugnator ſenatûs, defenſor veſtræ
ıtatis, patronus i illius publici conſenſus, reſtitutor i ille *aut*
s meæ: ſeptem prætores, octo tribuni k plebis, il- illi *MSS.*
adverſarii, defenſores mei: Cn. Pompejus auctor k plebei *MS.*
ıx mei reditus, illius hoſtis: cujus ſententiam ſena- l Clodii
ımnis de ſalute mea graviſſimam & ornatiſſimam adv. *MS.*
ıs eſt: qui populum Romanum cohortatus eſt: qui,
de me decretum Capuæ m fecit, ipſe, cunctæ Italiæ m *ita Grav.*
ınti & ejus fidem imploranti, ſignum dedit, ut ad *è MSS.*
ſtituendum Romam concurrerent. omnia tum de- feciſſet
: in illum odia civium ardebant deſiderio mei: quem *Grut.*
ụm interemiſſet, non de impunitate ejus, ſed de
ıiis cogitaretur.

n Ta-

ASCONIUS.

ı· *Potuitne L. Cæcilii, juſtiſſimi fortiſſimique prætoris, oppugnatâ*] L. Cæcilius Rufus, de quo dicitur, prætor fuit P. Len- pinthere, Q. Metello Nepote Coſſ. quo anno Cicero reſti- eſt. is cum faceret ludos Apollinares, ita infima concitata tudo annonæ caritate tumultuata eſt, ut omnes, qui in ːo ſpectandi cauſâ conſederant, pellerentur. de oppugnata nusquam adhuc legi. Pompejus tamen, cum defenderet ıem apud populum de vi, accuſante Clodio, obſtitit, & le- ı apud Tironem, libertum Ciceronis, in libro quarto de Vita oppreſſum à Clodio L. Cæcilium prætorem.

At qui erat id temporis clariſſimus &c.] Baſilic. & Werdenſis: *od erat tempus? clariſſimus.* cui alludunt etiam aliqui Pall. in s, *At qui erat tempus.* Grut.

P. Lentulus.] Spinther, ultor ſceleris Clodii, propugnator enſor autoritatis Senatûs, quæ diminuta fuiſſet, niſi roga- iſſet populus de meo reditu, ut Senatus decreverat. pro ı. Quæ ſequuntur, vel per expolitionem oratoriam idem cant, vel ait *defenſor veſtræ voluntatis.* Quia Senatores, s, Tribuni ærarii Ciceronis reditum expetebant, quorum tati obſecundabat Lentulus, *Patronus publici conſenſus.* Po- qui uno conſenſu legem de reditu Ciceronis ſuis ſuffragiis tobabat. *Abram.*

91. *Ac-*

40 n Tamen ſe Milo continuit, & P. Clodium o ad judicium bis, ad vim numquam vocavit. Quid? privato Milone & reo ad populum, 91 accuſante P. Clodio, cùm in Cn. p Pompejum pro Milone dicentem impetus factus eſt: quæ tum non modò occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimendi fuit? Nuper verò cùm M. Antonius ſummam ſpem ſalutis bonis omnibus attuliſſet, graviſſimamque 92 adoleſcens nobiliſſimus reipublicæ partem fortiſſimè ſuſcepiſſet, atque illam belluam, 93 judicii laqueos declinantem, jam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, dii immortales! fuit? cùm ſe ille fugiens in ſcalarum q tenebras abdidiſſet, magnum Miloni fuit conficere illam peſtem nullâ ſuâ invidiâ, Antonii verò maximâ gloriâ?

n Tum *MS.*
o in jud, *MS.*
p. B.
p Pomp. *deeſt in MS.*
q tenebris *MS. & quad. edd.*

41 Quid? comitiis in campo quoties poteſtas fuit? cùm r ille vi in 94 ſepta irruiſſet, gladios deſtringendos, lapides

r. ille in ſepta *Gul.*

91. *Accuſante P. Clodio.*] Pro Sextio: *Nam quid ego de Ædile ipſo loquar, qui etiam diem dixit, & accuſavit de vi Milonem.* vide Dionem libro XXXIX. Ceterum non ait Dio manus illatas Pompejo, ut innuere videtur Orator, ſed eum modo fuiſſe tradit Clodianorum convitiis appetitum, easque contumelias paſſum, quas Plutarchus in id tempus rejicit, quo noſter Tullius exulabat: *Τίς ἑνὶ δακτύλῳ κνᾶται;* Πομπήϊος. *Quis digito ſcalpit uno caput? Pompejus.* Vide utrumque & dicta a nobis in Piſoniana, & Tullium epiſt. 3. lib. II. ad Q. Fratrem. *Abram.*

92. *Adoleſcens nobiliſſimus.*] Qui ſuam originem ad ipſum Herculem refert. Vide Plutarchum in ejus vita. Qua nobilitatis ſuæ vel opinione, vel conſcientia, auſus eſt etiam Auguſto generis obſcuritatem exprobrare. Vide Suetonium in Auguſto, cap. 2. & 4. & III. Philipp. *Idem.*

93. *Judicii laqueos declinantem.*] Allegoria, ducta a belluis, quæ venatorum tendiculas & laqueos declinant. Demoſthenem citat Plinius lib. IX. epiſt. 26. de judiciorum Athenienſium laqueis ita loquentem: Ἀπεσχοινισμένος *ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις.* *Illaqueatus omnibus juribus civitatis.* Vide Vatinianam: *Iniquiſſimis judiciis irretires.* Et pro Sextio: *Illum tot jam in funeribus reipublica exultantem ac tripudiantem legum, ſi poſſet, laqueis conſtringerit.* Prudentius in Romano:

> *Sed credo magni limen amplectar Jovis.*
> *Qui, ſi citetur legibus veſtris reus,*
> *Laqueis minacis implicatus, Julia*
> *Luat ſeveram victus & Scatiniam.*

Porcius Latro: *Quam beſtiam irretitam judicio tenemus, diſſolutam atque conſtantem reipublica immittere.* Idem.

94. *Septa.*] In comitiis repagula quædam erant tum in campo, tum in foro, quibus multitudo arcebatur. Suffragium autem laturi intromittebantur. *Hotom.*

des jaciendos [f] curaſſet, deinde ſubitò, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos & omnes boni vota faceretis, [95] ut Miloni uti virtute ſua liberet?

[f] curaviſſet MS.

XVI. QUEM igitur cum omnium gratiâ noluit: hunc voluit cum aliquorum querela? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impunè non eſt auſus: hunc injuriâ, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitavit occidere? Præſertim, judices, cùm honoris am- 42
pliſſimi contentio & dies comitiorum ſubeſſet: quo quidem tempore (ſcio enim, quàm timida ſit ambitio, quantaque & quam ſollicita [t] cupiditas conſulatûs) omnia non modò, quæ reprehendi palàm, ſed etiam quæ obſcurè cogitari poſſunt, timemus: [96] rumorem, fabulam [v] falſam, fictam, levem perhorreſcimus: ora omnium atque oculos intuemur. nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos ſenſusque civium: qui non modò improbitati iraſcuntur candidatorum, ſed etiam [x] in [97] rectè factis ſæpe faſtidiunt.

[t] ſit cupid. MS. & Grav.
[v] ita MSS.
[x] rectè facta alii.

Hunc

95. *Ut Miloni uti virtute ſua.*] Fortiter facere, & Clodium occidere. id tamen aperte non dixit, ſed prudenter orationem mollivit, ne judicum aures offenderet. quemadmodum ſupra: *Fecerunt id ſervi Milonis, &c. quod ſuos quiſque ſervos in tali re facere voluiſſet.* Abram.

96. *Rumorem, fabulam fictam.*] Placet quorundam lectio: *Rumorem, fabulam falſam, fictum, levem perhorreſcimus.* Fr. Modius ep. 39. legit, *levem rumorem, fabulam fictam perhorreſcimus.* De re ipſa in oratione pro Murena de his ipſis comitiis agens: *Totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris.* Rumor frequenter in hoc ſenſu, ut:

Et rumor de te non bonus urbe fuit. Idem.

Sequor ego & hic optimum Erfurtenſem & Lambinum, in quibus eſt, *fabulam falſam, fictam, levem perhorreſcimus.* Græv.

97. *Rectè facta ſæpe faſtidiunt.*] Recte dixit Plutarchus candidatum ad populum tanquam ad amicam debere accedere. Faſtidire proprie dicuntur puellæ, quæ amatorem non redamant, ſed ſpernunt. Nam *faſtidia* & *faſtus* dicitur de puellis amatores non admittentibus. Sic Corydonis fuit, *triſtis Amaryllidos iras Atque ſuperba pati faſtidia.* Propert. III. El. 18.

Talis Cretæi faſtus quæ paſſa juvenci.

Sic *faſtidioſus* homo eſt paucorum hominum, cui rari & rara placent, qui nimis arroganter aut curioſe perſonarum & rerum delectum habet. Cicero in Bruto: *Facilis erat in cauſſis recipiendis Antonius, faſtidioſior Craſſus.* J. Fr. Gron. IV. Obſervat. 10. Hinc vides quid ſit *in recte factis faſtidire*, nimirum etiam illa,

quæ

43 Hunc diem igitur campi ſperatum atque exoptatum ſibi proponens Milo, cruentis manibus ſcelus & facinus præ ſe ferens & y confitens, ad illa auguſta centuriarum auſpicia veniebat? quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum, quin ſe z ille, interfecto Milone, regnaturum putaret? Quid? quod caput eſt audaciæ, judices; quis ignorat, maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? In utro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus eſt facti, aut præclari, aut certè neceſſarii? an in Clodio? qui ita judicia pœnamque contempſerat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas eſſet, aut per leges liceret?

y confidens *MS.*
P. CX.
z ille *deeſt in MSS.*

44 Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? [98] te, Q. Petilli, appello, optimum & fortiſſimum civem: te, M. Cato, teſtor: quos mihi divina quædam ſors dedit judices. Vos ex M. Favonio audiſtis, Clodium ſibi dixiſſe, & audiſtis, vivo Clodio, periturum Milonem triduo. poſt diem tertium geſta res eſt quàm dixerat. Cùm ille non dubitaret aperire, quid a cogitaret, vos poteſtis dubitare, quid fecerit?

a cogitarit *MS. & edd. quad.*

45 XVII. Quemadmodum igitur eum dies non fefellit? dixi equidem modò. Dictatoris Lanuvini ſtata ſacrificia noſſe, negotii nihil erat. vidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuvium b illo ipſo, quo profectus eſt, die. itaque c antevertit. (o) At quo die? [99] quo, ut ante dixi,

b ipſo die *alii, qui deinde delent* die.
c antè venit *MS.*

ASCONIUS.

(o) Paulo post. *At quo die? quo, ut ante dixi, fuit inſaniſſima concio ab ipſius mercenario, tribuno pl. concitata.*] Hoc ſignificat, eo die, quo Clodius occiſus eſt, concionatum eſſe mercenarium ejus Tribunum pl. ſunt autem concionati eo die, ut ex actis apparet, C. Salluſtius & Q. Pompejus, utrique & inimici Milonis, & ſatis inquieti. ſed videtur mihi Q. Pompejum ſignificare. nam ejus ſeditioſior fuit concio.

---

quæ rectiſſime dicta & facta ſunt, reprehendere, improbare & male de iis ſentire & loqui. *Grav.*

98. *Te, Q. Petilli.*] Id nominis deductum opinor a corporis parvitate, unde & Pauli nominantur. Nonnius Marcellus: *Petilum tenue & exile.* Lucilius XII. *Inſignis varis cruribus & petiliis.* Plautus Plocino:

Nam coloratam frontem habet petilis labris.

unde & vox Gallica manavit. parvus, petilus, *petit.* atque haud ſcio an Poëta ad hoc etymon alluſerit III. Divini Operis:

Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. Abram.

99. *Quo, ut ante dixi, fuit inſaniſſima concio.*] Sic Erfurt. & Aſcon.

xi, [1] inſaniſſima concio ab ipſius mercenario tribuno plebis eſt concitata: quem diem ille, quam concionem, quos clamores, niſi ad cogitatum facinus approperaret, numquam reliquiſſet. Ergo illi ne cauſa quidem itineris, [d] etiam cauſa manendi: [2] Miloni manendi nulla facultas, exeundi non cauſa solùm, ſed etiam neceſſitas fuit. Quid, ſi, ut ille ſcivit, Milonem fore eo die in via, ſic Clodium Milo ne ſuſpicari quidem potuit?

d in cauſa *MS.*

Primùm quæro, qui ſcire potuerit. quod vos idem in Clodio quærere non poteſtis. ut enim neminem alium, niſi T. Patinam, familiariſſimum ſuum, rogaſſet, ſcire potuit, illo ipſo die Lanuvii à dictatore Milone prodi flaminem neceſſe eſſe. ſed erant permulti alii, ex quibus id facillimè ſcire poſſet: omnes ſcilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu unde quæſivit? quæſierit ſanè. videte, quid vobis largiar. ſervum etiam, ut [e] Arrius, meus amicus, dixit, corruperit. [3] Legite teſtimonia teſtium veſtrorum. 46

P. B.

e Q. Arrius *Lamb.*

(p) di-

Aſcon. repudiato τῷ *eſt* poſt *tribuno pl.* At Pith. vulgatam quidem lectionem approbat, ſed, pro *tribuno plebis eſt concitata*, ſcribit non male, *tribuno plus eſt concitata.* Græv.

1. *Inſaniſſima concio.*] Frequenter apud Latinos ſcriptores furores tribunitii dicuntur & populares *inſania.* ſupra: *Dederas enim quam contemneres populares inſanias jam ab adoleſcentia documenta maxima*, ſive propter clamores illos inconditos & inſanos. unde Maro,

Inſanumque forum & populi tabularia vidit.

ſive propter tempeſtates & fluctus concionum, hoc enim epitheton concitatis fluctibus convenire liquet ex eo:

Inſani feriant ſine littora fluctus.

Lyricus:

Inſanientem navita Boſporum
Tentabo. Abram.

2. *Miloni manendi nulla facultas.*] Libri veteres non habent, *manendi*, in contextu verborum, ſed ad oram libri e regione hujus loci, ſic ſcilicet, *manendi:* unde ſuſpicari licet, *manendi*, eſſe annotationem. non ſum auſus tamen delere. Supra autem non longe, quamvis liber ille manuſcr. longe optimus habeat, *ſtatuta ſacrificia*, ubi omnes vulgati, *ſtata*, nihil tamen mutandum cenſeo. Nam primum noſtri manuſcr. vulgatam lectionem confirmant. deinde Feſtus docet, *ſtata ſacrificia* dici ſolita a veteribus, quæ certis diebus fiebant. Cato, *ſacra ſtata, ſollemnia, ſancta deſeruiſti.* Lambinus. Deſideratur etiam *manendi* in Pithœano, ſed in Erfurtenſi uno omnium optimo habetur, cui accedit Franc. primus. *Grav.*

3. *Legite teſtimonia.*] Teſtimonia ſcripta accuſatoribus tradebant, eoſque & judices quibuſdam libellis inſtruebant. in Va-

ti-

f Auſinius *MS.* g *alii* Interamnis, *MS.* Interamnanus. h Interamna *MS.*

(*p*) dixit C. [f] Caſſinius, cognomento Scola, [g] Interamnas, [4] familiariſſimus & idem comes P. Clodii: cujus jampridem teſtimonio Clodius eâdem horâ [h] Interamnæ fuerat & Romæ, P. Clodium illo die in Albano manſurum fuiſſe: ſed ſubitò ei eſſe nuntiatum, Cyrum architectum eſſe mortuum: itaque Romam repentè conſtituiſſe proficiſci. dixit hoc comes item P. Clodii C. Clodius.

47 XVIII. VIDETE, judices, quantæ res his teſtimoniis ſint confectæ. primùm certè liberatur Milo, non eo conſilio profectus eſſe, ut inſidiaretur in via Clodio: [5] quippe [i] qui ei obvius futurus omnino non erat. deinde (non

i ſi ille *MSS. Lamb.*

ASCONIUS.

(*p*) *Dixit C. Caſſinius Interamnas, familiariſſimus & idem comes Clodii, P. Clodium illo die Alba manſurum.*] Fuit hic Caſſinius, apud quem Clodius manſiſſe Interamnæ videri volebat, qui nocte deprehenſus eſt in Cæſaris domo, cum ibi in operto virgines pro populo Romano ſacra facerent.

---

tinium: *Ei te, quos rogaſſet, ad accuſandum libros dixeris dediſſe.* Hos autem libellos actores in capſa deferebant. Cicero in divinatione: *Cuſtodem*, inquit, *Tullio me apponite. Quid mihi quam multis cuſtodibus opus erit, ſi te ad meas capſas admiſero.* Juvenalis Sat. VII.

Dic igitur, quid cauſidicis civilia præſtent
Officia, & magno comites in faſce libelli.

De his accuſationum libellis in cauſſa Ligarii ait Plutarchus: *Cum pugnam Pharſalicam Orator attigiſſet, quaſi è mentis poteſtate exiiſſe, corpore cohorruiſſe, & quoſdam e libellis de manibus ejeciſſe Cæſarem.* Abram.

4. *Familiariſſimus & idem comes.*] Ita quoque Werd. & Hitt. probavitque item è ſuis Modius noſter Epiſt. XXXIX. Novantiquor. retrò vulgata, *familiaris meus.* Gruter. Firmat hanc lectionem Erfurtenſis & edit. Lamb. quæ in hac oratione longe ceteris eſt emendatior, propter excerpta duorum codicum optimorum, quos contulit cum editis Fr. Fabritius, & διττογραφίας communicavit cum ſuo doctore Lambino. *Grav.*

5. *Quippe qui ei obvius futurus non erat.*] Hunc locum primum interpolaſſe Victorium ex conjectura puto. Nam omnes MSS. Erf. Pith. Franc. uterque, tres, quos laudat Lambinus, omnes vetuſtiores editiones, prima Mediolanenſ. Aſcenſ. Hervag. Forben. ſcribunt, *quippe ſi ille obvius ei futurus non erat.* quod ſine libris non fuit refingendum. Si ille obvius ei futurus omnino non erat liberatur ſcilicet Milo, & patet, non eo conſilio profectum eum eſſe, ut inſidiaretur in via Clodio. Obvius autem ei omnino futurus non erat, ſi, ut teſtes ajunt, in Albano pernoctaturus fuit Clodius. Si ullus ſpectatæ fidei liber conjecturam Victorii, quam ſequentes editores receperunt, ſtabiliret, nec ego illam repudiarem. Sed repugnant veteres codices, a quibus mihi recedere religio eſt. *Idem.*

6. Vide

(non enim video, cur non meum [k] quoque agam negotium) (q) ſcitis, judices, fuiſſe, qui in hac rogatione ſuadenda dicerent Milonis manu cædem eſſe factam, conſilio verò majoris alicujus. [6] Videlicet me latronem ac ſicarium abjecti [l] homines & perditi deſcribebant. Jacent [m] ſuis teſtibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, [7] niſi de Cyro audiſſet, fuiſſe rediturum. Reſpiravi: liberatus ſum: non vereor, ne, quod ne ſuſpicari quidem potuerim, videar id cogitaſſe.

[k] quoque *deeſt in MS.*

[l] hominis *Grut. malè.*

[m] hi ſuis *Lamb.*

48 Nunc perſequar cetera. nam occurrit illud. [n] Igitur ne Clodius quidem de inſidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano manſurus, ſiquidem exiturus ad cædem è villa non fuiſſet. Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiaſſe, non id nuntiaſſe, ſed Milonem appropinquare. nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Româ proficiſcens reliquerat morientem? Unà fui: teſtamentum ſimul obſignavi cum Clodio: [8] teſtamentum autem pa-

[n] *alii non habent* igitur.

A S C O N I U S.

(q) SEQUITUR STATIM. *Scitis, judices, fuiſſe qui in hac rogatione ſuadenda dicerent, Milonis manu cædem eſſe factam, conſilio vero majoris alicujus. me videlicet latronem & ſicarium abjecti homines & perditi deſcribebant.*] Q. Pompejus Rufus & C. Salluſtius tribuni fuerunt, quos ſignificat. hi enim primi de ea lege ferenda populum hortati ſunt & dixerunt, manu Milonis occiſum eſſe Clodium, conſilio vero majoris alicujus.

---

6. *Videlicet me latronem ac ſicarium abjecti hominis & perditi deſcribebant.*] *Me videlicet* eſt quoque in Aſconio. ſed *abjecti hominis*, quod eſt in Gruteriana & in omnibus, quæ Gruterianam poſtea ſunt ſecutæ, eſt typorum error. Nam omnes MSS. & edd. ante Gruterum recte *abjecti homines & perditi*, nimirum Q. Pompejus Rufus & C. Salluſtius. *Gravius.*

7. *Niſi de Cyro audiſſet, fuiſſe rediturum.*] Ita Hitt. Erfurd. aliique ſcripti. Pall. tamen *auditum, rediturum fuiſſe.* editi *auditum eſſe, red. fuiſſe.* Grut.

8. *Teſtamentum autem palam fecerat.*] Frequenter cum teſtamenta feciſſent, ea claudebant, nec ea volebant ante ſuam mortem aperiri: & eam ob cauſſam teſtantes nullos teſtes adhibebant, ſed tantum ſuo ſigillo & chirographo muniebant, quo a pluribus obſervarentur, ratis ſingulis ſe hereditatem adituros. Sicut Julius Cæſar teſtamentum obſignatum ad virgines Veſtales transmiſerat, ſi quid ei humanitus accidiſſet: ſic alibi paſſim exempla. hinc illæ captatorum technæ, qui orborum hereditati miris artificiis inhiabant. Vide Horatium Sat. 5. lib. II. & Juvenalem paſſim Sat. 4. & 5. Ammianus lib. XIV. *Nunc vero inanes flatus quorundam, vile eſſe quicquid extra urbis pomærium naſcitur, æſtimant,*

præ-

palàm fecerat, 9 & illum heredem, & me ſcripſerat. Quem pridie horâ tertiâ animam efflantem reliquiſſet, eum mortuum o poſtridie horâ decimâ denique ei nunciabatur?

XIX. AGE, SIT ita factum: quæ p cauſa, cur Romam properaret? cur in noctem ſe conjiceret? 10 quid afferebat cauſa feſtinationis? quòd heres erat? primùm erat nihil, cur properato opus eſſet: q deinde, ſi quid eſſet, quid tandem erat, quod ea nocte conſequi poſſet; amitteret autem, ſi poſtridie manè Romam veniſſet? (r) Atque, ut illi nocturnus ad urbem adventus 11 vi-

R CXI. o poſt diei tertii horam decimam *MS.* poſt diem tert. horâ decimâ ei *Lamb.*

p cauſa fuit *Lamb.*

q dein *MS.*

ASCONIUS.

(r) *Atqui ut illi nocturnus adventus vitandus fuit, ſic Miloni, cum inſidiator eſſet, ſi illum ad urbem noctu acceſſurum ſciebat, ſubſiſtendum. &c.*] Via Appia eſt prope urbem monumentum Baſili, qui locus latrociniis fuit perquam infamis, quod ex aliis quoque multis intelligi poteſt.

---

prater orbos & cœlibes: nec credi poteſt, qua obſequiorum diverſitate colantur homines ſine liberis Romæ. Et eam ob rem ſuam voluntatem tegebant, quo à pluribus colerentur. Vide Horatium loco citato. Alias tamen heredes palam declarabant, non ſolum extremo ſpiritu, ut iſte Cyrus, ſed etiam cum proſpera valetudine uterentur. Tranquillus in Julio cap. 83. *Qu. Tubero tradit heredem ab eo ſcribi ſolitum ex conſulatu ipſius, primo usque ad initium civilis belli Cn. Pompejum: idque militibus pro concione recitatum.* Abram.

9. *Et illum heredem & me ſcripſerat.*] Non dici heredem ab amicis probro ducebatur. Philipp. II. *Hereditates mihi negaſti venire. utinam hoc tuum verum crimen eſſet: plures amici mei & neceſſarii viverent. Sed qui iſtuc tibi venit in mentem? Ego enim amplius H. S. ducenties acceptum hereditatibus retuli.* Idem Clodio Noſter exprobravit 1. ad Attic. ep. 15. *Quousque*, inquit, *hunc Regem ferimus? Regem appellas, inquam, cum Rex tui mentionem nullam fecerit? ille autem Regis hereditatem ſpe devorarat.* Quare Nero apud Tranquillum cap. 3. lepidam rationem invenit ulciſcendi eos qui ſe præteriiſſent: *Ut ingratorum in principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent.* Idem.

10. *Quid adferebat cauſa feſtinationis.*] Eſt ab Baſil. nam Pall. non habent *cauſa*, ſed tamen *feſtinationis.* vulgo *feſtinationem.* Gruter. Immò Victorii Stephanica habet, *quid adferebat feſtinatio.* Gronovius. Erfurt. Francii uterque, edit. prima & Mediolanenſis æque ut Palatini, *quid adferebat feſtinationis.* A Pithœano quoque abeſt *cauſa.* Si tamen ſubſcriberent libri, amplecterer lectionem, quam non Victorius ſolum eſt amplexus, ſed quam præ ſe fert Aſcenſiana, Cratandri & Hervagiana, *Quid adferebat feſtinatio?* Quid adferebat emolumenti aut utilitatis feſtinatio? *Cauſſa* ſæpiſſime eſt prætextus. Hæc igitur erit ſententia vulgatæ prælectionis, *cauſa feſtinationis quid adferebat?* Prætextus iſte Romam properanti quid tibi proderat, quem fructum ex illa feſtinatione capiebam. Sed vulgatam ſanam eſſe non credo. *Grav.*

11. *Vi-*

[11] vitandus potiùs quàm expetendus fuit: ſic Miloni, cùm inſidiator eſſet, ſi illum ad urbem [r] noctu acceſſurum ſciebat, [ſ] [12] ſubſidendum atque exſpectandum fuit.

50 [t] Noctu invidioſo & pleno latronum in loco occidiſſet. nemo ei neganti non credidiſſet, quem eſſe omnes ſalvum, etiam confitentem, volunt. Suſtinuiſſet hoc crimen primùm ipſe ille latronum occultator & receptator locus, [v] [13] dum neque muta ſolitudo indicaſſet, neque cæca nox oſtendiſſet Milonem: [14] deinde ubi multi ab illo violati, ſpoliati, bonis expulſi, multi etiam hæc timentes in ſuſpicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria.

51 Atque illo die certè [15] Ariciâ rediens [x] devertit Clodius [y] ad ſe ad Albanum. [16] Quòd [z] niſi ſciret Milo illum Ari-

r nocte *Lamb. alii.*
ſ ſubſiſtendum *alii.*
t *octo ſeqq. voces deſunt in MSS. & edd. vett.*
v denique *MS.*
x divertit *alii.*
y ad ſe *deeſt in aliis.*
z ut *MSS.*

11. *Vitandus potius quam expetendus fuit.*] Nonnulli libri habent, *quam exſpectandus fuit.* ego tamen nihil muto. & deinceps omnes habent, *noctu inſidioſo & pleno &c.* & paullo poſt, *tum neque muta ſolitudo.* & paullo longius, *Ariciâ rediens devortit Clodius, &c.* & paullo poſt, *deverſurum.* Lambinus. *Vitandus potius quam exſpectandus.*] Sic quidem legi in quibuſdam libris Lambinus admonet. Ego tamen, *expetendus*, quod eſt in noſtris quoque manuſcriptis, probo. In iiſdem eſt, *ſubſidendum*, non *ſubſiſtendum*, ſicut paulo poſt; *Nec eo in loco ſubſedit.* Fr. Fabritius.

12. *Subſidendum atque exſpectandum fuit.*] Ita legit Franciſcus Modius epiſt. 39. Eſt autem, inquit, *ſubſidere* vocabulum caſtrenſe, quod non ſimpliciter ſubſiſtere ſignificat, ſed in inſidiis ſubſiſtere. Hinc *ſubſeſſa* Vegetio libro III. cap. 22. *Pene utrique parti in itinere ad ſubſeſſas communis occaſio eſt.* Ac paulo ante: *Qui vero ſuperventus & ſubſeſſas paſſus eſt.* Servius ad 11. Æneidos:

—— *ſubſedit adulter:*

Subſeſſores dicuntur qui inſidiis tauros interimunt, & hoſtium dolo ſubſeſſos vocamus. Emendat Modius:

Et hoſtium dolos ſubſeſſas vocamus. Abram.

13. *Dum neque muta ſolitudo.*] Pith. *Denique neque muta ſolitudo:* quod non improbem. *Denique* eſt, ut uno verbo dicam. *Grav.*

14. *Deinde ubi multi ab eo violati.*] Tò *ubi* à Baſil. abeſt, & videtur Gulielmio aut tollendum, aut mutandum in *ibi.* tametſi non neget defendi etiam poſſe vulgatum. *Gruter.*

15. *Aricia.*] Oppidum juxta viam Appiam, ultra Bovillas, ad collem Virbii. *Abram.*

16. *Quod niſi ſciret Milo.*] Legunt alii, *Quod ut ſciret.* libenter legerim, *Quidni, ſi ſciret.* ut vocem *diverſurum* interrogationis nota ſubſequatur. vel, quod magis arridet, *Quod, ſi ſciret, &c.* id eſt, quod ſi Milo, ut Arius objecit, Clodii ſervum corruperat, & ex eo ſciebat, Clodium Ariciæ fuiſſe, nihil tamen hinc efficietur, quo probetur eo conſilio profectus ut inſidias Clodio compararet, nam ſi putavit Clodium eo die Ariciâ rediturum,

Ariciæ fuiſſe, ſuſpicari tamen debuit, eum, etiam ſi Romam illo die reverti vellet, ad villam ſuam, quæ viam tangeret, [a] deverſurum. cur neque ante occurrit, [b] ne ille in villa reſideret: nec eo in loco ſubſedit, quò ille noctu venturus eſſet? Video adhuc conſtare omnia, judices: Miloni etiam utile fuiſſe Clodium vivere: illi ad ea, quæ concupierat, optatiſſimum interitum Milonis: odium fuiſſe illius in hunc acerbiſſimum, [c] in illum hujus nullum: conſuetudinem illius perpetuam in vi inferenda; hujus tantum in repellenda.

a diverſur. *alii.*
b ne in *alii.*
c null. huj. in illum *Lamb.*

52 Mortem ab illo denuntiatam Miloni & [d] prædictam palàm; nihil umquam [e] auditum ex Milone: profectionis hujus diem illi notum; reditum illius huic ignotum fuiſſe. hujus iter neceſſarium; illius etiam potiùs alienum: hunc præ ſe tuliſſe, ſe illo die Româ exiturum; illum eo die ſe diſſimulaſſe rediturum: hunc nullius rei mutaſſe conſilium; illum cauſam mutandi conſilii finxiſſe: huic, ſi inſidiaretur, [f] [17] noctem prope urbem exſpectandam; illi, etiam ſi hunc non timeret, tamen acceſſum ad urbem nocturnum fuiſſe metuendum.

P. B.
d prædicatam *MSS.*
e tale audit. *MS.*
f nocte propter *edd. quad.*

53 XX. Videamus nunc id, quod caput eſt: locus ad inſidias ille ipſe, ubi congreſſi ſunt, utri tandem fuerit aptior. Id verò, judices, etiam dubitandum & diutius cogitandum eſt? Ante fundum Clodii: quo in fundo, propter inſanas illas ſubſtructiones, facilè [18] mille hominum

ſuſpicari debuit eum non in Villam Albanam Pompeji aliquot paſſibus a via remotam, ſed potius ad villam ſuam quæ viam tangeret eſſe diverſurum. Quod ſi Clodium ſuſpicabatur, ad villam ſuam eſſe digreſſurum, debuit Milo prævenire, & ante occurrere Clodio, quam ille in villa ſua reſideret. atqui non occurrit, ergo de inſidiis non cogitavit. *Abram.* Erfurtenſis ſane & Lambini vetus codex, *Quod ut ſciret Milo*, quæ ſcriptura non eſt repudianda, *ut* accipitur ut ſæpius *ut ut*, pro quamvis, licet. Quamvis id ſciret Milo, &c. Cic. 1. ad Fam. epiſt. 9. *In quo ut jam ſit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor eſt in iis, qui reliquerunt.* Plura viri docti dudum hujus notionis collegerunt. *Grav.*

17. *Noctem prope urbem exſpectandum.*] Liber unus antiquus habet, *noctem prope urbem exſpectandam*, melius, quam vulgati, *nocte prope urbem exſpectandum.* Lambin. *Nocte prope urbem exſpectandam.*] In noſtris manuſcriptis eſt, *Noctem prope urbem exſpectandam:* quod Lambinus quoque in uno antiquo ſe inveniſſe teſtatur. *Fr. Fabric.*

18. *Mille hominum verſabatur valentium adverſari.*] Ita habet Victorius. Manutius delet *adverſari:* quem ſequitur Lambinus, ſed uterque retinent *valentium:* ſatis quidem bene, ſed melius An-

ıum verſabatur valentium. g edito adverſarii atque excel- g edito deeſt in MS.
o loco ſuperiorem ſe fore h putabat Milo, & ob eam h putarat Lamb.
rem eum locum ad pugnam potiſſimùm k elegerat? an
n eo loco eſt potiùs exſpectatus ab eo, qui ipſius loci i cauſam alii.
pe facere impetum l cogitarat? Res loquitur, judices, k legerat MS. delegerat alii.
ipſa: quæ ſemper valet plurimùm.

Si hæc non geſta audiretis, ſed picta videretis: tamen
ppareret uter eſſet inſidiator, uter nihil cogitaret mali, 54
ùm alter veheretur in m rheda pænulatus, unà ſederet l cogitaret MS.
ıxor. quid horum non impeditiſſimum? veſtitus, an ve- m reda MS. & ita ſemper.
ıiculum, an comes? quid minus promptum ad pugnam,
ùm 19 pænulâ irretitus, rhedâ impeditus, uxore pænè
onſtrictus eſſet? Videte nunc illum, 20 primùm egredien-
tem

ıuguſtinus, qui utramque vocem delet. *Urſin.* De locutione ipſa *ville hominum verſabatur* vide Gronovium lib. 1. de Seſtertiis cap. o. ubi erudite oſtendit, *mille* non eſſe χιλιάδα, ut ſtatuebant Gellius & Macrobius, nec *mille hominum* dictum eſſe conjunctio- ıe ſubſtantivi cum ſubſtantivo, ſed adjectivi cum ſubſtantivo, ıec nominativi cum genitivo, ſed duorum genitivorum; intel- igi autem nominativum, *multitudo*, vel *numerus*, vel *manus.* ut ntegre apud Maronem: *Sub quo mille manus juvenum.* vide ibi lura. *Grav.*

19. *Pænulâ irretitus.*] Propter illius veſtimenti anguſtias. Non- ıius Marcellus lib. de Genere veſtimentorum: *Pænula eſt veſtis* ıam *ſupra tunicam accipimus. Pomponius Pannuceatis. Pænulam in* ıput *induce, ne te noſcat.* ea autem fuit vel ſcortea, id eſt, e ſcor- o ſive corio confecta, vel villoſa & gauſapina. de ſcortea Mar- ialis lib. XIV. ep. 130.

Ingrediare viam cœlo licet usque ſereno
Ad ſubitas nusquam ſcortea deſit aquas. lege *deſit.*

De villoſa ſive gauſapina ep. 145.

Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt,
Ut me vel media ſumere meſſe velis.

Eam ſumebant viatores, & cum vel imber caderet, vel ſe vis frigoris paulo vehementius intenderet, quod fecit Milo 13. Kal. Febr. proficiſcens. Varro, Virgula Divina: *Non quærenda eſt homi- ni, qui habet virtutem pænula in imbri.* Juvenalis:

——— *fremeret cum frigore vernus*
Jupiter, & multo ſtillaret pænula nimbo. Abram.

20. *Primum egredientem.*] Obſcuritas orta hic erat ex prava di- ſtinctione, quam correxit Guilielmius. Cum Cicero dixiſſet, *Videte nunc illum primum egredientem è villa ſubito*, cum ſcilicet Mi- lonem venire intellexiſſet, quærit Cicero *cur?* ſcilicet tam ſubi- to prodibat e villa, reſpondent Clodiani *veſperi*, imminebat ırevi nox, ſubito erat Romam properandum. Quærit iterum Ci- cero, *quid neceſſe eſt* veſperi viæ ſe committere? Reſpondent Clodiani *tardè* ſua ſe viæ committebat. Inſtat Cicero, *qui convenit,* d *præſertim temporis.* Cur tam tarde ingreditur, cum præſertim

tem è villa, ſubitò; cur? veſperi; [21] quid neceſſe eſt? tardè; quî convenit, id præſertim temporis? n Devertit in villam Pompeji. Pompejum ut videret? ſciebat [22] in o Alſienſi eſſe. p villam ut perſpiceret? millies in ea fuerat. quid ergo erat? q mora & tergiverſatio. dum hic veniret locum relinquere noluit.

n Divertit *alii.*
o Alienſi *MS.*
P. CXII.

55 XXI. Age: nunc iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore: tum ſine ea. numquam r non in rheda: tum in equo (s) comites Græculi, quocumque ibat, etiam cùm in caſtra Etruſca properabat: tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui numquam, tum caſu [23] pueros ſymphonia-

p procul inde villam *Manut & alii.*
q moræ & tergiverſationis *alii.*
r niſi in *Lamb. & MS.*

ASCONIUS.

(s) *Comites Græculi, quocunque ibat, etiam cum in caſtra Hetruſca properabat.*] Sæpe objicit Clodio Cicero, ſocium eum conjurationis Catilinæ fuiſſe. quam rem nunc quoque reticens oſtendit. fuerat enim opinio, ut Catilina ex urbe profugerat in caſtra Manlii centurionis, qui tum in Hetruria ad Fæſulas exercitum ei comparabat, Clodium ſubſequi eum voluiſſe, & cœpiſſe, tum deinde mutato conſilio in urbem rediiſſe.

---

tam ſerum ſit, hora nimirum decima? Reponunt illi: *Devertit in villam.* Quærit Cicero cur? num *Pompejum ut videret?* Atqui ſciebat in Alſienſi illum eſſe. Reliqua ſunt facillima. *Grævius.*

21. *Quid neceſſe?*] Ego hoc totum, *eſt tarde?* quod irrepſit in libros vulg. delendum cenſeo. paullo poſt autem, duas voces, *procul inde*, ſine ulla religione, ulloque reprehenſionis metu, ſuſtuli: propterea quia & abſunt a veteribus cod. & ſunt ſupervacaneæ. *Lambinus.*

22. *In Alſienſi.*] Alſium oppidum fuit in Etruria, ut auctor eſt Plinius libro III. cap. 5. in cujus territorio villam habuiſſe videtur Pompejus. *Abram.*

23. *Pueros ſymphoniacos uxoris.*] Præ ſe ferebant viri graves hujusmodi nugas non ad ſe, ſed ad uxores ſuas pertinere. Seneca epiſt. 50. *Harpaſten uxoris meæ fatuam ſcis hæreditarium onus in domo mea remanſiſſe. ipſe enim averſiſſimus ab iſtis prodigiis ſum. ſi quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longe quærendus. me rideo. Hæc fatua ſubito deſiit videre. incredibilem tibi narro rem, ſed veram. neſciit eſſe ſe cæcam, ſubinde pædagogum ſuum rogat, ut migret. ait domum tenebroſam eſſe, hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi.* Et ſane mulieres potiſſimum hujusmodi pueros & nugas habebant. Lucianus de his qui mercede conducuntur: Μόνος οὐκ ἐπῄνεσας τὸ τῆς δεσποίνης παιδίσκιον ὀρχησάμενον, ἢ κιθαρίζοντα. *Solus non laudaſti dominæ puellum ſaltantem, aut citharâ modulantem.* Dio libro XLVIII. Παιδίον τι τῶν ψιθύρων, οἷα ἂν γυναῖκες γυμνά, ὡς πλῆθει ἀθύρουσαι τρέφουσι. *Puellus e numero illorum garrulorum & nugacium, qui nudi a mulieribus eorum multitudine ſe oblectantibus nutriuntur.* Idem.

niacos uxoris ducebat & ancillarum greges. ille, qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas [f] du- [f] duceret cebat, tum neminem, niſi ut [24] virum à viro lectum eſſe *MSS.* & diceres. Cur igitur victus eſt? quia non ſemper viator à *Lamb.* latrone, nonnumquam etiam latro à viatore occiditur: quia, quamquam paratus [25] in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.

Nec verò ſic erat umquam non paratus Milo contra il- 56 lum, ut non ſatis ferè eſſet paratus. ſemper ille & quantum intereſſet P. Clodii ſe perire, & quanto illi odio eſſet, & quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrem vitam ſuam, [26] quam maximis præmiis propoſitam & pæne [t] addictam ſciebat, numquam in periculum [27] ſine [t] additam præſidio & ſine cuſtodia [v] projiciebat. adde caſus, ad- *MS.* de incertos exitus pugnarum Martemque communem: [v] provehe- qui ſæpe ſpoliantem jam & exſultantem evertit & per- bat *alii.* culit ab abjecto. [28] adde [x] inſcitiam pranſi, poti, oſcitan- [x] inſcien- tis ducis: qui cùm à tergo hoſtem intercluſum reliquiſſet, tiam *alii.* [29] nihil de ejus extremis comitibus cogitavit: in quos incenſos ira, vitamque domini deſperantes cùm incidiſſet, hæ-

24. *Virum a viro lectum eſſe diceres.*] Vide P. Victorii verba. XVIII. Var. Lect. cap. 19. & Turnebi XXV. Adverſ. cap. 7. *Abram.*

25. *In imparatos Clodius, tamen mulier &c.*] In cod. Baſil. *Clodius, ipſe Clodius tamen mulier*; repetitione non injucunda quidem, ſed quam neſcias, an gloſſema ſit ad vocem *mulier*. Gruter.

26. *Quam maximis præmiis propoſitam.*] Cum ſcilicet Milo vitam ſuam a multis peti, & maxima præmia iis eſſe propoſita, qui ipſi necem intuliſſent, ut pene caput Milonis addictum & venditum eſſe videretur, nunquam ſe in periculum conjiciebat ſine præſidio, quo vitam ſuam defenderet. *Abram.*

27. *Sine præſidio & ſine cuſtodia provehebat.*] Non diſplicuit ſcriptura Erfurd. Hittorp. & Werd. *projiciebat*. antea impreſſi *provehebat*. Gruterus. Proprium *projicere* in hac re verbum eſt, quo utuntur de iis qui temere & inconſulto pericula ſubeunt. Hinc *projecta audacia homo*, qui Græcis dicitur παράβολος, & παραβόλ-λως exponit Suidas πρὸς κίνδυνον ῥίπτειν ἑαυτόν. vid. Salmaſ. de Modo Uſurarum cap. 5. *Græv.*

28. *Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis.*] Profert hunc locum Diomedes lib. I. cap. de participio, ab hac voce, *pranſi*, usque ad, *ducis*. quod autem ad vocem, *inſcitiam*, attinet, quidam *inſcientiam* legi volunt, a quibus diſſentio. &, *inſcitiam*, interpretor ſtultitiam. *inſcientia* autem aliud eſt. *Lamb.*

29. *Nihil de ejus extremis comitibus.*] Clodius nihil de Euclamo ſive Eudamo & Birrhia gladiatoribus Milonis, qui in ultimo agmine tardius euntes ſic pugnaverunt ut humerum ejus Birrhia rompheâ trajecerit. *Abram.*

hæſit in iis pœnis, quas ab eo ſervi fideles pro domini vi-
57 ta expetiverunt. Cur igitur eos manumiſit? [30] metuebat
ſcilicet, ne indicarent: ne dolorem perferre non poſſent:
ne tormentis cogerentur occiſum eſſe à ſervis Milonis
in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus eſt torto-
re? quid quæris? occideritne? occidit. Jure, an injuriâ?
P. B. nihil ad tortorem. [31] Facti enim in eculeo quæſtio eſt,
juris in judicio.

XXII. QUOD IGITUR in cauſa quærendum eſt, id
y hoc quod agamus y hic: quod tormentis invenire vis, id fatemur.
Manu verò cur miſerit, ſi id potiùs quæris, quàm cur
parum amplis affecerit præmiis: neſcis inimici factum re-
58 prehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia ſemper con-
z & dixit alii. ſtanter & fortiter, M. Cato; z dixitque in turbulenta
concione, quæ tamen hujus auctoritate placata eſt, non
libertate ſolùm, ſed etiam omnibus præmiis digniſſimos
a offend. MS. fuiſſe, qui domini caput a defendiſſent. Quod enim præ-
mium ſatis magnum eſt tam b benivolis, tam bonis, tam
b benevol. alii. fidelibus ſervis, [32] propter quos vivit? etſi id quidem non
tanti eſt, quàm quòd propter eoſdem non ſanguine &
vulneribus ſuis, crudeliſſimi inimici mentem oculoſque
ſatiavit. quos niſi manumiſiſſet, tormentis etiam dedendi
c fuerunt MS. c fuiſſent, conſervatores domini, ultores ſceleris, defen-
ſores necis. Hic verò nihil habet in his malis, quod mi-
nùs moleſtè ferat, quàm, etiam ſi quid ipſi accidat, eſſe
tamen illis meritum præmium perſolutum.

59 [33] Sed quæſtiones urgent Milonem, quæ ſunt habitæ
nunc

30. *Metuebat ſcilicet, ne indicaretur.*] *Ne indicarent* vetus liber re-ctius. & paullo poſt, *verbi cauſſa*, pro eo quod eſt in vulgatis, *ubi caſca*. Urſin.

31. *Facti enim in equuleo quæſtio eſt.*] In quæſtione ſolum fa-ctum inquiritur, in judicio de jure & cauſſa facti diſceptatur. Equuleus autem fuit inſtrumentum tortorium. de quo vide Si-gonium lib. III. de Judiciis cap. 18. & Baronium ad 22. Janua-rii in Martyrologio Romano, & omnium fuſiſſime Antonium Gallonium, Baronii inſiſtentem veſtigiis, libro de Tormentis Mar-tyrum cap. 3. *Abram.* Sed præ ceteris Hieronymi Magii libellum de Equuleo & Octav. Ferrar. Elector. lib. 1. cap. 5. *Græv.*

32. *Propter quos vivit?*] Id eſt, quorum operâ & beneficio vivit? ſic ſæpe loquitur Cic. exempli cauſâ, pro Roſcio Ameri-no: *Ut, propter quos hanc ſuaviſſimam lucem adſpexerit, eos indigniſ-ſime luce privarit, &c.* Idem infra, hac eadem oratione, *lugere eum ſolum, propter quem ceteri lætarentur.* Lambinus.

33. *Sed quæſtiones urgent Milonem.*] Cum accuſatores Milonis & Fau-

nunc in atrio Libertatis. Quibusnam de ſervis? rogas? de P. Clodii. 34 Quis eos poſtulavit? Appius. quis produxit? Appius. unde? ab Appio. Dii boni! quid poteſt agi ſeverius? De ſervis nulla quæſtio eſt in d dominos, niſi de inceſtu, 35 ut fuit in Clodium. 36 Proximè e deos acceſſit Clo-

d *ita Grav.* *alii* dominum.
e. ad *aut in MSS.*

Fauſtæ familiam ad quæſtionem poſtulaſſent, Milo ſervorum præcipuos manumiſit, ne illi quæſtioni ſubderentur. quare Appius Clodius, cum Milonis ſervos non impetraſſet, de Clodii ſervis habuit quæſtionem in atrio Libertatis, id eſt, in aula quadam porticibus circumdata ante ædem Libertatis. Libertas inter ceteras Deas etiam ſuum numen obtinebat: quæ ædes habuit in monte Aventino, ut auctor eſt Victor. de cujus atrio vide Thomam Dempſterum Paralipomenis in Roſinum, Marlianum libro V. Topographiæ cap. ſecundo aliosque. Videtur autem hoc atrium Libertatis fuiſſe ingens aula ante Libertatis ædem, porticibus & periſtyliis circumdata. qualis a Marone deſcribitur III. Divini Operis:

Illos porticibus Rex accipiebat in amplis,
Aulaï in medio libabant pocula Bacchi.

Aulam autem atrium fuiſſe ſupra jam oſtendimus. *Abram.*

34. *Quis eos poſtulavit? Appius.*] Non P. Clodii frater, ſed Caji fratris ejus filius, Milonis accuſator. infra: *In reum de ſervis accuſatoris cum quæritur, verum inveniri poteſt?* Atque hoc loco Quinctilianus hæc lib. IX. cap. 3. *Et ab iisdem verbis plura acriter & inſtanter incipiunt. Nihil ne te nocturnum præſidium Palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil conſenſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus habendi ſenatûs locus, nihil horum ora vultusque moverunt?* Et iisdem deſinunt: *Quis eos poſtulavit? Appius. quis produxit? Appius.* Quamquam hoc exemplum ad aliud quoque ſchema pertinet, cujus initia inter ſe & fines iidem ſunt, quis & quis, Appius & Appius. Quale eſt: *Qui ſunt, qui fœdera ſæpe ruperunt? Carthaginienſes. qui ſunt, qui in Italia crudele bellum geſſerunt? Carthaginienſes. qui ſunt, qui Italiam deformaverunt? Carthaginienſes. qui ſunt, qui ſibi ignoſci poſtulant? Carthaginienſes.* P. Manut.

35. *Ut fuit in Clodium.*] Clodius utroque ſe inceſtûs genere obligarat. nam & cum ſorore ſtuprum admiſerat, & ingreſſus fuerat domum Cæſaris, ut Pompejæ, cum Veſtalibus ſacris operam danti in operto, & ipſis Bonæ Deæ pulvinaribus ſtuprum inferret. *Abram.*

36. *Proxime deos acceſſit Clodius.*] Sic eſſe legendum & libri veteres pervincunt, & Priſcianus teſtatur. *Lambinus. Proxime ad Deos.*] Petrus Victorius lib. XIX. Variarum cap. 20. legit ex MS. & Priſciano *proxime Deos*, extrita præpoſitione. res eſt parvi momenti. locus autem in eo conſiſtit. Clodius moriens proxime acceſſit ad Deos, quia de ejus morte quæſitum eſt ab ipſius ſervis, tanquam de ceremoniis violatis. & hoc pacto propius acceſſit quam tum, cum ad opertum Bonæ Deæ penetravit P. Clodius cum veſte muliebri, habitu tibicinæ, domi C. Cæſaris Conſulis, cum in ea domo pro populo fieret, & Bonæ Deæ ſacrificia celebrarentur. *Abram.*

37. Mar

Clodius, propiùs quàm tum, cùm ad ipſos penetrarat: cujus de morte, tamquam de cæremoniis violatis, quæritur. Sed tamen [37] majores noſtri in dominum de ſervo quæri noluerunt, non [f] quia non poſſet verum inveniri, ſed quia videbatur [g] indignum [38] & dominis morte ipſa triſtius. In reum de ſervis accuſatoris cùm quæritur, verum inveniri poteſt?

f quin poſſet *alii.*
g indig. eſſe *Grav.*

60 Agè verò, quæ erat, aut qualis quæſtio? [39] Heus Ruſcio (verbi cauſa) cave mentiaris. Clodius inſidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux. Nullas fecit. Sperata libertas. Quid hac quæſtione certius? Subitò [h] abrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur à ceteris & [40] in arcas conjiciuntur,

P. CXIII.
h *alii* arrepti.

37. *Majores noſtri in dominum de ſervo quæri noluerunt.*] Erfurt. *Majores noſtri in dominum quæri noluerunt, non quin non poſſet verum inveniri, ſed quia videbatur indignum eſſe. quin* pro vulgato *quia* recepi, ut & *eſſe*, quod deſideratur in Gruteriana, quæ illam ſunt ſecutæ, cum in Manutii, Lambini & aliis ante Gruterianam exſtet. *Grav.*

38. *Et dominis morte ipſa triſtius.*] Egregia hæc emendatio debetur Colon. vulgata lectio ineptit, *& domini morte &c.* quam & dudum in jus rapuit Modius Epiſt. XXXIX. *Grut.*

39. *Heus tu Ruſcio (verbi cauſâ) Clodius &c.*] Secutus ſum Pall. prius editi, *Ruſcio, ubi Caſca? Clodius.* ridiculè. Ahalæ liber, item Erf. & Werd. habebant amplius, *verbi cauſâ, cave mentiaris. Clodius.* neque reprehenderim. *Idem.*

40. *In arcas conjiciuntur.*] Arca videtur fuiſſe cataſta ſive machina cui ſervos alligabant. Tertullianus ad Martyres de Regulo: *Maluit hoſtibus reddi, & in arca genus ſtipatus undique extrinſecus clavis transfixus tot cruces ſenſit.* Feſtus: *Robur quoque in carcere dicitur is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur.* Plautus Pœnulo, ſcena *Quis pultat:*

—— quos ego jam detrudam ad molas
Inde porro ad puteum, atque ad robuſtum codicem.

Valer. lib. VI. cap. 3. de Gracchis: *Quin etiam familiares eorum, ne quis reipublicæ inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt.* Livius lib. XXXVIII. *At enim quod ex bonis redigi non poſſit, ex corpore & tergo per vexationem & contumelias Luc. Scipionis exſtituros inimicos, ut in carcere inter fures nocturnos & latrones vir clariſſimus intercludatur, & in robore ac tenebris exſpiret, deinde nudus ante carcerem projiciatur.* Parum abeſt, quin huc referam illud Horat. II. Sat. 7.

Quid refert uri virgis, ferroque necari
Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca,
Quo te demiſit peccati conſcia herilis,
Contractum genibus tangas caput.

Sed hoc de domeſticis arcis poteſt intelligi, in quas ſe abſcondere potuerunt. *Abram.*

41. Sed

ur, ne quis cum iis colloqui poſſit. Hi centum dies pe-
ies accuſatorem cùm fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore pro-
lucti ſunt. Quid hac quæſtione dici [i] poteſt integrius? [i] poſſet *MS.*
juid incorruptius?

XXIII. Quòd si nondum ſatis cernitis, cùm res ipſa 61
ot, tam claris argumentis ſignisque [k] luceat, pura men- [k] liqueat *Gul.*
e atque integra Milonem, nullo ſcelere imbutum, nul-
) metu perterritum, nullâ conſcientiâ exanimatum, Ro-
iam revertiſſe: recordamini, per deos immortales! quæ
ierit celeritas [l] reditûs ejus: qui ingreſſus in forum, ar- [l] reditus *non eſt in MS.*
ente curia: quæ magnitudo animi, qui vultus, quæ
ratio. Neque verò ſe pópulo ſolùm, ſed etiam ſenatui
commiſit: neque ſenatui modò, 41 ſed etiam publicis [m] *alii non habent* comm. *Lamb.* permiſit. *alii* tradidit.
ræſidiis & armis: neque his tantùm, verum etiam
ejus poteſtati, cui ſenatus totam rempublicam, omnem
aliæ pubem, cuncta populi Romani arma commiſerat.
ui ſe numquam hic profectò tradidiſſet, niſi cauſæ ſuæ
onſideret; 42 præſertim omnia audienti, magna metuen- [n] ei *MSS.*
, multa ſuſpicanti, nonnulla credenti. Magna vis eſt
onſcientiæ, judices, & magna in utramque partem: ut
eque timeant, qui nihil commiſerint; 43 & pœnam ſem-
er ante oculos verſari putent, qui peccarint.

Neque verò ſine ratione certa cauſa Milonis ſemper à 62
ſe-

41. *Sed etiam publicis præſidiis & armis.*] Non quod eo die quo
everſus eſt Milo jam eſſent in urbe; delecti milites, & in foro ad
eipublicæ præſidium collocati, aut ipſe Pompejus jam poteſta-
em haberet facto S. C. ut videret ne quid reſp. detrimenti cape-
et. nam inter incendium Curiæ & illud S. C. multi dies effluxe-
ant, & facti fuerant alii ex aliis Interreges, ut Aſconius in præ-
atione demonſtrat. Sed dicitur iis præſidiis & Pompejo ſe tradi-
iſſe, quod ex urbe non diſceſſerit, & voluntario exilio judi-
ium declinaverit, etiamſi Pompejus ſumma cum celeritate præ-
dium compararet. *Abram.*

42. *Præſertim omnia audienti, magna metuenti.*] *Intuenti*, pro *me-
uenti*, habet antiquus liber. *Vrſin.*

43. *Et pœnam ſemper.*] Beſſus patrem occiderat: *Hirundinum ni-
ulum haſta dejecit, & pullos interfecit.* Rogatus cur id faceret:
*Iumquid enim ait, jampridem falſò me accuſant, quaſi patrem occide-
im?* & hoc indicio detectus, parricidii convictus & punitus eſt.
*Apollodorum ferunt in ſomnis vidiſſe ſe excoriatum decoqui, & cor è
bete ſubclamare, Ego tibi horum cauſſa fui.* Vide locum in opuſcu-
o de Sera Numinis Vindicta, ut & de Hipparcho, Ptolemæo Ce-
auno & Pauſania. Inter cetera: *Corpore quidem malefactorum
uniſque ſupplicio deſtinatus ſuam crucem exportat, at improbitas tormen-
um ſibi ex ſeipſa fabricat & machinatur.* Abram.

44. *Opi-*

o vivebant *MSS.* · p imper. qui *alii.* P. B. · q populo Romano *MS.* · r deinde poſtea *quad. edd.*

ſenatu probata eſt. o videbant enim ſapientiſſimi homines
facti rationem, præſentiam animi, defenſionis conſtan-
tiam. An verò obliti eſtis, judices, recenti illo nuntio
necis Clodianæ, non modò inimicorum Milonis ſermo-
nes & [44] opiniones, ſed nonnullorum etiam p imperi-
torum? negabant eum Romam eſſe rediturum.

63 Sive enim illud animo irato ac percito feciſſet, ut in-
cenſus odio trucidaret inimicum: arbitrabantur, eum tan-
ti mortem P. Clodii putaſſe, ut æquo animo patria care-
ret, cùm ſanguine inimici expleſſet odium ſuum: ſive
etiam illius morte patriam liberare voluiſſet, non dubita-
turum fortem virum, quin, cùm ſuo periculo ſalutem
q reipublicæ attuliſſet, cederet æquo animo legibus, ſe-
cum auferret gloriam ſempiternam, nobis hæc fruenda
relinqueret, quæ ipſe ſervaſſet. [45] Multi etiam Catilinam
atque illa portenta loquebantur: erumpet, occupabit ali-
quem locum, bellum patriæ faciet. Miſeros interdum ci-
ves, optimè de republica meritos! in quibus homines
non modò res præclariſſimas obliviſcuntur, ſed etiam ne-
64 farias ſuſpicantur. Ergo illa falſa fuerunt: quæ certè vera
extitiſſent, ſi Milo admiſiſſet aliquid, quod non poſſet
honeſtè veréque defendere.

XXIV. QUID, QUÆ r poſteà ſunt in eum congeſta?
[46] quæ quemvis etiam mediocrium delictorum conſcien-
tiâ

44. *Opiniones.*] Non ſunt hic nudæ animi cogitationes, ſed ea-rum etiam ſignificatio externa. Tranquillus Octavio c. 51. *Quadam vero cognitione cum Æmilio Æliano Cordubenſi inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Caſare ſoleret.* Eodem ſenſu Philipp. II. *Omne autem crimen tuum eſt quod de te in his litteris non male exiſtimem.* Tranquillus libro citato cap. 67. *Cornuum ſervum graviſſime de ſe opinantem non ultra quam compedibus coërcuit.* in Càligula 27. *Serrâ diſſecuit. Nec omnes gravibus ex cauſis, verum male de ſuo munere opinatos, vel quod numquam per Genium ſuum dejeraſſent.* Abram.

45. *Multi etiam Catilinam atque illa portenta loquebantur.*] Ant. Auguſtinus *tempora* legit: quod verbum minus vehemens eſt, quam *portenta.* Urſin.

46. *Qua quamvis etiam mediocrium.*] In noſtris manuſcriptis legitur, *Qua quemvis etiam mediocrium delictorum conſcientia perculiſſent.* Fr. Fabritius. *Qua quemvis etiam mediocrium delictorum conſcium perculiſſent.*] Sic nunc edidi. nam vulgatam, *qua quamvis etiam mediocrium delictorum conſcientiam perculiſſent*, non probo, propter illud, *quamvis conſcientiam.* antiquam autem, quam reperit Fr. Fabritius, non nimio plus probo, propter illud, *qua quemvis perculiſſent conſcientiâ, &c.* nam ablativus, *conſcientiâ*, in-ſtru-

[iis] perculiſſent, ut ſuſtinuit? dii immortales! ſuſtinuit? immò verò ut contempſit ac pro nihilo putavit? [ſ] quæ neque maximo animo nocens, neque innocens, niſi fortiſſimus vir, negligere potuiſſet. ſcutorum, gladiorum, frenorum, [47] ſparorum pilorumque etiam multitudo [t] deprehendi poſſe indicabatur. nullum in urbe vicum, nullum angiportum eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet conducta domus: arma [48] in villam Ocriculanam devecta Tiberi: domus in clivo Capitolino ſcutis referta: plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum. Hæc non delata ſolùm, ſed pænè credita: nec antè repudiata ſunt quàm quæſita.

[ſ] *duodecim ſeqq. voces deſunt in MS.*

[t] deprendi *alii.*

Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompeji: ſed [v] dicam, ut ſentio, judices. Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere poſſunt ii, quibus tota commiſſa eſt reſpublica. Quin etiam [x] audiendus ſit popa Licinius, neſcio [y] quis, de circo maximo: ſervos Mi- 65

[v] dico *MS.*

P. CXIV.

[x] fuerit audiendus *MSS.*

[y] qui *MS.*

ſtrumenti locum obtinens, non ſatis apte cohæret cum iis, quæ aliquem conſcium percellunt: cum homines peccatorum conſcios vel crimina percellere dicantur, vel conſcientia, non autem crimina conſcientia, id eſt, per conſcientiam. ſupra autem, ubi vulgo legitur, *ſalutem reip. attuliſſet*, itaque olim edidimus, nunc *p.* R. id eſt, *populo* R. edendum curavimus. Ex his litteris autem ſupra admonuimus nata eſſe menda innumerabilia in his nominibus *prætor*, *populus* R. *reip.* dum librarii in eis litteris errant, quibus ita conjunctim ſcriptis, *P.* R. ſignificatur *prætor:* disjuncte, *P.* R. *populus* R. converſo ordine *P.* R. *reſp.* Lambinus. *Quæ quemvis etiam mediocrium delictorum conſcientia perculiſſent.*] Ita lego ex Col. Fab. & Werd. ſententia planiſſima; licet neget Lambinus, homo aliquando Lynceo oculatior, aliquando talpâ cæcus magis. mecum hic ſentit Andr. Schottus amicus, qui adeatur lib. III. Nod. cap. 13. *Grut.*

47. *Sparorum pilorumque.*] Vox *ſparorum* abeſt a nonnullis libris manuſcr. quam retineo tamen: ſuperiorem vero, *frenorum*, non libenter hic lego: exiſtimoque vel eſſe delendam, vel aliam in ejus locum ſubſtituendam, quæ ſimilitudine litterarum ſit ei maxime affinis, ut, *framearum.* Quamquam nihil affirmo: & paullo poſt, ubi vulgati habent, *judicabatur*, illi, *indicabatur.* Lamb.

48. *In villam Ocriculanam.*] Sic legendum, & ita ſcriptum eſt in optimo illo & antiquiſſimo codice Saxonico, ut perſcripſit ad me Fabritius: & recte. ſic enim Strabo libro V. Κατ' αὐτὴν μὲν τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν οἵ τ' Ὀκρίκολοι πρὸς τῷ Τιβέρει. & Stephanus, Ὀκρίκολα, πόλις Τυῤῥηνίας, &c. quem locum Stephani notat Fabritius. vulgata igitur lectio, *Otricolanam*, damnanda. *Idem.*

49. *Ebrios*

Milonis apud ſe [49] ebrios factos, ſibi conſeſſos eſſe [z] de interficiendo Cn. Pompejo conjuraſſe: deinde poſtea ſe gladio percuſſum eſſe ab uno de illis, ne indicaret. Pompejo in hortos nuntiavit. Arceſſor in primis. de amicorum ſententia rem defert ad ſenatum. Non poteram in illius mei patriæque cuſtodis tanta ſuſpicione non metu exanimari: ſed mirabar tamen credi popæ: [50] confeſſionem ſervorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, [51] pro ictu gladiatoris probari.

[z] ſe de *Lamb.*

66 [a] Verùm, ut intelligo, cavebat magis Pompejus quàm timebat, non ea ſolùm, quæ timenda erant, ſed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæſaris, clariſſimi & fortiſſimi viri, per multas noctis horas nuntiabatur. nemò audierat tam celebri loco, nemo ſenſerat. tamen audiebatur. non poteram Cn. Pompejum, [52] præſtantiſſima virtute civem, timidum ſuſpicari: [53] diligentiam, totâ republicâ ſuſceptâ, nimiam nullam putabam. Frequentiſſimo ſenatu nuper in Capitolio ſenator inventus eſt, qui Milonem cum telo eſſe diceret. nudavit ſe in ſanctiſſimo templo, quoniam vita ta-

[a] *alii* Verumtamen.

49. *Ebrios factos ſibi confeſſos eſſe.*] Lambini editio: *confeſſos eſſe, ſe de interficiendo Cn. Pompejo conjuraſſe.* Quod illico reciperem, ſi ullus meorum librorum Lambini lectionem firmaret. Nam nullus dubito *ſe* præcedens *eſſe* deglutiiſſe, quamvis per ellipſin editum poſſet defendi, hic tamen aliquid obſcuritatis parit, ut auditor neſciat qui conjurarint, an ipſi ebrii, an dominus cum aliis. Sic ſequente capite reſtitui ex MSS. *ſe ſæpiſſime pro tua gloria contendiſſe*, cum in editis *ſe* non compareat. Porrò *Cn.* delevi volentibus Erfurtenſi & Pithœano. *Gravius.*

50. *Ebrioſorum confeſſionem.*] Magis placet ſi legatur, *Ebiorum.* Urſin.

51. *Pro ictu gladiatoris probari.*] Turing. & Hittorp. iſtud nobis largiuntur, præferendum omnino vulgatæ lectioni, in qua *putari.* ſic Terentius; *facilè ut pro eunucho probes.* conſule Modium quoque Epiſtola XXXIX. *Gruter.*

52. *Præſtantiſſima virtute civem.*] *Præſtantiſſima virtute virum* legitur in utroque manuſcripto. Cum autem fortis & magnus animus Pompeji commendetur, melius *viri* quam *civis* nomen convenit. *Fr. Fabritius.* Audiendus hic fuit Fabritius, ut auditus fuit a Lambino. Accedunt MSS. Fabritii, Erfurt. & Pithœi & primus Francii. *Gravius.*

53. *Diligentiam tota rep. ſuſcepta, nimiam nullam &c.*] Pal. ſec. *ſuſpecta.* Colon. *dil. pro tota &c.* arbitratur Gulielmius reponendum, *dil. pro tota repub. ſuſceptam, nimiam*, egregia planaque ſententia. *Grut.*

54. *Niſi*

talis & civis & viri fidem non faciebat, [54] niſi, eo tacente, res ipſa loqueretur. b inſidioſè MS.

XXV. OMNIA falſa atque b inſidioſe ficta comperta ſunt. c Quòd ſi tamen metuitur etiam nunc Milo, 67 (t) non hoc jam Clodianum crimen timemus, ſed tuas, Cn. c Cùm tamen ſi Manut. & alii.

ASCONIUS.

(t) *Non jam hoc Clodianum crimen timemus, ſed tuas, Cn. Pompei (te enim jam appello, & ea voce, ut me exaudire poſſis) tuas inquam ſuſpiciones perhorreſcimus.*] Diximus in argumento orationis hujus, Cn. Pompejum ſimulaſſe ſe timere, ſeu plane timuiſſe Milonem, & ideo ne domi quidem ſuæ, ſed in hortis ſuperioribus ante judicium manſiſſe, ita ut villam quoque præſidio militum circumdaret. Q. POMPEJUS, tribunus pl. qui fuerat familiariſſimus omnium P. Clodio, & ſectam ſuam ſequi ſe palam profitebatur, dixerat in concione, paucis poſt diebus quàm Clodius erat occiſus: *Milo dedit, quem in curia cremaretis: dabo, quem in Capitolio ſepeliatis.* In eadem concione idem dixerat (habuit enim eam a. d. VIII. Cal. Feb. cum Milo pridie, id eſt, VII. Cal. Febr. venire ad Pompejum in hortos ejus voluiſſet) Pompejum ei per hominem propinquum miſiſſe, ne ad ſe veniret. Prius etiam quàm Pompejus tertiùm conſul crearetur, tres tribuni, Q. Pompejus Rufus, C. Salluſtius Criſpus, T. Munatius Plancus, cum quotidianis concionibus ſuis magnam invidiam Miloni propter Clodium excitarent, produxerant ad populum Cn. Pompejum, & ab eo quæſierant, num ad eum delatum eſſet illud quoque indicium ſuæ vitæ inſidiari Milonem. Reſponderat Pompejus, Licinium quendam de plebe, ſacrificulum, qui ſolitus eſſet familias purgare, ad ſe detuliſſe, ſervos quoſdam Milonis, itemque libertos, comparatos eſſe ad cædem ſuam: nomina quoque ſervorum edidiſſe: ad Milonem miſiſſe, ut eos in poteſtate ſua haberet: à Milone reſponſum eſſe, ex iis ſervis, quos nominaſſet, partim neminem ſe unquam habuiſſe, partim manumiſiſſe. Dein, cum Licinium apud ſe haberet, Lucium quendam de plebe ad corrumpendum judicem veniſſe: qua re cognita, in vincula eum publica à ſe conjectum. Decreverat enim ſenatus, ut cum interrege & tribunis pl. Pompejus daret operam, ne quid reſpublica detrimenti caperet. Ob has ſuſpiciones Pompejus in ſuperioribus hortis ſe continuerat, deinde ex S. C. delectu per Italiam habito, cum rediſſet, venientem ad ſe Milonem unum omnium non admiſerat. item, cum ſenatus in porticu Pompeji haberetur, ut Pompejus poſſet intereſſe, unum tum excuti prius, quam in ſenatum intraret, juſſerat. Hæ ſunt ſuſpiciones, quas dicit ſe Cicero pertimeſcere.

---

54. *Niſi eo tacente.*] *Ut eo tacente res ipſa loqueretur* eſt in manuſcripto & infra *conquiſitores tui dictitarunt.* Statim *ſi dilecta juventus.* Fr. Fabrit. Miror Lambinum hic non recepiſſe veriſſimam ſcripturam veteris codicis, in quo eſt, *ut eo tacente res*, quam di-

di-

d exaudire *Lamb.*
e tuas inquam *alii.*
P. B.
f judicantur *MSS.*

Cn. Pompei (te enim jam appello ea voce, ut me [d] audire poſſis) [e] tuas, tuas, inquam, ſuſpiciones perhorreſcimus. Si Milonem times, ſi hunc de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas, ſi Italiæ delectus, ut nonnulli conquiſitores tui dictitant, ſi hæc arma, ſi Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi vigiliæ, ſi delecta juventus, quæ tuum corpus domumque cuſtodit, contra Milonis impetum armata eſt, atque illa omnia in hunc unum inſtituta, parata, intenta ſunt: magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non unius viri vires atque opes [f] indicantur, ſi quidem in hunc unum & præſtantiſſimum dux electus & tota reſpublica armata eſt.

g *ocle ſeqq. voces deſunt in MS.*
h Miloni *deeſt in pleriſque edd.*
i ſe ſæp. *alii.*
k *ita MSS. alii* inſediſſet.
l dilectu *alii.*

68 Sed quis non intelligit, omnes tibi reipublicæ partes ægras & [g] labantes, ut eas his armis ſanares & confirmares, eſſe commiſſas? Quòd ſi [h] Miloni locus datus eſſet; probaſſet profectò tibi ipſi, neminem umquam hominem homini cariorem fuiſſe quàm te ſibi: nullum ſe umquam periculum pro tua dignitate fugiſſe: [55] cum illa ipſa tæterrima peſte [i] ſæpiſſimè pro tua gloria contendiſſe: tribunatum ſuum [56] ad ſalutem meam, quæ tibi cariſſima fuiſſet, conſiliis tuis gubernatum: ſe à te poſtea defenſum in periculo capitis, adjutum in petitione præturæ: duos ſe habere ſemper amiciſſimos ſperaſſe; te tuo beneficio, me ſuo. quæ ſi non probaret: ſi tibi ita penitus [k] inhæſiſſet iſta ſuſpicio, nullo ut evelli modo poſſet: ſi denique Italia à [l] delectu, urbs ab armis, ſine Milonis clade numquam eſſet conquietura: næ iſte haud dubitans ceſ-

dicit ex Fabritio, ut ejus editionis margines oſtendunt. Codicem Fabritianum munit Erfurtenſis, in quo & ipſo *ut* pro *viſ*, quod hic ferri non poteſt, ſcribitur, cujus auctoritati nemo ſanæ mentis refragari poteſt. *Grævius.*

55. *Cum illa tæterrima peſte.*] In manuſcripto eſt, *Cum ipſa illa tæterrima peſte ſe ſæpiſſime.* Et paulo poſt, *Si tibi ita penitus inhæſiſſet.* Lambinus annotat quoſdam libros veteres habere, *hæſiſſet.* Fr. Fabrit. Placuit id *ſe* quoque Lambino.

56. *Ad ſalutem.*] Prudenter ſane. Pompejus, cum ejecto Cicerone Clodii tum inſidiis, tum contumeliis peteretur, Ciceronem curavit Milonis operâ revocari, ut ipſum Clodianis furoribus opponeret. Noſter autem hoc loco ſuæ revocationis mentionem inducit. Et iis verbis exponit, ut non Pompejo beneficium Milonis imputaret, ſed ſuam ipſius gratam voluntatem oſtendere videatur. *Abram.*

ceſſiſſet patriâ, [57] is, qui ita natus eſt, & ita conſuevit; [58] te, Magne, tamen anteſtaretur, quod nunc etiam facit.

XXVI. [m] VIDE, QUAM ſit varia vitæ commutabi- 69
liſque ratio, quàm vaga volubiliſque fortuna, quantæ in- m *Vides*
fidelitates in [n] amicis, quàm ad tempus aptæ ſimulationes, *MSS.*
quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timidi- n *amicitiis*
tates. [59] erit, erit illud profectò tempus, & illuceſcet *alii.*
aliquando ille dies, [60] cùm tu, ſalutaribus, ut ſpero, rebus tuis, [61] ſed fortaſſe motu aliquo communium tempo-

57. *Is qui ita natus eſt, & ita conſuevit: te, Magne, tamen atteſtaretur.*] *In qua natus eſt & ita conſuevit &c.* habet manuſcriptus liber Ant. Auguſtinus putat hunc locum non vacare mendo: cum tamen mihi, neque verbis, neque eorum ordini videatur aliquod ineſſe mendum; ſententiis autem potius aliquid deeſſe. illa enim verba, *ita*, *ita*, videntur aliquid deſiderare, nec minus illud *atteſtaretur* requirit neſcio quid, quod atteſtandum eſſet: poteſt itaque locus non mendoſus videri, ut illa *ita*, *ita* pendeant ex ſuperioribus; ad *atteſtaretur* autem nihil præterea requiratur, quum diſcedens Pompejum atteſtaretur (quod vulgo dicitur proteſtari, quod antiquis in uſu hoc non puto fuiſſe) ſe illius ſupervacaneis ſuſpicionibus injuria cariturum patria, non ſuo aliquo crimine, aut fœda committendi ſceleris conſcientia. *Urſin.*

58. *Te, Magne, tamen ante teſtatur.*] Pro, *anteſtaretur*, in aliis libris vulgatis legitur, *atteſtaretur*. Ego *anteſtaretur*, ex vetuſto probo. Nam *anteſtari* eſt teſtem facere, *μαρτυρῆσθαι*. quomodo in antiquo Lexico exponi Briſſonius teſtatur. Hoc verbum etiam paſſive uſurpari, & ſignificare *προδιαμαρτυρηθῆναι*, Priſcianus lib. V. docet. De eodem verbo lege interpretes Horatii in Satyr. 9. lib. I. Sermonum. *Fr. Fabritius.*

59. *Erit, erit.*] Iterato eodem verbo ſententia vim acquirit: ut infra: *Eſt, eſt profectò illa vis.* Pro Fontejo: *Fuit, fuit illis judicibus divinum ac ſingulare, judices, conſilium.* Hæc magis a Cicerone dici placet quam a Milone; cujus cum laude dicantur. numquam enim profectò de ſeipſo diceret illa, quæ ſubjunguntur, *unius poſt homines natos fortiſſimi viri.* P. Manut.

60. *Cum tu ſalutaribus, ut ſpero, rebus tuis.*] Ant. Auguſtinus pro *ſalutaribus* legit *ſalvis*, non modo melius quam in vulgatis, ſed etiam neceſſario: nunquam enim memini me legiſſe *ſalutare* niſi in cauſa & utilitate ſalutis. incidi poſtea in librum manuſcriptum, qui Ant. Auguſtini conjecturam confirmaret. *Urſin.*

61. *Sed fortaſſe motu aliquo communium temporum immutatus.*] Verius, *Immutatis.* Nam ad verſus Euripidis, vel epiſtolam etiam Dionis, in qua illi exponuntur, reſpexiſſe videtur, ubi hæc leguntur: *Καί μοι τοῦτο τοῦ Εὐριπίδου κατὰ καιρόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι σοι πραγμάτων, ἄλλως ποτὲ ξυμπεσόντων, εὔξει τοιοῦτον ἀνδράσι παρεστάναι.* Camer.

porum immutatis (qui quàm crebrò accidat experti debemus ſcire) & amiciſſimi benivolentiam, & graviſſimi hominis fidem, & [62] unius poſt homines natos fortiſſimi viri magnitudinem animi deſideres. P. CXV.

70 Quamquam quis hoc credat, Cn. Pompejum, juris publici, moris majorum, rei denique publicæ peritiſſimum, cùm ſenatus ei commiſerit, ut videret, NE QUID RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET: [63] quo uno verſiculo ſatis armati ſemper conſules fuerunt, etiam nullis armis datis: [64] hunc exercitu, hunc delectu dato, judicium exſpectaturum fuiſſe [65] in ejus conſiliis vindicandis, o qui vel judicia ipſa tolleret? Satis judicatum eſt à Pompejo, p ſatis, falſò iſta conferri in Milonem: qui legem tulit, qua, ut ego ſentio, Milonem abſolvi q à vobis oporteret; ut omnes confitentur, liceret.

o qui vi jud. *MS.*
p *illud* ſatis *alii non habent.*
q à vobis *in aliis deeſt.*

Quòd

62. *Unius poſt homines natos.*] Tractum ex illis Lucilii:

Samnis ſpurcus homo, vita illa dignu' locoque
Cum Pacidiano componier, optimu' longe
Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

Noſter pro Domo ſua: *Quis provinciam homini poſt homines natos turpiſſimo, &c.* undecima etiam Philippica hoc eodem pacto locutum eſſe notat P. Victorius, cui debetur hæc nota. *Abram.*

63. *Quo uno verſiculo.*] Unâ, ut vulgo loquuntur, lineâ. Senatus enim conſulta in tabulas referebant. Valerius lib. II. *Veteribus Senatusconſultis* T *littera ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur illa Tribb. quoque cenſuiſſe.* Sed putidum ſit exempla conquirere. hinc illud quod cum Druſo Tribunitia poteſtas decreta eſt: *Quintus Haterius cum S. C. aureis litteris figenda in curia cenſuiſſet, deridiculo fuit ſenex fœdiſſimæ adulationis tantum infamia uſurus.* auctor Tacitus III. Annalium. *Idem.* Latini verſum nominant quod indocti lineam: & indoctiores regulam, ſive ſit oratio ſoluta, ſive carmen. Sic dixit Juſtinianus ſe Juriſconſultorum reſponſa in paucos verſus contraxiſſe, quæ prius multis verſuum millibus continebantur. Item alibi Cic. hujuſmodi plebiſcitum verſiculum appellavit, volumusque jubemusque ut M. Tullio Ciceroni aquâ & igni interdictum ſit. Qualem protulit verſiculum Clodius Tribun. contra Milonem. *J. Cruquius.*

64. *Hunc exercitu, hunc delectu dato.*] Ant. Auguſtinus mavult *hoc, hoc:* at non oſtendit exercitum, neque delectum, ſed hunc virum per emphaſin, quem talem deſcripſerat. *Urſin.*

65. *In ejus conſiliis vindicandis.*] Veneti, *Judicandis.* Et aliquanto poſt, *Mihi conjuncta fideliſſima gratia,* Ven. *Fidiſſ. gratia,* parvo vel nullo diſcrimine. *Camer.* *In ejus conſiliis judicandis.*] Malim, *vindicandis.* nam quod ſequitur, *qui vel judicia ipſa tolleret,* ad illud ſpectat, *judicium exſpectaturum fuiſſe:* ut, eodem iterato verbo, quiddam leporis & venuſtatis eluceat. *P. Manut.*

66. At-

Quòd verò in illo loco r atque illis publicorum præſi- 71
diorum copiis circumfuſus ſedet: ſatis declarat, ſe non terrorem inferre vobis (quid enim illo minùs dignum quàm cogere, ut vos eum condemnetis, in quem ſ animadvertere ipſe & more majorum, & ſuo jure poſſet?) ſed præſidio eſſe: ut intelligatis, (u) contra heſternam concionem illam licere vobis, quod ſentiatis, liberè judicare.

r atque in illis *alii.*
ſ animum advertere *MS.*

XXVII. Nec verò me, judices, Clodianum cri- 72
men movet: nec tam ſum demens tamque veſtri ſenſus ignarus atque expers, ut neſciam quid de morte Clodii ſentiatis. de qua ſi jam t nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impunè Miloni palàm clamare [66] atque mentiri glorioſè liceret: [67] occidi, occidi, non Sp. Mælium, qui annonâ levandâ jacturiſque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in ſuſpicionem incidit regni appetendi: non Ti. Gracchum, qui collegæ magiſtratum per ſeditionem v abrogavit: quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis ſui gloriâ: ſed eum (auderet enim dicere, cùm patriam periculo ſuo liberaſſet) cujus x nefandum adulterium in pulvinaribus ſanctiſſimis [68] nobiliſſimæ fœminæ comprehenderunt.

t volam *MS.*
v abrogabat *Lamb.*
x nefarium *alii.*
P. B.

Eum,

ASCONIUS.

(u) *Contra heſternam concionem illam.*] Idem T. Munatius Plancus, ut ſæpe diximus, poſt audita & obſignata teſtium verba dimiſſoſque interim judices, vocata concione cohortatus erat populum, ut clauſis tabernis poſtero die ad judicium adeſſet, nec pateretur elabi Milonem.

---

66. *Atque mentiri glorioſè.*] Gulielmius probat quod reperit in Baſil. *metiri. glorioſè metiri*, eſt jactare ſe & oſtentare rem geſtam. Sic Lælio: *Nec virtutem verborum magnificentiâ metiamur.* Gruter.

67. *Occidi, occidi.*] Verba geminantur amplificandi gratiâ: & primum, *occidi*, indicat, alterum affirmat. Quinctilianus lib. IX. cap. 3. *P. Manut.*

68. *Nobiliſſimæ fœminæ.*] Virgines Veſtales. vid. Noſter de Haruſp. reſp. Deæ ſacrificio. Has autem Veſtales non niſi nobiles & ex honeſtis, immo primariis familiis capiebant. Gellius lib. I. cap. 12. ex Labeone Antiſtio, captam fuiſſe negat, *Cujus parentes, alter ambove ſervitutem ſervierunt, aut in negotiis ſordidis verſantur.* Præterea Capito Attejus ſcriptum reliquit: *Neque ejus legendam filiam qui domicilium in Italia non haberet.* Adeo ut ne lege quidem permittente, ad libertinos & ignobiles potuerit id ſacerdotium pervenire. Vide Dionem lib. LV. A quibus autem

73 Eum, cujus ſupplicio ſenatus ſollemnes religiones expiandas ſæpe cenſuit: eum, quem cum ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe L. Lucullus juratus ſe, quæſtionibus habitis, dixit comperiſſe: eum, qui civem, quem ſenatus, quem populus, quem omnes gentes, urbis ac vitæ civium conſervatorem [y] judicabant, ſervorum armis exterminavit: eum, [69] qui regna dedit, [70] ademit; orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus eſt: eum, qui, [71] plurimis cædibus in foro factis, ſingulari virtute & glo-

y judicarant *MS.*

Veſtalibus fuerit comprehenſus noſter Clodius non liquet. Invenio iisdem pene temporibus Veſtalem fuiſſe Fontejam. Cicero pro M. Fontejo. Fabiam Terentiæ Ciceronis ſororem Aſconius agnoſcit orat. in toga candida contra C. Antonium & L. Catilinam competitores. Liciniam ex Plutarcho initio vitæ Marci Craſſi, quam innuit orator pro Murena: *Si Virgo Veſtalis huic propinqua & neceſſaria locum ſuum gladiatoribus conceſſit.* Abram. Non ſolas Virgines Veſtales intelligit, ſed & alias matronas, quæ in Conſulis ædibus convenerant ad ſacra Bonæ Deæ celebranda. Grævi.

69. *Qui regna dedit.*] Brogitaro de Haruſp. reſp. *Tu etiam Regem* Dejotarum *appellari cum Brogitaro jubes, ſed alter eſt Rex, judicio Senatus per nos: pecunia Brogitarus per te appellatus.* Pro Sextio: *Appellati Reges a populo, qui id nunquam ne a Senatu quidem poſtulaſſent.* Id quoque ad majeſtatem S. P. Q. R. pertinuit, ut regna daret & Reges appellaret, cujus rei multa exempla ſunt. vide Vatinianam. Appianus Alexandrinus Prooemio ſuæ hiſtoriæ: *Armeniam majorem, Cui quidem Romani non dominantur, quoad tributorum exactionem: ſed Reges iis inſtituunt.* Abram.

70. *Ademit.*] Ut Ptolemæo Cypriorum Regi, de quo *nihil cogitante, nihil ſuſpicante, eisdem operis ſuffragium ferentibus, eſt rogatum, ut ſedens cum purpura & ſceptro, & illis inſignibus regiis præconi publico ſubjiceretur.* pro Sextio. vide in illa oratione plura. Hoc factum omnes hiſtorici Romanis moribus indignum cenſuerunt. Sext. Rufus in Breviario: *Cyprus famoſa divitiis paupertatem populi Romani, ut occuparetur, ſollicitavit,* &c. *ita ut jus ejus Inſulæ avarius, quam juſtius, ſimus aſſecuti.* Ammianus lib. XIV. id factum ait: *Ptolemæo Rege fœderato nobis & ſocio, ob ærarii noſtri anguſtias juſſo ſine ulla culpa proſcribi.* quibus verbis duo contra veritatem attexuit. Cicero pro Sextio, rei indignitatem, quantum poteſt, exaggerans, tamen ait: *Erat Rex ſi non ſocius, at non hoſtis.* Alii aliam, quam ærarii anguſtias, proſcriptionis illius cauſſam attulerunt. ut Dio libro LVIII. & Appianus II. Bellorum Civilium. *Idem.*

71. *Plurimis cædibus in foro factis.*] Cum videlicet poſt ereptum e vinculis Tigranem, Pompejum contumeliis affecit, in ejus amicos impetum fecit, fregit faſces Gabinii Conſulis, & bona dedicavit, ut auctor eſt Dio libro LVIII. & Noſter in Piſonem, ne enim de illis cædibus in foro factis intelligam, quibus Fabricius,

gloria civem domum vi & armis compulit: eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum, qui [72] ædem Nympharum incendit, ut [73] memoriam publicam recenſionis, [74] tabulis publicis impreſſam, exſtingueret.

Eum

tius, Q. Cicero, Sextius, occiſis multis magnum diſcrimen adierunt, ut narratur in Sextiana, ea ratio eſt, quòd iſtas cædes hic factas tradit, antequam Pompejus foro careret, & januâ ſe privatisque parietibus contineret. *Abram.*

72. *Ædem Nympharum.*] Pro Cœlio & in Paradox. IV. *Ædes Nympharum manu tua deflagrarunt.* In æde Nympharum tabulæ publicæ adſervabantur. *Hotomann.* *Ædem Nympharum.*] De Haruſp. Reſp. *Earum templum inflammavit Dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubvenitur.* Abram.

73. *Memoriam recenſionis.*] Servat hanc vulgatam præter Pall. Ahalæ liber, item Baſilic, atque Werd. tueturque contra Lambinum amiciſſimus Schottus, libro III. Nod. cap. 13. *Grut.*

74. *Tabulis publicis.*] Variæ fuerunt genera tabularum publicarum, fuerunt tabulæ cenſoriæ, quæ cenſum populi Romani continebant. Halicarnaſſeus lib. I. Antiq. Τῶν *καλουμένων τιμητικῶν ὑπομνημάτων* facit mentionem. Tabulæ etiam publicæ fuerunt in Æde Lucinæ, Juventæ, Libitinæ. Siquidem in æde Lucinæ recens natorum, in Juventæ eorum qui togam virilem ſumpſerant, in Libitinæ nomina mortuorum ſervabantur. Habebant & alterius generis publicas quas acta populi Romani dicebant ex Julii Cæſaris primum conſulis inſtituto. Vide Tranquillum in Julio & Tacitum lib. XII. Annalium. In Vatinium: *Hæc omnia ſciasne diligentia C. Memmii publicis tabulis eſſe notata atque teſtata.* Pro Sextio de Senatûs actis: *Idque ipſum tabulis publicis mandaretur ad memoriam poſteri temporis ſempiternam.* Nomina etiam externorum legatorum in publicas tabulas referebant, teſte Plutarcho in Quæſt. Romanis, probl. 43. Ibidem locationes vectigalium, redemptiones operum publicorum, aliique tum magiſtratuum & cenſorum præcipue, tum etiam privatorum contractus publicis tabulis mandati ſervabantur, ut ait Plutarchus præcedente problemate. Harum tabularum cura penes quæſtores ærarii. Vide Tacitum XIII. Annalium & ibi Lipſium. Lòci ubi ſervabantur archiva, ſive populi tabularia. Maro;

Inſanumque forum aut populi tabularia vidit.

Tabulæ etiam publicæ appellari poſſunt Senatusconſulta. Livius lib. III. agens de Lucii Valerii & M. Horatii conſulatu, qui primi poſt decemviros eum magiſtratum inierunt: *Inſtitutum etiam ab iisdem Conſulibus, ut Senatusconſulta in ædem Cereris ad Ædiles plebis deferrentur. quæ ante arbitrio Conſulum ſupprimebantur vitiabanturque.* Noſter tamen pro P. Sulla Livio videtur eſſe contrarius: *Quid deinde? quid feci? cum ſcirem ita Judicium in tabulas publicas relatum, ut illæ tabulæ privata tamen cuſtodia more majorum continerentur, non occultavi, non continui domi, ſed deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, dividique paſſim & pervulgari, atque edi popu-*

74. Eum denique, cui jam nulla lex erat, nullum civile jus, nulli poſſeſſionum termini: qui non [z] calumniâ litium, non injuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat: qui non ſolùm Etruſcos (eos enim penitus contempſerat) [75] ſed hunc [a] Q. Varium, virum fortiſſimum atque optimum civem, judicem noſtrum, pellere poſſeſſionibus armis caſtriſque conatus eſt: qui cùm architectis & decempedis villas multorum hortoſque peragrabat: qui Janiculo & Alpibus ſpem poſſeſſionum terminabat ſuarum: [76] qui, cùm ab equite Romano ſplendidiſſimo & forti viro, [b] T. Pacavio, non impetraſſet, ut inſulam [77] in lacu Prelio venderet, repentè lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta [c] atque arma convexit: dominoque trans ripam inſpectante non dubitavit ædificium exſtruere in alieno.

z kalumnia *MS.*

a Cn. Pomp. *quad. MS.* P. Varium *Lamb. alii aliter.*

b *alii* M. Paconio.

c *Lamb. delet* atque.

75 Qui huic T. Furfanio, cui viro? dii immortales! [78] quid enim ego de muliercula [d] Scantia? quid de adoleſ-

P. CXVI.

d Sanctia *alii.*

lo Romàno imperavi. diviſi tòti Italiæ, diviſi in omnes provincias, &c. Abram.

75. *Sed hunc Cn. Pompeium.*] Hunc non eſſe *Pompejum Magnum*, qui conſul pro ærario ſedebat, certum eſt. Sunt, qui *Q. Pompeium* Tribunum pl. inimiciſſimum Milonis intelligant: ſed nec ille judex placet, cum præſertim vetus liber habeat, *Sed hunc Cn. Pomp. Varium, fortiſſimum atque optimum civem.* Alter: *Sed hunc Criſpum Varium fortiſſimum.* Unde erroris in vulgata ſcriptura cauſa deprehenditur. Nam alii duas litteras *G. P. Criſpum*, alii *Cn. Pompejum* ſignificare putarunt; atque ſic longius progreſſi, ex *Vario virum* fecerunt. Ego *P. Varium* lego, & litteram G. bis in librario, ut fit, ſcriptam eſſe arbitror. *Fr. Fabrit.*

76. *Qui cum ab equite Romano, ſplendidiſſimo & forti viro, T. Pacavio, non impetraſſet, ut inſulam in lacu Pretio venderet.*] Hic locus in antiquo libro ſic legitur, *Ab equite Romano ſplendido & forti, M. Paconio, non impetraſſet, ut inſulam in lacu Perelio venderet*, ubi vides equiti attribui *ſplendorem & fortitudinem*, ut ſæpe alias. vulgo *ſplendidiſſimo* mendoſe legitur, qui autem de M. fecerunt, *viri*, ii *Titi* prænomen, quod nec in altero codice legitur, de ſuo addiderunt. De *lacus* nomine quod affirmem nihil habeo. Veterem tamen ſcripturam indicare volui. In eodem libro *arma* non *arenam* legitur. *Idem.*

77. *In lacu Pretio.*] De hujus lacûs vocabulo in codicibus antiquis diverſè disputans Cluverius lib. II. Italiæ Ant. pag. 474. decidit præferendum *Prelio*. Gronov. Grævium ſecutus edidi *Prelio.*

78. *Quid enim ego de muliercula Scantia? quid de adoleſcente Apronio dicam?*] In aliis libris hæc muliercula *Sanctia* nominatur. atque

leſcente [e] Aponio dicam? quorum utrique mortem eſt minitatus, niſi ſibi hortorum poſſeſſione ceſſiſſet) ſed auſus eſt Furfanio dicere, ſi ſibi pecuniam, quantam popoſcerat, non dediſſet, mortuum ſe in domum ejus illaturum: quâ invidiâ huic eſſet tali viro conflagrandum: qui Appium fratrem, hominem mihi conjunctum [79] fidiſſimâ gratiâ, abſentem de poſſeſſione fundi dejecit: qui parietem ſic per veſtibulum ſororis inſtituit ducere, ſic agere fundamenta, ut ſororem non modò veſtibulo privaret, ſed omni [80] aditu & limine.

[e] Apronio, *aut* Apono *alii*.

XXVIII. QUAMQUAM hæc quidem jam tolerabilia 76 videbantur: etſi [f] æquabiliter in rempublicam, in privatos: in longinquos, in propinquos: in alienos, in ſuos irruebat: ſed neſcio quomodo jam uſu obduruerat & percalluerat civitatis incredibilis patientia. Quæ verò aderant jam & impendebant, quonam modo ea aut depellere potuiſſetis, aut ferre? [81] Imperium ſi ille nactus eſſet (omit-

[f] æqualiter *MSS.*

que ita in altero manuſcripto legitur. In vetuſtiore nomen hoc nonnihil depravatum eſt: ſed ita ut *Sanctia* fuiſſe videatur. Adoleſcens ex manuſcriptis *Aponius* non *Apronius* eſſe debet. *Apronii* autem non pauci in antiquis lapidibus inveniuntur. Dio quoque lib. XLIII. Κόϊντον Ἀπώνιον ἄνδρα ἱππέα nominat. *Fr. Fabritius.* *Quid enim ego de muliercula Scantia? quid de adoleſcente Aponio.*] Pronomen *ego* eſt ab Erfurd. & Colonienſ. de *Scantia* & *Aponio* conſule d. cap. Schottum noſtrum. nam libri noſtri mire variant. *Gruterus.* Pith. cod. *quid de adoleſcente Apono dico?*

79. *Fideliſſima gratia.*] *Fidiſſima* eſt in MS. Paulò poſt in iiſdem legitur, *Etſi æqualiter in remp.* quomodo Manutius nunc edidit; legendum etiam: *Sed omni aditu & limine privaret.* Sic enim habent & libri vett. atque ita legendum eſſe docet Victorius in Var. Lect. lib. XX. cap. 18. *Fr. Fabritius.* *Fidiſſima* eſt etiam in Erfurt. & Pith. & Lambini editione. *Gravius.*

80. *Aditu & limine.*] Ita & ſcripti noſtri & Victorii, qui adeatur libro xx. Var. Lect. cap. 18. *Grut.*

81. *Imperium ille ſi nactus eſſet.*] Sic habent codices Memm. & paullò poſt, *pecunias dico?* ubi vulgati, *a liberis dico?* alii manuſcripti, *veſtra tecta dico:* quem locum P. Victorius notavit lib. XX. Var. lect. neque tamen totum, cum eſſet in libris vulg. corruptiſſimus, in integrum reſtituit. Ego autem videor mihi extremam manum ei admoviſſe. Proponam igitur lectionem vulg. primum: deinde emendationem meam, ex antiqua, parva mutatione facta, expreſſam, ut eam cum antiqua & vulgata comparatam intelligant omnes eſſe veram & germanam Ciceronis ſcripturam. Talis igitur eſt vulgata: *quonam modo ea aut depellere potuiſſetis, aut ferre imperium, ſi id ille nactus eſſet? Omitto ſ. ext. nat. r. tetr. vota en. f. ut in eos ſe pot. mit. quam in veſtras*

(omitto ſocios, exteras nationes, reges, tetrarchas. vota
g immitt. MS. enim faceretis, ut in eos ſe potiùs g mitteret quàm in
veſtras poſſeſſiones) veſtra tecta, veſtras pecunias, pecu-
h *alterum* à lib. *deeſt in MS.* nias dico? à liberis, h à liberis, medius fidius, & conju-
gibus veſtris numquam ille effrenatas ſuas libidines cohi-
i hæc *deeſt in aliis.* buiſſet. Fingi hæc putatis, quæ patent? i hæc quæ nota
ſunt omnibus? quæ tenentur? ſervorum exercitus illum
in urbe conſcripturum fuiſſe, per quos totam rempubli-
cam resque privatas omnium poſſideret?

77 Quamobrem, ſi cruentum gladium tenens clamaret T. Annius, Adeſte, quæſo, atque audite cives: P. Clodium interfeci; ejus furores, quos nullis jam legibus, nullis
k *ita MSS. alii* unum affectum eſt, ut jus. judiciis frenare poteramus, hoc ferro & hac dextera à cervicibus veſtris repuli; per me k ut unum jus, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in civitate manerent:

poſſeſſ. veſtra tecta, veſtras pecunias, a liberis dico, a liberis med. &c. Ego ſic reſtitui: *quonam modo ea aut depellere potuiſſetis, aut ferre, imperium ille ſi nactus eſſet? Omitto ſocios, exteras nationes, reges, tetrarchas: (vota enim feceratis, ut in eo ſe potius immitteret quam in veſtras poſſeſſiones) a veſtris tectis, veſtris pecuniis: veſtra tecta, veſtras pecunias dico: a liberis medius fidius, & a conjug. &c.* licet etiam ſic legere, ſervato verborum ordine, qui eſt in cod. Saxonico, *veſtras pecunias, veſtra tecta dico? a lib. &c.* vel erravit ſcilicet ſcriptor librarius in his verbis, *a veſtris tectis, veſtr. pec. veſtra tecta, veſtr. pec.* propter eorum iterationem: vel, cum exiſtimaret eſſe inanem & ſupervacaneam, prudens & ſciens totum illud, *a veſtris tectis, veſtris pecuniis*, præteriit, & ad proximum tranſiit, *veſtras pecunias, veſtra tecta.* Fieri porro etiam potuit, ut a Cicerone ita ſcriptum ſit in repetitione, *a veſtris pecuniis, veſtris tectis dico?* vel, *a veſtris tectis, veſtris pecuniis dico?* quæ poſtea ab aliquo ſciolo ſint corrupta, qui ea putaret correctionis indigere, propter verbum, *dico*, quaſi caſum accuſativum poſtulet, neque cum ablativo cohærere poſſit, non intelligens, ea eſſe poſita τεχνικῶς. Hæc eſt mea de hoc loco ſententia. *Lambinus.* *Quonam modo ea aut depellere potuiſſetis, aut ferre? Imperium ſi ille nactus eſſet, &c.*] Non improbo diligentiam & acumen virorum doctiſſimorum in hujus loci emendatione: ſed tamen quod in libro vetuſto eſt, quin in medium proferam, nihil opinor vetat. Sic igitur ille: *Quonam modo ea aut depellere potuiſſetis, aut ferre? Imperium ille ſi nactus eſſet (omitto ſocios, ceteras nationes, reges, tetrarchas: vota enim faceretis, ut in eos ſe potius mitteret quam in veſtras poſſeſſiones) veſtras pecunias, veſtra tecta dico, a liberis medius fidius, & a conjugibus veſtris, &c.* Fr. Fabr. *Imperium ſi ille nactus eſſet &c.*] Periodos has tres quatuorve diſtinxi, præeunte Schotto noſtro: ſcriptura verò ad verbum ſumpta eſt à Baſilicano. laborarunt heic multum præter Lambinum P. Victorius lib. XX. cap. 18. Franc. Modius Novantiquarum lectionum Epiſtola XLV. *Gruter.*

12. Qui

ent: [l] eſſet verò timendum, [m] quonam modo id [n] ferret civitas. nunc enim quis eſt, qui non probet? qui non gaudet? qui non unum poſt hominum memoriam T. Annium plurimùm reipublicæ profuiſſe, maxima lætitia populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes [o] affeciſſe, & dicat, & ſentiat? [p] Nequeo, vetera illa populi Romani quanta fuerint gaudia, judicare. multas tamen jam ſummorum imperatorum clariſſimas victorias ætas noſtra vidit: quarum nulla neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tantam.

78 Mandate hoc memoriæ, judices. ſpero multa vos liberoſque veſtros in republica [q] bona eſſe viſuros. in his ſingulis ita ſemper exiſtimabitis, vivo P. Clodio, nihil eorum vos viſuros fuiſſe. In ſpem maximam, &, quemadmodum confido, veriſſimam adducti ſumus, hunc ipſum annum, hoc ipſo ſummo viro conſule, [r] compreſſâ hominum licentiâ, cupiditatibus fractis, legibus & judiciis conſtitutis, ſalutarem civitati fore. Num quis igitur eſt tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuiſſe arbitretur? Quid? ea, quæ tenetis, privata atque veſtra, dominante homine furioſo, quod jus perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent?

XXIX. Non timeo, judices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentiùs hæc in illum evomere videar quàm veriùs. etenim [ſ] etſi præcipuum eſſe debebat; tamen ita communis erat omnium ille hoſtis, ut in communi odio pænè æqualiter verſaretur odium meum. Non poteſt dici ſatis, ne cogitari quidem, quantum in illo ſceleris, quantum exitii fuerit. Quin ſic attendite, judices. 79
nempe hæc eſt quæſtio de interitu P. Clodii. fingite animis: liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ; & quæ volunt, ſic intuentur, ut ea [t] cernimus, quæ videmus. Fingite [v] igitur cogitatione imaginem hujus conditionis meæ: ſi poſſim efficere, ut Milonem abſolvatis: ſed ita, ſi P. Clodius revixerit. quid vultu extimuiſtis? quonam modo ille vos [x] vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione [y] percuſſit? Quid? ſi ipſe Cn. Pompejus, [82] qui ea virtute ac fortunâ eſt, ut ea potuerit ſemper, quæ nemo præter illum: ſi is, inquam, potuiſſet, aut quæſtionem

de

P. B.
l enim vero *alii multi.*
m quomodo *Vict.*
n factum ferret *Manut. alii.*
o affeciſſet dicat *MS.*
p Non queo. *MS.*
q multa bona *MSS. Gul.*
r *alii* concuſſa.
ſ ſi *MS.*
t cernamus, quæ non *Gul.* & *MS.*
P. CXVII.
v igitur *deeſt in MS.*
x vivos *alii.*
y perculſit *MS.*

82. *Qui ea virtute ac ſapientia.*] Ven. & alii non, *ſapientia*, ſed, *fortuna*, habent. Neque id diſplicet: nam & alibi à Cicerone *Fortuna Pompeji* prædicatur. *Camer.*

83. Hu-

de morte P. Clodii ferre, [z] aut ipſum ab inferis excitare: utrum putatis [a] potius facturum fuiſſe? etiam ſi propter amicitiam vellet illum ab inferis [b] evocare, propter rempublicam non feciſſet. Ejus igitur mortis ſedetis ultores, cujus vitam, ſi putetis per vos reſtitui poſſe, [c] nolitis: & de ejus nece lata quæſtio eſt, qui ſi eadem lege reviviſcere poſſet, lata lex numquam eſſet. [83] Hujus ergo interfector ſi eſſet: in confitendo ab iiſne pœnam timeret, quos liberaviſſet?

80 Græci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quæ ego vidi Athenis? quæ aliis in urbibus Græciæ? quas res divinas [d] talibus inſtitutas viris? quos cantus? quæ carmina? propè ad [e] immortalitatis & religionem, & memoriam conſecrantur. Vos tanti conſervatorem populi, tanti ſceleris ultorem, non modò honoribus nullis afficietis, ſed [f] etiam ad ſupplicium rapi patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquam, ſi feciſſet, & magno animo & [g] libente ſe feciſſe, libertatis omnium cauſâ. quod [h] ei certè non confitendum [i] modo, verùm etiam prædicandum.

81 XXX. Etenim, ſi id non negat, ex quo nihil petit, niſi ut ignoſcatur: dubitaret id fateri, ex quo etiam præmia laudis eſſent petenda? niſi verò gratius putat eſſe vobis, [84] ſui ſe capitis quàm veſtri ordinis defenſorem fuiſſe: cùm præſertim in ea confeſſione, ſi grati eſſe velletis, honores aſſequeretur ampliſſimos. [85] ſi factum vobis non probaretur (quamquam quî poterat ſalus ſua [k] cuique non probari?) ſed tamen ſi minùs fortiſſimi viri virtus civibus grata cecidiſſet: magno animo conſtantique cederet ex ingrata civitate. nam quid eſſet ingratius quàm lætari ceteros, lugere eum ſolum, propter quem ceteri lætarentur?

[86] Quam-

z *alii* ſic.
a *ita Grut. è MSS. alii non habent* pot.
b *alii* revocare *aut* avocare.
c nolletis *Grav.*
d talibus *non eſt in MS.*
e immortalitatem *alii.*
f etiam *deeſt in aliis.*
g *alii* libenter.
h eſſet ei *MS.*
i modo fuiſſet *alii.*
P. B.
k cuiquam *MS.*

83. *Hujus ergo interfector ſi eſſet &c.*] Hæc & proxime ſequentia ita variè exhibentur in aliis editionibus, ut vix eundem eſſe locum, ſi ſeparatim legeris, dicas. Manutius, ut Lambinum & alios mittam, dedit: *Hujus ergo interfector non eſſet etiam confitendo ab iis impetraturus, ne pœnam timeret, quos liberaſſet?* Grævius: *Hujus ergo interfector qui eſſet, in confitendo ab his ne pœnam timeret, quos liberaviſſet?*

84. *Sui ſe capitis quàm veſtri ordinis &c.*] Vox *ordinis* non eſt in Colonienſi, & verè abundat. neque enim judicum ordinem intelligit tantum, quamvis eos alloquatur: ſed per eos *συνεκδοχικῶς* populum Rom. *Grut.*

85. *Si factum vobis.*] Melius, *ſin factum vobis &c.* Urſin.

86. *Quam-*

86 Quamquam hoc animo ſemper fuimus [l] omnes in 82
patriæ proditoribus opprimendis, ut, quoniam noſtra futura
eſſet gloria, periculum quoque & invidiam noſtram
putaremus. nam quæ mihi ipſi [m] tribuenda laus eſſet,
cùm tantum in conſulatu meo pro vobis ac liberis
veſtris auſus eſſem, ſi id, [n] quod conabar, ſine maximis
dimicationibus meis me eſſe auſurum arbitrarer? quæ
mulier ſceleratum ac perniciosum civem [o] occidere non
auderet, ſi periculum non timeret? Propoſitâ invidiâ,
morte, pœnà, qui nihilo ſegniùs rempublicam defendit,
is vir verè putandus eſt. Populi grati eſt, præmiis afficere
benè meritos de republica cives: viri fortis, ne ſuppliciis
quidem moveri, ut fortiter feciſſe pœniteat.

[l] omnes deeſt in *MS.*
[m] contribuenda *alii.*
[n] cum. con. *MS.*
[o] interficere *MS.*

Quamobrem uteretur eadem confeſſionè T. Annius, 83
qua Ahala, qua Naſica, qua Opimius, qua Marius, qua
nosmetipſi: &, ſi grata reſpublica eſſet, lætaretur: ſi
ingrata, tamen in gravi fortuna conſcientiâ ſuâ niteretur.
Sed hujus beneficii gratiam, judices, fortuna populi
Romani, & veſtra felicitas, & dii immortales ſibi deberi
putant. nec verò quisquam aliter arbitrari poteſt, niſi
87 qui nullam majeſtatem eſſe ducit numenve divinum:
quem

86. *Quamquam hoc animo.*] Dici vix poteſt, ad quid particula hæc adverſativa referatur, fortaſſe ad illa ſuperiora. *fateretur cum, &c. honores aſſequeretur ampliſſimos.* quanquam in recte factis id non ſpectavit, ſi Clodium propter rempublicam interemit. vel ad illa propinquiora *magno conſtantique animo, &c.* quaſi diceret, quanquam non eſt magnæ conſtantiæ hujusmodi ingratæ civitatis animos ferre: quia vir fortis non propter gratos cives, aut mercedem, ſed propter ipſam virtutis honeſtatem operatur, neque ſuo fine fruſtratur, etiamſi ſua virtus minus grata ceciderit ingratæ civitati. *Abram.*

87. *Qui nullam vim eſſe ducit numenve divinum.*] Sic Pall. aliquot, ſic Werd. Hitt. Grut. nam nonnulli, *qui nullam majeſtatem eſſe putat numenve divinum*, quomodo & primitus impreſſi. poſteriores enim *vim cœleſtem eſſe exiſtimat numenve divinum.* Gruter. *Majeſtatem* & ipſe reperi in editione anni 1472. Non fruſtra id lectum fuit in illis codicibus, ex quibus vetuſtiores editiones ſunt concinnatæ. Vereor ut, qui hoc immutarunt, & pro *majeſtatem* ſuppoſuerunt *vim*, vocis illius rariorem notionem non intellexerint. Hinc alii addiderunt *cœleſtem*; cum vis cœleſtis ſit genuina interpretatio vocis *majeſtas.* hanc vero interpretationem hauſerunt ex non longe poſt ſequentibus verbis, *Eſt, eſt profecto illa vis*, quam nimirum *majeſtatem* dixerat *numenve divinum.* *Vis* & majeſtas conjungitur a Nazario in Panegyrico Conſtantini, ubi loquitur de providentia divina; *Illa igitur vis, illa majeſtas*

ſem-

quem neque imperii p veſtri magnitudo, neque ſol ille, nec cœli ſignorumque motus, nec viciſſitudines rerum atque ordines movent, neque, id quod maximum eſt, majorum q noſtrorum ſapientia: qui ſacra, qui cæremonias, qui auſpicia & ipſi ſanctiſſimè coluerunt, & nobis, ſuis poſteris, prodiderunt.

84 XXXI. r EST, EST profectò illa vis: [88] neque in his cor-

p noſtri *alii.*

q noſtrorum *deeſt in aliis.*

r Et eſt *MS.*

fandi ac neſandi diſcriminatrix, &c. illa nefariam illius tyranni frugit amentiam. Majeſtas enim proprie dicitur de Numine, quod ſive in cœlo, ſive in hoc orbe noſtro, ſuam vim exſerit, declarat & oſtendit ſe curam gerere rerum humanarum. Seneca ep. 96. *Primus eſt Deorum cultus Deos credere, deinde reddere illis majeſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qua nulla majeſtas eſt,* hoc eſt nulla divinitas. Juſtin. XXIV. 6. de Templo Delphici Apollinis: *Ibi civitatem frequentia hominum fecit, qui ad affirmationem majeſtatis undique concurrentes in eo ſaxo conſedere.* hoc eſt, cum affirmaretur ibi præſens Numen eſſe, quod multis prodat ſe argumentis. mox addit τὸ *Dei: prorſus ut incertum ſit, utrum munimentum loci, an majeſtas Dei plus hic admirationis habeat.* paullo poſt: *Quæ res majorem majeſtatis terrorem ignaris rei, & admirationem ſtupentibus plerumque affert.* pro hoc dicit ibid. cap. 8. *præſentiam Dei: Præſentiam Dei & ipſi ſtatim ſenſere,* hoc eſt vim & opem Apollinis. Suetonius Tib. 63. *Vicina vero urbi oracula etiam dejicere conatus eſt, ſed majeſtate Prænestinarum ſortium territus deſtitit.* Argumento divinitatis ſortium, quam teſtatur miraculum. Sueton. in Nerone cap. 1. *Ænobarbi auctorem originis itemque cognominis habent L. Domitium, cui rure quondam revertenti juvenes gemini auguſtiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nuntiaret ſenatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem majeſtatis adeo permulſiſſe malas, ut è nigro rutilum æriqne aſſimilem capillum redderent.* Hinc eccleſiæ Chriſtianæ doctores ſicuti humanitatem Chriſti vocarunt *diſpenſationem,* Græci οἰκονομίαν, ſic divinitatem vocarunt *majeſtatem,* Græci ἐπιφάνειαν, accepta notione hujus vocis a gentilibus. Zeno Veronenſis Sermone III. de Chriſti Nativitate: *Hic eſt Deus noſter, æterni Dei coæternus Filius. Hic & homo Deus, quique inter Patrem & homines adſtitit medius, probans infirmitatibus carnem, virtutibus majeſtatem.* Prudentius Apotheoſi:

Cui non principium de tempore, ſed ſuper omne
Tempus, & ante diem majeſtas cum Patre ſummo.

Arnulphus Lexovienſis hymno in nativitatem Chriſti:

Regnat in aſſumta Deitatis gloria carne,
Nec majeſtatem carnea vela gravant.

Ubi vides *carnea vela* eſſe carnem humanam, ut *majeſtas* eſt divinitas Chriſti. Plura congeſſi alibi hujus ſignificationis exempla in epiſtola ad Illuſtriſſimum Paderbornenſium Epiſcopum, Ferdinandum Furſtenbergium. Reſtitui igitur Ciceroni ſuam manum. *Grævius.*

88. *Neque in his corporibus atque in hac imbecillitate noſtra ineſt quid-*

corporibus atque in hac imbecillitate noſtra ineſt quiddam, quod vigeat & ſentiat, [s] & non ineſt in hoc tanto [t] naturæ tam præclaro motu. niſi fortè idcirco eſſe non putant, quia non apparet, nec cernitur: proinde quaſi noſtram ipſam mentem qua ſapimus, qua providemus, qua hæc ipſa agimus ac dicimus, videre, aut planè, qualis, aut ubi ſit, ſentire poſſimus. ea vis, [v] ea igitur ipſa, quæ ſæpe incredibiles huic urbi felicitates atque opes attulit; quæ illam perniciem exſtinxit ac ſuſtulit: cui primùm mentem injecit, ut vi irritare ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet, vinceretur que ab eo, quem ſi viciſſet, habiturus eſſet impunitatem & licentiam ſempiternam.

P. CXVIII.

s & deeſt in MS.

t naturæ non eſt in Lamb.

v ea eſt in Lamb. alii.

Non eſt humano conſilio, ne mediocri quidem, judices, deorum immortalium cura, res illa perfecta. [89] religiones mehercule ipſæ, quæ illam belluam cadere viderunt, [x] commôſſe ſe videntur, & jus in illo ſuum retinuiſſe. [90] Vos enim jam, Albani tumuli atque luci, vos, 85

x comoviſſe alii.

quiddam, quod vigeat & ſentiat, & non ineſt in hoc tanto natura, tam præclaro motu.] Cicero hîc vult probare eſſe deum, ex anima noſtra, quæ præſit corpori & illud moveat, & dein ex illo, quod etiam ineſt naturæ, & auctor ſit tanti motus. Sed contraria plane colligas ex his verbis, ut leguntur in hoc loco. *Nam neque in his corporibus ineſt*, ſignificat, *& non in his corporibus ineſt quiddam, quod vigeat & ſentiat.* Itaque corrupta hæc eſſe cenſeo, quamvis ſileant libri & interpretes, niſi quod in Erfurtenſi, *& in his, & non eſt, & non conſpicitur.* Legendum puto: *neque in his corporibus atque in hac imbecillitate noſtra non ineſt quiddam, quod vigeat & ſentiat, & non ineſt in hoc tanto natura, tam præclaro motu.* quod etiam repetendum ad ſequentia, *& non* nimirum neque non ineſt, hoc eſt, *ineſt.* Et hujus loci ſententiam probant ſequentia, niſi forte idcirco eſſe non putant quiddam ſcilicet, quod vigeat & ſentiat in tanto naturæ motu, quia non apparet. *Grav.*

89. *Religiones mehercule ipſæ, quæ illam belluam, &c.*] Haud aliter Werd. item Baſilicanus, niſi quod hic præferat *regiones*, quod amplectitur Gulielmius. vulgata, *ipſæ araque cùm illam.* ſed ita nulli mſſ. qui omnes habent, *ipſæ cùm illam &c.* Grut.

90. *Vos enim Albani tumuli.*] Hic ad ſublime genus effertur orator: in quo ſummam vim eſſe conſtat. de quo Quinctilianus lib. XII. cap. 10. *Hic orator*, inquit, *& defunctos excitabit, ut Appium Cæcum apud hunc: & patria ipſa exclamabit, aliquemque* (ut apud Ciceronem in oratione contra Catilinam in ſenatu) *alloquetur. hic & amplificationibus extollet orationem & vi ſuperlationum quoque eriget. Quæ Charybdis tam vorax? &, Oceanus medius fidius ipſe. Nota ſunt enim jam ſtudioſis hæc lumina. Hic deos ipſos in congreſſum prope ſuum ſermonemque deducet: Vos enim Albani tumuli atque luci, vos,*

vos, inquam, imploro atque y teſtor, voſque Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſociæ & æquales, quas ille præceps amentiâ, cæſis proſtratiſque ſanctiſſimis lucis, ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat: 91 veſtræ tum aræ, veſtræ religiones viguerunt, veſtra vis valuit, quam ille omni ſcelere polluerat: 92 tuque ex tuo edito monte z Latiari, ſancte Jupiter, cujus ille a lacus, nemora fineſque ſæpe omni nefario ſtupro & ſcelere macularat, aliquando ad eum puniendum oculos b aperuiſtis: vobis illæ, vobis veſtro in conſpectu ſeræ, ſed juſtæ tamen & debitæ pœnæ ſolutæ ſunt. Niſi
86 fortè hoc etiam caſu factum eſſe c dicemus, ut ante ipſum ſacrarium Bonæ deæ, quod eſt in fundo T. d Sextii Galli, in primis honeſti & ornati adoleſcentis, ante ipſam, inquam, Bonam deam, cùm prœlium commiſiſſet, primùm illud vulnus e acceperit, quo tæterrimam mortem obiret: ut non abſolutus judicio illo nefario videretur, ſed ad hanc inſignem pœnam reſervatus.

y *alii* obteſtor. z Latialis aut Latiaris *alii.* a lucos *Lamb.* b *alii* aperuiſti. c dicimus *alii.* d Sertii *MSS.* P. B. e *alii* acciperet.

XXXII. Nec vero non eadem ira deorum hanc ejus ſatellitibus injecit amentiam, ut ſine imaginibus, ſine cantu f atque ludis, ſine exſequiis, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere, oblitus cruore & luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, g quam concedere etiam inimici ſolent, h ambureretur abjectus. non fuiſſe credo fas clariſſimorum virorum formas illi i tæterrimo k parricidæ aliquid decoris afferre, neque ullo in loco po-

f ſine *alii.* g cui conc. *MS.* h ureretur *Lamb.* i deterr. *MS.* k paric. *Lamb.*

vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſociæ & æquales. idem lib. VII. cap. 2. *Averſus quoque a judice ſermo, qui dicitur* ἀποστροφὴ, *mire movet: ſive adverſarios invadimus: Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharſalica gladius agebat? ſive ad invocationem aliquam convertimus: Vos enim jam ego, Albani tumuli atque luci.* P. Manut.

91. *Veſtræ tum aræ, veſtræ religiones.*] Modius malebat Epiſtola XLV. *veſtræ tum religiones.* ego, *veſtræ tum, veſtræ religiones:* ut librarii repetitionis illius elegantiâ minime capti interpoſuerint illud *aræ.* Grut.

92. *Tuque ex tuo edito monte Latiari, ſancte Jupiter.*] Exhibui ſcripturam Colonienſis exemplaris, neque abibat Werdenſis, niſi quod is *Latiaret*, ut videatur ſcriptum primitus *Latiarei.* Idem. Perperam hæc interpolavit Gruterus. In MSS. in quibus *Latiari* legitur, ultimam litteram ad ſe pertraxit ſequens vox, quæ ab eadem littera incipit. Mons ille non dictus fuit *Latiaris*, ſed Albanus. Jupiter vero Latiaris in illo colebatur. Erfurt. & Franc. uterque tuentur editam, quam & reſtitui. *Grævius.*

otiùs mortem ejus lacerari, quàm in quo vita eſſet damata. Dura [l] mihi, medius fidius, jam fortuna populi 87 omani & crudelis videbatur, quæ tot annos illum in anc rempublicam inſultare [m] videret & pateretur. Polerat ſtupro ſanctiſſimas religiones: ſenatûs graviſſima de'eta perfregerat: pecuniâ ſe [n] palàm à judicibus redemet: vexarat in tribunatu ſenatum: omnium ordinum connſu pro ſalute reipublicæ geſta reſciderat: me patriâ exılerat: bona diripuerat: domum incenderat: liberos, onjugem meam vexaverat: Cn. Pompejo nefarium belm indixerat: magiſtratuum privatorumque cædes effeerat: domum mei fratris incenderat: vaſtarat Etruriam: ıultos ſedibus ac fortunis ejecerat: inſtabat, urgebat: ıpere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna on poterant: (x) incidebantur jam domi leges, quæ nos oſtris ſervis addicerent: nihil erat cujusquam, quod quiem ille adamaſſet, quod non hoc anno ſuum fore putaet. Obſtabat [o] ejus cogitationibus nemo, præter Milo- 88 em. [93] ipſum illum, qui poterat obſtare, novo reditu in ratiam [p] quaſi devinctum arbitrabatur: Cæſaris potenam ſuam [q] eſſe dicebat: bonorum animos etiam in ıeo caſu contempſerat: Milo unus urgebat. P. CXIX.

XXXIII. Hîc, dii immortales! ut ſuprà dixi, menem dederunt illi perdito ac furioſo, ut huic faceret inſidias. aliter perire peſtis illa non potuit: numquam illum eſpublica ſuo jure eſſet ulta. (y) Senatus, credo, prætorem

[l] mihi *deeſt in MS.*
[m] videret & *delet Lamb.*
[n] judicibus palam *MS.*
[o] enim *MS.*
[p] ſibi dev. *Lamb.*
[q] potentiam eſſe *alii.*

A S C O N I U S.

(x) *Incidebantur jam domi leges, quæ nos noſtris ſervis addicerent.*] gnificaſſe jam puto nos, fuiſſe inter leges P. Clodii, quas ferpropoſuerat, eam quoque, qua libertini, qui non plus quàm urbanis tribubus ſuffragium ferebant, poſſent in ruſticis quoe tribubus, quæ propriæ ingenuorum ſunt, ferre.

(y) *Senatus, credo, prætorem eum circumſcripſiſſet, ne, cum ſolet quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid profecerat.*] Signifit id tempus, quo P. Clodius, cum adhuc quæſtor deſignatus ſet, intravit eò, ubi ſacrificium pro populo Romano fiebat, ıod factum notatum erat à ſenatu decretumque, ut extra ordiem judicium fieret.

---

93. *Ipſum illum, qui poterat obſtare, novo reditu &c.*] Ita Colon. Werd. neque verò aliter aut legendum, aut interpungendum. ı. *Pompeium*, quem vulgati adjiciunt, nominare de induſtria omi, vitandæ invidiæ cauſâ. & ſanè in Pall. aliquot reperias vel *Cn. mpejo*, vel *Cn.* tantum; ut appareat additum à librariis. *Grut.*

 94. *Per*

rem eum circumſcripſiſſet. ne cùm ſolebat quidem id fa-
89 cere in privato eodem hoc, aliquid profecerat. An conſules in prætore coërcendo fortes fuiſſent? Primùm Milone occiſo habuiſſet ſuos conſules. deinde quis in eo prætore conſul fortis eſſet, [94] per quem tribunum, virtutem conſularem crudeliſſimè vexatam eſſe meminiſſet? oppreſſiſſet omnia, poſſideret, teneret, lege nova, quæ eſt inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis: ſervos noſtros libertos ſuos feciſſet. poſtremò, niſi eum dii immortales in eam mentem impuliſſent, ut homo effœminatus fortiſſimum virum conaretur occidere, hodie rempublicam nullam haberetis.

90 . [x] An ille prætor, ille verò conſul, ſi modò hæc templa atque ipſa mœnia [s] ſtare eo vivo tamdiu, & conſulatum ejus exſpectare potuiſſent, ille denique vivus mali nihil feciſſet, [t] qui mortuus, uno ex ſuis ſatellitibus Sex. Clodio duce, curiam incenderit? Quo quid miſerius, quid acerbius, quid luctuoſius vidimus? Templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici, [95] caput urbis, aram ſociorum, portum omnium gentium, ſedem ab univerſo populo Romano conceſſam uni ordini, inflammari, exſcindi, funeſtari? neque id fieri à multitudine imperita, quamquam eſſet miſerum id ipſum, ſed ab uno: qui cùm tantum auſus ſit [v] uſtor pro mortuo, quid ſignifer pro vivo non eſſet auſus? In curiam potiſſimùm abjecit, ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat.

x At ille *MS.*
s *quatuor ſeqq. voces deſunt in MS.*
t cum mort. *MS.*
v ùltor *alii.*

91 [x] Et ſunt qui de via Appia querantur, taceant de curia? & qui ab eo ſpirante forum putent potuiſſe defendi, cujus non reſtiterit cadaveri curia? Excitate, excitate [y] eum, ſi poteſtis, [z] ab inferis. frangetis impetum vivi, cu-

x Sed ſunt *MS.*
P. B.
y ipſum *MSS.*
z à mortuis *MSS.*

94. *Per quem Tribunum virum conſularem crudeliſſimè necatum eſſe meminiſſet.*] Ita eſt in vulgatis, quod neſcio quo modo ferri poſſit. Ant. Auguſtinus optime & neceſſario legit *vexatum.* Urſin. *Per quem tribunum virtutem conſularem crudeliſſimè vexatam eſſe meminiſſet? oppreſſiſſet omnia, teneret, poſſideret, lege nova, quæ eſt &c.*] Præclara hæc caſtigatio debita Turingico libro nec non Colon. atque Werd. & verò *virtute* exſtat in aliquot Pall. ceterùm oratio plenior planiorque foret, voce repetita: *Oppreſſiſſet omnia, teneret &c.* Gruter.

95. *Caput urbis.*] Vetus liber *orbis.* Urſin. Baſilicanus, *orbis*, forſan verè; imò certò, ſi alicubi *orbem* dixit pro *orbe terrarum.* de quo quærat otioſior me. *Idem.*

96. Ser-

cujus vix ſuſtinetis furias inſepulti? niſi vero ſuſtinuiſtis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum [a] facibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Cædi- a faſcibus Gul. alii falcibus. vidiſtis populum Romanum, concionem gladiis diſturbari, cùm audiretur ſilentio M. Cælius, tribunus plebis, vir & in republica fortiſſimus, & in ſuſcepta cauſa firmiſſimus, & bonorum voluntati & auctoritati ſenatûs deditus, & in hac Milonis ſive invidia ſive fortuna, [b] ſingulari, divinâ & incredibili fide. b ſive à ſing. MS.

XXXIV. SED JAM ſatis multa de cauſa: extra cau- 92 ſam etiam nimis fortaſſe multa. Quid reſtat, niſi ut orem obteſterque vos, judices, ut eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat: ego [c] etiam, c autem alii. repugnante hoc, & imploro, & expoſco? Nolite, [d] ſi d ſi veſtro MS. in noſtro omnium fletu nullam lacrymam adſpexiſtis [e] Milonis: ſi vultum ſemper eundem, ſi vocem, ſi oratio- e Mil. deeſt in MS. nem ſtabilem ac non mutatam videtis, hoc minùs ei parcere: atque haud ſcio, an multo etiam ſit adjuvandus magis. Etenim ſi in gladiatoriis pugnis, & in infimi generis [f] hominum conditione atque fortuna, timidos & f omnium MSS. ſupplices, & ut vivere liceat obſecrantes, etiam odiſſe ſolemus: fortes & animoſos, & ſe [g] acriter [h] ipſos mor- g alacriter Gul. ti offerentes, 96 ſervare cupimus: eorumque nos magis h ipſi alii. miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortiſſimis civibus facere debemus?

Me quidem, judices, exanimant & interimunt hæ 93 voces Milonis, quas audio aſſiduè, & quibus interſum quotidie. Valeant, [i] valeant, inquit, cives mei, valeant: i iſtud valeant deeſt in MSS. & edd. ſint incolumes, ſint florentes, ſint beati: ſtet hæc urbs [k] præclara mihique patria cariſſima, quoquo modo merita de me erit. tranquilla republica cives mei (quoniam P. CXX. mihi cum illis non licet) ſine me ipſi, ſed per me tamen, k clara MS. per-

96. *Servare cupimus.*] Compreſſo pollice petimus a munerario ludem vel miſſionem. Horat. lib. 1. ep. 18.

Fautor utroque tuum ſpectabat pollice ludum.

Plinius libro XXVIII. cap. 2. *Pollices cum faveamus premere etiam proverbio jubemur.* Nec ſolum in ludis gladiatoriis, verum etiam in theatris. Hinc illud Glyceræ dictum ex Menandro: Τὸν ἑαυτῶλον ἱμαυτῆς ἀπίζυσα ἢ ἂν κροταλίζῃ τὸ θέατρον. Vide Angelum Politianum cap. 42. Miſcel. & Turnebum capite 6. libri 11. Adverſar. Hunc porro Ciceronis locum præ oculis habuit Seneca libro de Tranquillitate cap. 11. quem vide. *Abram.*

perfruantur. ego cedam atque abibo. ſi [l] mihi republicâ bonâ frui non licuerit, at carebo malâ: & quam primum tetigero bene moratam & liberam civitatem, in ea conquieſcam.

l me *Lamb.* & *MS.*

94 O fruſtra, inquit, ſuſcepti mei labores! ô ſpes fallaces! ô cogitationes [m] inanes meæ! Ego, cùm tribunus plebis republicâ oppreſſâ, me ſenatui dediſſem, quem extinctum acceperam: equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abjecerant: mihi umquam bonorum præſidium defuturum putarem? Ego, cùm te (mecum enim ſæpiſſimè loquitur) patriæ reddidiſſem, mihi futurum in patria non putarem locum? Ubi nunc ſenatus eſt, quem ſecuti ſumus? ubi equites Romani illi, illi, inquit, tui? ubi ſtudia municipiorum? ubi Italiæ voces? ubi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox [n] & defenſio? mihine ea ſoli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil poteſt opitulari?

m inanes *non eſt in MS.*

n atque *Lamb.*

95 XXXV. NEC VERÒ hæc, judices, ut ego nunc, flens, ſed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. negat enim, ſe, [97] negat ingratis civibus feciſſe, quæ fecit: o ti-

97. *Negat ingratis civibus ſe feciſſe.*] Cauſſa conſtantiæ Milonis eſt, bene & apud gratos cives beneficium ſuum eſſe collocatum. negat enim ſe illa, quæ pro ſalute reipublicæ fecit, in civium ingratorum gratiam feciſſe, ſed ea ſe feciſſe dicit in gratiam bonorum, qui licet aliquo terrore Clodianæ factionis a referenda gratia retardentur, tamen beneficii ſunt memores, & ipſum non mediocri benevolentia proſequuntur. *Abram.* Abramius plane non intellexit hæc verba. *Ingratus* hic non eſt ἀχάριστος, immemor beneficii, ſed cui inviſum eſt id quod factum eſt. Terent. Heaut. *Ignoſces tamen poſt, & id erit ingratum*, hoc eſt, nullam tibi gratiam pariet. Cicero v. ad Fam. epiſt. 5. *Quæ ego ſi non profundere ac perdere non videbor, omnibus me viribus ſuſtinebo: ſin ingratum eſſe ſentiam, non committam, ut tibi inſanire videar.* Sin videbor hæc perdere & nullam mihi parare gratiam. Sicut contra *gratum* eſt, quod nobis gratiam & amorem hominum conciliat, ut velint erga nos grati eſſe. Plaut. Amphit. *Gratum eſſe arbitratur id a vobis*, arbitratur ſe propter hoc apud vos gratioſum futurum, gratiam veſtram mereri. Terent. Heautont. *Quod tamen nunc faciam, tum cum gratum mihi eſſe potuit, facere nolui.* Cic. Philipp. II. cap. 37. *Is igitur* (Dejotarus) *a quo vivo nec præſens, nec abſens quidquam æqui boni impetravit, apud mortuum factus eſt gratus.* Sic enim MSS. ex conjectura ſuppoſuerunt, quod nunc in editionibus obtinet, *gratioſus*, ignari idem eſſe veteribus *gratus*. Idem Cicero I. ad Lentulum: *Is cum antea ſemper & ſuo ſplendore, & no-*

timidis & omnia circumſpicientibus pericula non negat. (z) plebem & infimam multitudinem, quæ, P. Clodio o timentibus MS.

ASCONIUS.

(z) VERS. A NOVISS. CLX. Quo loco inducit loquentem Milonem cum bonarum partium hominibus de meritis ſuis. *Plebem & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce fortunis veſtris imminebat, eam, quo tutior eſſet veſtra vita, ſe feciſſe commemorat, ut non modo virtute flecteret, ſed etiam tribus ſuis patrimoniis delineret.*] Puto jam ſupra eſſe dictum; Milonem ex familia fuiſſe Papia, deinde adoptatum fuiſſe à C. Annio, avo ſuo materno. tertium patrimonium videtur ſignificare matris. aliud enim quod fuerit non invenio.

Peractâ utrinque cauſâ ſinguli quinos accuſator & reus ſenatores, totidem equites & tribunos ærarios rejecerunt. ita ut unus & quinquaginta ſententias tulerint.

Senatores condemnaverunt XII. abſolverunt VI. Equites condemnaverunt XIII. abſolverunt IIII. Tribuni ærarii condemnaverunt XIII. abſolverunt III. Videbantur non ignoraſſe judices, inſcio Milone initio vulneratum eſſe Clodium: ſed compererant, poſtquam vulneratus eſſet, juſſu Milonis occiſum.

Fuerunt, qui crederent, M. Catonis ſententiâ eum eſſe abſolutum. nam & bene cum republica actum eſſe morte P. Clodii non diſſimulaverat, & ſtudium in petitione conſulatûs Miloni & reo affuerat. Nominaverat quoque eum Cicero præſentem & teſtatus erat, audiſſe eum à M. Favonio ante diem tertium, quam cædes facta erat, Clodium dixiſſe periturum eſſe eo triduo Milonem. Sed Milonis quoque notam audaciam vindicare P. R. utile viſum eſt: unde ſciri unquam potuit utram ſententiam tuliſſet? Damnatum autem operâ maxime Appii Claudii pronunciatum eſt.

Milo, poſtero die factus reus ambitûs, apud Manlium Torquatum, abſens damnatus eſt. illa quoque lege accuſator fuit ejus Appius Claudius. & cum ei præmium lege daretur, negavit ei. Subſcripſerunt & in ambitûs judicio P. Valerius Leo & Cn. Domitius, Cn. F. Poſt paucos dies quoque Milo apud Favonium quæſtorem de ſodalitiis damnatus eſt, accuſante P. Fulvio Nerato, cui lege præmium datum eſt. Deinde apud L. Fabium quæſto-

---

noſtra ceterorumque commendatione gratiſſimus in provincia fuit. in magna apud omnes provinciales gratia. Nec aliter accipiendum apud Phædrum I. Fab. 22.

Faceres ſi mea cauſſa
Gratum eſſet, hoc eſt, gratum tibi a me eſſet, gratiam a me inires. Sic hoc loco *negat ingratis civibus ſe feciſſe* eſt, negat hoc ingratum ſibi a civibus fuiſſe, malam civium gratiam ſe hoc facto promeruiſſe. Mox ſecutus ſum utrumque Francii, in quo ſcribitur, *negat ingratis civibus feciſſe quæ feciſſet*, pro quo vulgati, *quæ fecit*, Lamb ed. *quæ fecerit*. Grævius.

dio duce, fortunis veſtris imminebat, [98] eam, quo tutior eſſet vita noſtra, p ſuam ſe feciſſe commemorat; ut non modò virtute flecteret, ſed etiam [99] tribus ſuis patrimoniis deliniret: nec timet, ne, cùm plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rempublicam ſingularibus. Senatûs erga ſe benivolentiam temporibus his ipſis ſæpe eſſe perſpectam: veſtras verò & veſtrorum or-

p ſuam — *deeſt in aliis.*

ASCONIUS.

ſtorem iterum abſens damnatus eſt de vi. Accuſavit L. Cornificius & Q. Patulcius.

Milo in exilium Maſſiliam intra pauciſſimos dies profectus eſt. bona ejus propter alieni æris magnitudinem ſemunciâ venierunt.

Poſt Milonem, eadem lege Pompeja, primus eſt accuſatus M. Saufejus, M. F. qui dux fuerat in expugnanda taberna Bovillis & Clodio occidendo. Accuſaverunt eum L. Caſſius, L. Fulcinius, C. F. C. Valerius Defenderunt M. Cicero, M. Celius: obtinueruntque, ut unâ ſententiâ abſolveretur. Condemnaverunt ſenatores X. abſolverunt VIII. Condemnaverunt equites Romani IX. abſolverunt VIII. ſed ex tribunis ærariis decem abſolverunt, VI. condemnaverunt; manifeſtumque odium Clodii ſaluti Saufejo fuit, cum ejus vel pejor cauſa quam Milonis fuiſſet, qui aperte dux fuerat expugnandæ tabernæ repertus.

Deinde poſt paucos dies apud Conſidium quæſtorem lege Plautia de vi ſubſcriptione eadem accuſatus eſt, quod loca occupaſſet, & cum telo fuiſſet anteſignanus operarum Milonis. Accuſaverunt C. Fidius, Cn. Aponius, Cn. F. M. Sejus, Sex. F. Defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro Gibba. abſolutus eſt ſententiis plenius quàm prius. graves habuit XIX. abſolutorias II. & XXX. Sed è contrario hoc ac priore judicio accidit. Equites enim ac ſenatores eum abſolverunt, tribuni ærarii damnaverunt.

Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodii in curiam illatum fuit, accuſantibus C. Ceſennio Philone, M. Aufidio, L. Aponio, magno conſenſu damnatus eſt, ſententiis VI. & XL. abſolutorias V. omnino habuit duas ſenatorum, tres equitum.

Multi præterea & præſentes, & cum citati non reſpondiſſent, damnati ſunt, ex quibus maxima pars fuit Clodianorum.

ASCONII COMMENTATIONUM

FINIS.

---

98. *Eam, quo tutior eſſet vita noſtra, ſuam ſe feciſſe.*] Rectiſſimè & hoc Colonienſis. ſic Terentius: *Paullatim plebem primulum facio meam.* Dictio *ſuam* antea aberat libris editis. *Grut.*

99. *Tribus ſuis patrimoniis.*] Unum Papii, patris naturalis: alterum Annii adoptivi; tertium matris, ut Aſconio videtur: ego ambigo: nihil enim præter dotem ſeparatim a patre Milonis uxor habere potuit. de patre autem facta jam mentio eſt in ſecundo patrimonio. *P. Manut.*

1. *Cur-*

ordinum occurſationes, ſtudia, ſermones, quemcumque [1] curſum fortuna dederit, q ſecum ablaturum eſſe dicit.

Meminit etiam, ſibi vocem præconis modò defuiſſe, 96
quam minime r deſiderarit: populi verò cunctis ſuffragiis, quod unum cupierit, ſe conſulem declaratum. nunc denique, ſi hæc ſ arma contra ſe ſint futura, ſibi facinoris ſuſpicionem, non facti crimen obſtare. Addit hæc, quæ certè vera ſunt, fortes & ſapientes viros non tam præmia ſequi ſolere rectè factorum quàm ipſa rectè facta: ſe nihil in vita niſi præclariſſimè feciſſe; ſiquidem nihil ſit præſtabilius viro quàm periculis patriam liberare: beatos eſſe, quibus ea res honori fuerit à ſuis civibus.

Nec tamen eos miſeros, qui beneficio cives ſuos vice- 97
rint: ſed tamen ex omnibus præmiis virtutis, ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſſimum eſſe præmium gloriam: eſſe hanc unam, quæ t brevitatem vitæ poſteritatis memoriâ conſolaretur: quæ efficeret, ut abſentes adeſſemus, mortui viveremus: hanc denique eſſe, cujus gradibus etiam homines in cælum v viderentur adſcendere.

De me, inquit, ſemper populus Romanus, ſemper 98
omnes gentes loquentur, nulla umquam obmuteſcet vetuſtas. quin hoc tempore ipſo, cùm omnes à x meis inimicis faces meæ invidiæ ſubjiciantur; tamen omni in hominum cœtu, gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni ſermone celebramur. Omitto Etruriæ feſtos & actos, & inſtitutos dies, centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii, [2] &, opinor, ultra quàm fines imperii po-

q ſecum ſe *alii.*
P. B.
r deſiderat *MS.*
ſ arma *deeſt in MS.*
t brevitate *MS.*
v *ita Græv. alii* videantur.
x *Lamb.* tuis, *alii* ſuis.

1. *Curſum fortuna dederit.*] Propugnat hanc ſcriptionem Victorius libro XXII. cap. 22. vulgata *caſum.* Colon. *fortuna cœperit.* Gruter.

2. *Et, opinor, ultra quàm.*] Video fuiſſe qui legerent, *&, opinor, altera*; &, *altera*, pro primo die dictum arbitrarentur. perperam utrumque. eſt enim ordo: *Et, opinor, ultra fines imperii populi Romani non ſolum fama jam de illo, ſed etiam lætitia peragravit.* P. Manut. *Et, ut opinor, altera: qua fines imp. pop. R. ſunt, eâ non &c.*] Sic Hitt. & Werd. nec dubitandum de integritate. *quà*, id eſt, quàm longè. Horatius: — *o quà Sol habitabileis Illuſtrat oras, maxime Principum.* neque aliter Pall. meliores, niſi quod ii deſtituantur illo *ea.* Gruter. *Altera* eſt ſecunda. Virg. Eclog. VIII. *Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus*, hoc eſt, tertius decimus. *Ut* delevi volentibus Erfurt. Pith. & pleriſque editionibus. *Grævius.*

populi Romani ſunt, ea non ſolùm fama jam de illo, ſed etiam lætitia peragravit. Quamobrem, ubi corpus hoc ſit, non, inquit, laboro, quoniam omnibus in terris & jam verſatur, & ſemper habitabit nominis mei gloria.

XXXVI. HÆC TU mecum ſæpe, his abſentibus: ſed
99 iisdem audientibus, hæc ego tecum, Milo. Te quidem, quòd y iſto animo es, ſatis laudare non poſſum: ſed, quo eſt iſta magis divina virtus, eo majore à te dolore divellor. nec verò, ſi mihi eriperis, reliqua eſt illa z ſaltem ad conſolandum querela, ut his iraſci poſſim, à quibus tantum vulnus accepero. non enim inimici mei te mihi eripient, ſed amiciſſimi: non malè aliquando de me meriti, ſed ſemper optimè. Nullum umquam, judices, mihi tantum dolorem inuretis (etſi quis poteſt eſſe tantus?) ſed ne hunc quidem ipſum, ut obliviſcar, quanti me ſemper feceritis. quæ ſi vos cepit oblivio, aut ſi 3 in me aliquid offendiſtis: cur non id meo capite a potiùs luitur quàm Milonis? præclarè enim vixero, ſi quid mihi acciderit prius quàm hoc tantum mali videro.

y cum iſto *MS.*
P. CXXI.
z tamen *alii.*
a potius *deeſt in MS.*

100 Nunc me una conſolatio ſuſtentat, 4 quòd tibi, T. Anni, nullum à me amoris, nullum ſtudii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetivi: ego meum ſæpe corpus & vitam objeci armis inimico-

3. *In me aliquid offendiſtis.*] Loquendi modus animadverſione dignus: valet enim, ſi qua ego re vos offendi: ut lib. I. in Verrem: *Hoſpes Janitor, qui nihil ſuſpicaretur, veritus, ne quid in ipſo ſe offenderit, hominem vi ſumma retinere cœpit.* Ad Q. Frat. ep. I. lib. I. *Si qui ſunt, in quibus aliquid offenderis.* pro, offenſus ſis. hoc enim verbum & his & aliis locis agendi forma patiendi ſignificationem habet. *P. Manut.* *Si in me aliquid offendiſtis.*] Inveniſtis ignotum prius, quod nunc vobis diſpliceat. *Abram.* Imo Cicero dicit, ſi qua re ego vos offendi & in veſtrum [odium incidi. Lib. I. epiſt. I. ad Q. Fratr. *Sed ſi quis eſt, in quo jam offenderis*, hoc eſt, qui in aliqua re te offenderit ac peccarit. Sic & alibi loquitur. I. de Oratore: *Nihil enim eſt tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile, quam id, in quo aliquid offenderis*, hoc eſt, ſi qua in re offenderis, ſeu peccaris. Sic & *offendere apud aliquem* eſt in alicujus odium incurrere. Cicero X. ad Attic. *Quod intelligeret, ſe apud ipſam plebem offendiſſe de ærario.* Hoc cum & Manutius obſervarit, mirum in eo Abramium offendiſſe. *Grævius.*

4. *Quòd tibi, o T. Anni.*] *O*, in noſtris manuſcriptis non legitur, infra eſt: *Si qua diminutio capitis futura:* ubi Lambinus duas poſtremas voces ſuſtulit. *Fr. Fabricius.*

5. Quid

micorum tuorum: ego me plurimis pro te ſupplicem [b] abjeci: bona, fortunas meas ac liberorum meorum in communionem tuorum [c] temporum contuli: hoc denique ipſo die, ſi qua vis eſt parata, ſi qua [d] diminutio capitis futura, depoſco. Quid jam reſtat? [5] quid habeo, quod dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, niſi ut eam fortunam, quæcumque erit tua, ducam meam? Non recuſo, non abnuo: voſque obſecro, judices, ut veſtra beneficia, quæ in me contuliſtis, aut in hujus ſalute augeatis, aut in ejusdem exitio occaſura eſſe [e] videatis.

b objeci *MS.*
c temp. *deeſt in MS.*
d dimicatio *alii.*
e jubeatis *alii.*

101 XXXVII. His lacrymis non movetur Milo. [6] eſt quodam incredibili robore animi: exſilium ibi eſſe putat, ubi virtuti non ſit locus: mortem naturæ finem eſſe, non pœnam. [7] Sit hic ea mente, qua natus eſt. [f] quid vos, judices? quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis: ipſum ejicietis? & erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quàm hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortiſſimi viri, qui multum pro republica [g] ſanguinem effudiſtis: vos in viri & in civis invicti appello periculo, centuriones, voſque milites: vobis non modò inſpectantibus, ſed etiam armatis & huic judicio præſidentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? [h] projicietur?

f Quid? *Lamb.*
P. B.
g ſanguinis *alii.*
h ejicietur *alii.*

102 [8] O me miſerum, ô infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuiſti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid reſpondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, conſorti mecum temporum illorum? [i] me non potuiſſe Milonis ſalutem tueri per eosdem, per quos noſtram ille ſervaſſet? At in qua cauſa non potuiſſe? quæ eſt grata gentibus. à quibus non potuiſſe? ab iis, qui maxi-

i mene non *MS.*

5. *Quid habeo quod dicam.*] In noſtris eſt, *Quid habeo? quid faciam pro tuis.* In iisdem paulo poſt *ſeptus* non additur: & ſtatim legitur, *ſed hic ea mente natus eſt:* ubi Lambinus in ſuis, *ornatus* eſſe, ait. *Fr. Fabritius.*

6. *Eſt quodam incredibili robore animi ſeptus.*] Veneti, *Eſt quodam incredibili robore animi.* Idque ſatis eſſe poteſt. *Camerar.*

7. *Sit hic ea mente, qua natus eſt.*] Pall. *Sed hic ea mente ornatus eſt.* unde fecit Lambinus *natus eſt*, ceteris retentis. *Grut.*

8. *O me miſerum! o me infelicem!*] Hæc eſt Erfurtenſis codicis ſcriptura. In vulgatis, *o infelicem!* Sed in Pithœi codice tranſpoſita eſt hæc vocula, in quo ſcribitur, *O me me miſerum! o infelicem me!* Grævius.

k acquiunt MS.

maximè P. Clodii morte [k] acquierunt. quo deprecante? me.

l ego non est in aliis. m redundante alii. n alii voluisti.

103 Quodnam [l] ego concepi tantum ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi, judices, cùm illa indicia communis exitii indagavi, pateſeci, protuli, exſtinxi? omnes in me meoſque [m] redundant ex fonte illo dolores. Quid me reducem eſſe [n] voluiſtis? an ut, inſpectante me, expellerentur, per quos eſſem reſtitutus? Nolite, obſecro vos, pati, mihi acerbiorem reditum eſſe quàm fuerit ille ipſe diſceſſus. nam quî poſſum putare me reſtitutum eſſe, [9] ſi diſtrahor ab iis, per quos reſtitutus ſum?

o ut alii. p proconsule MS.

XXXVIII. Utinam dii immortales feciſſent (pace tua, patria, dixerim: metuo enim, ne ſceleratè dicam in te, quod pro Milone dicam piè) [o] utinam P. Clodius non modò viveret, ſed etiam prætor, [p] conſul, dictator

q hoc minimè in aliis deest. r usquam deest in MS. P. CXXII.

104 eſſet [10] potius quàm hoc ſpectaculum viderem. O dii immortales! fortem & à vobis, judices, conſervandum virum! Minimè, [q] minimè inquit. immò verò pœnas ille debitas luerit: nos ſubeamus, ſi ita neceſſe eſt, non debitas. [11] Hiccine vir patriæ natus, [r] usquam, niſi in patria, morietur? aut, ſi fortè, pro patria? hujus vos animi monumenta retinebitis: corporis [12] in Italia nullum ſe-

9. *Si diſtrahor ab iis.*] *Diſtrahar* eſt in manuſcriptis noſtris. Infra quoque liber antiquus habet, *dictator eſſet potius quàm hoc ſpectaculum viderem.* Fr. Fabrit.

10. *Potius quam hoc ſpectaculum viderem.*] Hanc ſcripturam requirit ſententia. Utinam P. Clodius dictator eſſet potius quàm hoc ſpectaculum viderem, non, antequam hoc ſpectaculum viderem. Secutus autem ſum Erfurtenſem. Sed Lambinus quoque, procul dubio monitu Fabritii, hoc recepit, quod non erat a Grutero rejiciendum. *Gravius.*

11. *Hiccine vir patriæ natus usquam, niſi in patria morietur, aut, ſi forte, pro patria.*] Ita hunc locum quidam interpungunt, & recte, ut videtur. *Urſin.* *Aut ſi fortè, pro patria? hujus &c.*] Diſtinctio eſt a Mureto, quam prodidit libro XVI. Var. lect. cap. 9. *Grut.*

12. *In Italia nullum ſepulcrum eſſe patiemini.*] A ſepulchri religione & petitionis modeſtia miſerationem auget. pro Sulla: *Non jam de vita P. Sullæ, judices, ſed de ſepultura contenditur, vita erepta eſt ſuperiore judicio: nunc ne corpus ejiciatur laboramus.* Idem pathos, quamvis alia in re, VII. Æneidos:

Diis ſedem exiguam patriis, littuſque rogamus
Innocuum & cunctis undamque auramque patentem.

Quod ad ſepulcrum attinet, eo majorem ejus petitio miſericordiam excitat, quo miſerius credebatur carere ſepultura. unde & ille

ſpulcrum eſſe patiemini? hunc ſuâ quisquam ſententiâ x hac urbe expellet, quem omnes urbes expulſum à vois ad ſe vocabunt?

O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit: 105 anc ingratam, ſi ejecerit: miſeram, ſi amiſerit! Sed nis ſit. neque enim præ lacrymis jam loqui poſſum: & ic ſe lacrymis defendi vetat. vos oro obteſtorque, juices, ut in ſententiis ferendis, quod ſentietis, id audeais. Veſtram virtutem, juſtitiam, fidem, mihi credite, ; maximè probabit, qui in judicibus legendis optimum, z ſapientiſſimum, & fortiſſimum quemque [f] legit.

[f] *ita MSS.* *aut* elegit, *aut* delegit.

le Thyéſtez preces apud Ennium:

Neque ſepulchrum, quo recipiatur, habeat portum corporis
Ubi remiſſâ humanâ vitâ corpus requieſcat a malis.

:t illæ Hectoris ad Achillem, Turni Virgiliani & Mecentii aorumque preces, ut victores interemptorum *corpus humo tegi ſinantur.* Euripides Phœniſſis:

Θάψον δέ μ' ὦ τεκοῦσα, καὶ σὺ σύγγονε,
Ἐν γῇ πατρῴᾳ, καὶ πόλιν θυμουμένην
Παρηγορεῖτον· ὡς τοσόνδε δὴ τύχω
Χθονὸς πατρῴας, καὶ δόμους ἀπώλεσα.
Sepelite quaſo me, parens, tuque o ſoror,
Humo in paterna, civitas per vos mihi
Placata fiat hactenus, Patria mea
Ut condar in tellure, ſi regno excidi.

:atullus ad Mallium:

Quem nunc tam longe, non inter nota ſepulcra,
Nec prope cognatos compoſitum cineres.
Sed Troja obſcœna, Troja infelice ſepultum
Detinet a noſtro terra aliena ſolo.

.bram.

M. Tul-

P. B.

M. TULLII CICERONIS

1 PRO

C. RABIRIO POSTUMO,

ORATIO SECUNDA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

CUm Ptolemæus, Rex Ægypti, qui Auletes dictus eſt, regno eſſet ab Alexandrinis pulſus, ea re (ut ſcribit Dio) quia & ab Ægyptiis tributa multa exigeret, & iis petentibus, ut Cyprum a Romanis repeteret, aut eorum amicitiæ renunciaret, diu multumque recuſaſſet, Romam profectus eſt: eosque graviter in Senatu accuſavit, ac tandem impetravit, ut a Coſ. P. Lentulo, qui Ciliciam tum proconſulari imperio adminiſtrabat, reduceretur. Quod ſimul atque Alexandrinis nunciatum eſt, legatos Romam miſerunt, cauſam, cur eum expuliſſent, Senatui dicturos. Hos vero Ptolemæus in itinere partim interficiendos curavit, partim etiam pecuniâ corrupit. De quo cum accuſatus Romæ fuiſſet, pecuniâ a C. Rabirio Poſtumo, publicano potenti inprimis & pernicioſo, mutuo ſumptâ, Senatores corrupit, itaque judicium effugit. Aliquanto poſt Jovis ſtatua, quæ in Albano erat, de cælo tacta: conſulti Sibyllini libri ſunt, in quibus ſcriptum erat, Ne rex Ægypti cum multitudine reduceretur. *Miratus populus eorum verſuum cum iis, quæ acciderant, conſenſum, abrogavit ea, quæ de regis reductione decreta erant. Atque hæc fere Dio. Ptolemæus itaque in Syriam ad A. Gabinium, qui cum exercitu Imperator erat, profectus eſt, eumque tum precibus, tum decem millium talentûm pollicitatione adduxit, ut ſe in regnum reduceret. Ibi aderant equites Romani nonnulli, qui eum cum equis proſecuti ſunt. In iis erat Poſtumus, ſperans fore, ut ſuam pecuniam rege reſtituto reciperet, quæ ſpes paulo poſt etiam multo magis aucta eſt, cum rex, Alexandriâ*

1 *PRo C. Rabirio.*] C. Rabirius Poſtumus, patre natus C. Curio equeſtris ordinis, maximo publicano: adoptatus a C. Rabirio ejusdem ordinis, avunculo ſuo, in familiam & nomen ejus tranſit. Verba ſunt Ciceronis oratione extrema: *Hem Poſtume, tune es Curii filius, C. Rabirii judicio & voluntate filius, naturâ ſororis filius?* Eum autem eſſe arbitror C. Rabirium hujus avunculum, pro quo exſtat Ciceronis oratio, quæ pro C. Rabirio perduellionis reo inſcripta eſt, ut paulo poſt dicturi ſumus. *Hotom.*

drîâ petitus, cum Diœcetem creavit, ſuæque pecuniæ curationem ei commiſit. At Rabirius, cum eo munere fungeretur, & pallio uſus eſt, quod Græcorum veſtimentum erat, quo facto civitatis Rom. jus imminuit, & pecuniam a Rege ad abſolvendum Gabinium imperatam coëgit: ejusque partem ipſe pro ſoluto accepit. Reverſus Romam Gabinius, lege Julia repetundarum accuſatus, facile condemnatus eſt. Sed quoniam nec prædes dedit, nec tantum ex ejus bonis, quanta ſumma litium æſtimatarum fuerat, redigi potuit, Rabirius legis Juliæ ſecundo capite accuſatus eſt, quo cavebatur, ut, quod a reo haberi non potuerat, id ab eo peteretur, ad quem pecunia pervenerat. Accuſationis capita fere hæc fuerunt: Quod pecuniam corrumpendi Senatûs cauſâ credidiſſet, quod Gabinio, ut regem reduceret, perſuaſiſſet: quod cum ipſo in equo Alexandriam profectus eſſet: quod Diœcetes ac præſertim palliatus fuiſſet, regique extero ſerviiſſet: quod partem peculatûs accepiſſet. Hotomannus. [Habita A. V. C. DCXCIX.]

I. SI QUIS eſt, judices, qui C. Rabirium, 1
[2] quòd ſuæ fortunæ, fundatas præſertim
atque optimè conſtitutas opes poteſtati
regiæ libidinique commiſerit, reprehendendum putet, adſcribat ad judicium ſuum,
non modo meam, [3] ſed hujus etiam ipſius, qui commiſit, ſententiam. [a] neque enim cuiquam ejus conſilium [a] nec *MS.*
vehementiùs quàm ipſi diſplicet. Quamquam hoc plerumque facimus, ut conſilia eventis ponderemus: &,
cui bene [b] quid proceſſerit, multùm illum providiſſe; cui [b] quid *MS.*
ſecus, nihil [c] ſenſiſſe dicamus. Si exſtitiſſet in rege fides, [c] vidiſſe
[4] nihil ſapientius Poſtumo. quia fefellit rex, nihil hoc *Lamb.*
amentius dicitur; ut jam nihil eſſe videatur, niſi divinare, ſapientis.

[5] Sed tamen, ſi quis eſt, judices, qui illam Poſtumi 2
ſive

2. *Quod ſuæ fortunæ, fundatas præſertim &c.*] Muretus lib. XVII. cap. 5. Var. lect. legit ex duobus mſſ. *ſuas fortunas fund. præſ. atque optimè conſtitutas.* noſtri nihil variant, aut edd. vetuſtæ. *Gruterus.*

3. *Sed hujus etiam ipſius, qui commiſit, ſententiam.*] Hæc duo verba, *qui commiſit*, gloſſema eſſe deputem, additum ad illud *hujus ipſius.* quo ſignificabatur Rabirius ipſe. Quod ſi quis tamen ea verba retineat, exponet: *qui commiſit* regiæ poteſtati ſcilicet opes ſuas. ſed ego tamen abeſſe malim. *Patricius.*

4. *Nihil ſapientius Poſtumo.*] Supple, fuiſſe diceremus. Et quidem fuiſſe, ut conveniat cum eo quod præceſſit, *ſi exſtitiſſet in rege fides.* Idem.

5. *Sed tamen, ſi quis eſt.*] Hoc *ſed tamen* non eſt aut adverſativum, aut etiam correctivum cujusquam eorum, quæ præceſſerunt, non, ne illius quidem: *Quanquam nos plerumque facimus.*
ſed

ſive inanem ſpem, ſive inconſultam rationem, ſive (graviſſimo verbo utar) temeritatem vituperandam putet, ego ejus opinioni non repugno: illud tamen deprecor, ut, cùm [6] ab ipſa fortuna crudeliſſimè videat hujus conſilia eſſe multata: nequid ad eas ruinas, quibus hic oppreſſus eſt, addendum acerbitatis putet. Satis eſt homines imprudentiâ lapſos non [d] erigere; urgere verò jacentes, aut [e] præcipitantes impellere, certè eſt inhumanum: præſertim, judices, cùm ſit hoc generi hominum propè naturâ datum, uti, qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè, qui ſunt ejus ſtirpis, quòd ſermo hominum [7] ad memoriam patrum virtute celebretur, cupi-

d exigere MS.

e pericli-tantes MS.

pi-

ſed quid eſt? Eſt illud quod ſolet noſter, quod ſolent alii, poſt longam aliquam circumductionem adhibere, cum oſtendunt, ad illud ſe redire, quod inſtituerant. Hoc enim loco redit ad illud initium orationis. *Si quis eſt, judices, qui C. Rabirium, &c.* notanda autem hic quoque eſt variatio ſententiæ illius ſuperioris. *Patricius.*

6. *Ab ipſa fortuna.*] Malum eventum ad fortunam refert; ut Poſtumum culpâ liberet. Infra quoque lapſum eſſe dicit, non turpibus impenſis cupiditatum atque jacturis, ſed experientia patrimonii amplificandi. Et paullo poſt: *Qui nihil profudiſti, nihil ullam in libidinem contuliſti.* P. Manut.

7. *Ad memoriam patrum.*] *Prodendam* unde hauſerit Lambinus, & qui eum hîc ſequitur Gruterus, neuter notavit, non puto ſane ex antiquis codd. Nam ea vox nec in Francii MS. nec in edit. prima, Mediol. Aſceuſ. Forben. Victorii, Manut. conſpicitur, & certe eſt delenda. Nulla commoda ſententia ex his verbis, *ſermo hominum celebratur ad memoriam patrum virtute,* confici, nec fidiculis illa ex iis extorqueri poteſt, quam Manutius inde colligit. Forte Cicero ſcripſit, *quod ſermo hominum ad memoriam patrum virtutem celebret.* Sic ſane ſolet Cicero loqui. II. de Finibus: *Res tota, Torquate, non doctorum hominum, velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis.* Philip. IX. *Illius gravitatem, conſtantiam, fidem &c. omnium mortalium fama celebrabit.* Pro Cluentio: *Quid? Illa cædes Aſinii Larinatis, adoleſcentis pecunioſi quam clara, quam recens fuit, quam omnium ſermone celebrata?* Potuit & Cicero ſcripſiſſe, *quod ſermo hominum ad memoriam de patrum virtute celebretur.* quod propius accedit ad edita. Illud *ad memoriam* accipitur in Philipp. IX. *Nam reliqua Ser. Sulpitii vita multis erit præclariſque monumentis ad omnem memoriam commendata.* Sic inferius legitur apud Noſtrum, *imaginem ad poſteritatis memoriam prodere.* Erfurtenſis hic me deſtituit, in quo iſta oratio non habetur. Patricii conjectura probari non poteſt. Nam ſermo hominum filios non cohortatur ad memoriam virtutis patrum, ſed ſermo hominum, celebrans memoriam virtutum paternarum, eos cohortatur ad virtutes illas æmulandas. Interea ſequimur codicum veterum & editionum meliorum ſcripturam. *Græv.*

8. C. Cu-

idiſſimè perſequantur. ſiquidem non modò in gloria rei
ilitaris Paullum Scipio, aut Maximum filius, ſed etiam
a devotione vitæ & in ipſo genere mortis imitatus eſt
. Decium filius. Sint igitur ſimilia, judices, parva ma-
nis.

II. FUIT ENIM, pueris nobis, hujus pater [8] C. Cu- 3
ius, [9] princeps ordinis equeſtris, fortiſſimus, & maxi-
nus publicanus: cujus in negotiis gerendis magnitudinem
nimi non tam [f] homines probaſſent, niſi in eodem be- f homines
ignitas incredibilis fuiſſet: ut in augenda re non avari- *deeſt in MS.*
iæ prædam, ſed inſtrumentum bonitati quærere videre-
ur. Hoc ille natus, quamvis patrem [g] ſuum numquam 4
iderat, tamen & naturâ ipſâ duce, quæ plurimum valet, g ſuum
& aſſiduis domeſticorum ſermonibus, in [10] paternæ cul- *deeſt in MS.*
æ ſimilitudinem deductus eſt. multa geſſit: multa con-
raxit: [11] magnas partes habuit publicorum: credidit po-
ulis: in pluribus provinciis ejus verſata res eſt: [12] dedit
ſe

8. *C. Curius.*] Ita legendum, non ut in quibusdam libris, *Curtius.* neceſſe autem eſt, quem defendit Cicero, adoptione factum eſſe Rabirium, ut ſit *C. Rabirius Curianus Poſtumus.* Urſin. *C. Curius &c.*] Legendum cenſuit *Curtius* Turnebus. ſed alterum ſe tuetur membranis noſtris, propugnatque Hotomannus lib. VI. Obſervat. cap. 8. *Grut.*

9. *Princeps ordinis equeſtris, fortiſſimus, & maximus publicanus.*] *Fortiſſimus*, utrum princeps an publicanus? *Patricius.* Certe *publicanus*, ut recte expoſuit Manutius. Nam fortes dicuntur, qui non verentur pericula & inimicitias etiam hominum potentum in republica ſuſcipere. Sic Cic. pro Quint. cap. 2. fortiſſimos viros vocat Nævii patronos, quod male Hotomannus & Lambinus mutari velint in *florentiſſimos.* Vide quæ ibi notavi. In ſequentibus verbis: *cujus in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probaſſent.* A Franc. MS. abeſt *homines*, & poteſt ſine ullo detrimento abeſſe. *Grævius.*

10. *Paternæ culpæ.*] Verſatur hic in laude Poſtumi: quo modo igitur ad vituperationem tranſit? mihi perſuaderi vix poteſt, quin, *culpæ*, mendoſum ſit: quod illa quoque inferiora declarant: *Cum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris & conſuetudinem expreſſerat.* Malim igitur, *Curæ.* Sequitur enim: *Multa geſſit: multa contraxit &c.* P. Manut.

11. *Magnas partes habuit publicorum.*] Sic Pall. ambo, neque aliter citat Turnebus lib. X. Adverſar. cap. 23. legique ſic voluit Cujacius lib. X. Obſervat. cap. 25. Muretus d. cap. 5. vulgata, *publicanorum.* Gruter.

12. *Dedit ſe Regibus.*] Turnebus libro X. Adverſar. cap. 23: *Dedit ſe Regibus eſt, impertiit, permiſit, ut in Oratore:* ut ſe Craſſo daret, *genusque loquendi eſt & elegans & forenſe, & è populi ſumptum ſer-*

ſe etiam regibus: huic ipſi [h] Alexandrino grandem jam antea pecuniam credidit: nec interea locupletare amicos umquam ſuos deſtitit, mittere in negotium, dare partes, [i] re augere, fide ſuſtentare. quid multa? cùm magnitudine animi, tum liberalitate, vitam patris & conſuetudinem expreſſerat. Pulſus interea regno Ptolemæus doloſis conſiliis (ut dixit Sibylla, ſenſit Poſtumus) Romam venit. [k] huic egenti & roganti hic infelix pecuniam credidit: nec tum primum. nam regnanti crediderat abſens: nec temerè ſe credere putabat, quòd erat nemini dubium, quin is in regnum reſtitueretur a ſenatu populoque Romano. [13] In dando autem & credendo proceſſit longiùs: [14] nec ſuam ſolùm pecuniam credidit, ſed etiam amicorum: ſtultè: quis negat? aut quis jam non [l] admonet? [15] quod malè cecidit benè conſultum putares. Id eſt

h Alexandro *MS.*

i *ita Lamb. alii non habent* re.

k ei egenti *Lamb.*

l amovet *MS.*

ſermone. Abram. *Dare ſe alicui* eſt offerre alicui ſua officia & operam, & facere quod quis vult. Cic. 11. epiſt. ad Fam. 8: *Da te homini, complectetur mihi crede.* Vide quæ ibi docti notarunt. *Grav.*

13. *In dando autem & credendo proceſſit longius.*] Mallem, *in dando tamen.* quaſi diceret. Dedit quidem ab initio pecuniam non temere, quòd in dando & credendo modum non poneret. Eſt autem *credendi* verbum in dando mutuo ſolemne & uſitatum. *Patricius.*

14. *Nec ſuam ſolum.*] Forte, *nec n. ſuam ſolum*, hoc eſt, *non enim ſuam ſolum.* Idem.

15. *Quod male cecidit bene conſultum putares.*] Ant. Auguſtinus legit, *quod male cecidit; id ſi bene conſultum putares:* quod placet, fieri autem potuit, ut primum ab oſcitante librario omiſſum fuerit alterum *bene*, deinde alius delerit *id ſi*, quod videretur abundare. Sententiam vero mutuatus eſt Cicero à Demoſthene pene ad verbum ex prima oratione Olynthiaca. *Urſin. Bene conſultum putares.*] Aliquid mendi. Nunc omnia quantum ſatis ſit diſpicere nequeo. legerem tamen ſic propemodum, *quis jam non admonet, quod male cecidit? pene conſultum putares.* Senſus. quis jam nunc non admonet ejus, quod male cecidit? quaſi dicat, omnes admonent (*omnes enim*, dixit ſuperius, *plerumque facimus, ut conſilia eventis ponderemus*) atque id illi quidem, perinde, inquit, propemodum faciunt, ac ſi etiam ante factum & re integra conſilium ſuum Rabirio impertiviſſent. Hoc eſt enim, *pene conſultum putares.* in reliquo, pro *id eſt*, legerem fere, *ſed eſt*, accommodatâ ad principium dictionis litterâ, *s*, ex fine dictionis præcedentis. alioqui hoc, *id*, ſequitur mox alterum, *id.* Sic enim vulgo legitur: *Id eſt difficile, quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exſequi uſque ad extremum.* Eſt autem hæc ſententia, ut opinor. Stulte quidem fecit Rabirius, quod in dando proceſſerit longius: ſed eſt difficile modum in eo tenere, quo minus id quod inceperis ad exitum de-

iſſicile, quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non m aſſequi
equi usque ad extremum. MS.

. SUPPLEX erat rex: multa rogabat: omnia pol- P. B.
itur: ut jam metuere Poſtumus cogeretur, ne, quod
derat, perderet, ſi credendi conſtituiſſet modum.
autem erat illo blandius, nihil hoc benignius: ut ma-
œniteret cœpiſſe quàm liceret deſiſtere. [16] Hinc
ım exoritur crimen illud: ſenatum corruptum eſſe
it. O dii immortales! hæc eſt illa exoptata judicio- 6
ſeveritas? [17] corruptores noſtri cauſam dicunt: nos,
qui

as, præſertim quod inceperis cum ſpe magnæ alicujus uti-
. Atque hoc quidem quod de *ſed* dico, facilius quiſque ar-
it, ſi *putare*, pro, *putares*, legi poſſe viderit. ad quam qui-
ectionem conformandam videndum etiam eſſe putem, an
legi ad eum modum poſſit: *quis negat? aut quis jam non
et, quod male cecidit, id non male conſultum putare?* ut ſcilicet
loco ſuo moveatur, & in *non* transformatum, ad τὸ *bene*
gatur, atque etiam τὸ *cecidit* ſic ſcribatur, & totum lega-
:, *quod male cecidit, id non bene conſultum putare?* vel, *id
nſultum non putare?* Valet autem, *non bene conſultum*, idem
dixit ſuperius, *ſtultum*. Quanquam etiam ſine τὸ *id* ſen-
conſtare poteſt. atque tum quidem bene ſequitur. *ſed eſt
e, &c.* accepto videlicet, *s*, ab extremo dictionis *putares*,
pula τὸ *enim* ſequenti *id*, ut modo diximus. quam nos
m conjecturam ſuperiori conjecturæ aliquanto poſt attexen-
eſſe exiſtimavimus. videtur autem res tota ad illud referri
ere, quod dixit ſupra: *Nos plerumque conſilia eventis pondera-
& cui bene quid proceſſerit, multum illum providiſſe, cui ſecus,
nſiſſe dicimus.* Interdum, ut dicam quod res eſt, totum hoc
dixerim, *quod male cecidit, id bene conſultum non putare*:
quidem gloſſema eſſe videtur, additum ab eo, qui, quod
breviter Cicero, intelligi ſine hoc additamento poſſe non
it. *Patricius*.

Hinc primum exoritur crimen illud: Senatum corruptum eſſe di-
Vel *hic* legatur pro *hinc*, & tunc ſententia erit clarior: vel
a illa deleantur, *primum exoritur crimen illud.* Et tunc expo-
hinc, ex hac pecunia ſcilicet corruptum eſſe ſenatum di-
Delenda quidem eſſe videntur, tum quod ex loco inferio-
ſumpta eſſe appareant, *at ex hoc ipſo crimen exoritur.* tum
quod ſi non deleantur, nullam fere accuſatio illa ſequens
ſus Rabirium vim haberet, quod ſenatus corruptus eſſe di-
ır. Nunc deletis illis, & iis, quæ reſtant, conjunctis inter
c, *hinc Senatum corruptum eſſe dicunt:* vim accuſatio majorem
, cum objicitur Rabirio, quod ex ea pecunia, quam ille
crediđiſſet, corruptus eſſe Senatus dicatur. quod tamen
illa attinet, *primum exoritur crimen illud*, ſic etiam loqui-
ea pro Ligario: *Hinc in Ligarium crimen exoritur.* Idem.
Corruptores noſtri.] Ironice de Rabirio, vel Gabinio ipſo,

 vel

qui corrupti ſumus, non dicimus. [18] Quid ergo? ſenatum defendam hoc loco, judices? omni equidem loco debeo. ita de me eſt meritus ille ordo: ſed id nec agitur hoc tempore, nec cum Poſtumi cauſa res iſta conjuncta eſt. Quamquam ad ſumptum itineris, ad illam magnificentiam apparatus comitatumque regium ſuppeditata pecunia à Poſtumo eſt, factæque ſyngraphæ ſunt in Albano Cn. Pompeji, [19] cùm ille Româ profectus eſſet: tamen non debuit is, qui dabat, quo ille, qui accipiebat, conſumeret, quærere. non enim latroni, ſed regi credidit: nec regi inimico populi Romani, ſed ei, [20] cujus reditum conſuli datum à ſenatu videbat: nec ei regi, qui alienus ab hoc imperio eſſet, ſed ei, quicum fœdus n feriri in Capitolio viderat.

n *Grut.* fieri *malè.*

Quòd

vel etiam ſine ironia per conceſſionem. concedamus, inquit, Senatum corruptum eſſe. quid hoc igitur rei eſt, ut, qui corruperint, cauſam dicere cogantur, qui corrupti ſunt non cogantur? ô ſingularem & multum diuque exoptatam judiciorum ſeveritatem. *Noſtri* autem eſt ab, *ego*: non a *noſter.* illi nimirum corruptores, qui nos corruperunt. *Patricius.*

18. *Quid ego ſenatum.*] Libri veteres habent, *Quid ergo? ſenatum, &c.* quod magis probo. *Lambinus. Quid ego ſenatum defendam.*] Quod ſe ſcilicet corrumpi paſſus fuerit. Lego autem fere: *Quid? ergo ſenatum.* Patricius. *Quid ergo ſenatum.*] Sic Pall. & Lambiniani. vulgo recepta *ego.* Gruterus. Quam bonus vates fuerit Patricius teſtatur Francii primus, in quo ſic diſtinguitur: *Quid ergo? ſenatum defendam hoc loco, judices?* Omnino pulchrè. *Grævius.*

19. *Cum ille Româ profectus eſſet.*] Emendo, *cum illo*, nimirum in Albanam Pompeji villam non longe ab urbe. Mentionem Pompeji interponit, qui magna auctoritate & dignitate Romæ pollebat, ut gratiam quærat facto Rabirii: quaſi id Pompejus ſua præſentia comprobarit. Quod ſi *ille* legeremus, intelligi non poſſet, quò profectus Pompejus fuiſſet. Verum hoc contendit, in Albano Pompeji numeratam eſſe pecuniam, non abſente Pompejo, hoc enim cauſæ noceret potius, ſed præſente, ſuaque præſentia factum quodammodo comprobante. *Hotom.*

20. *Cujus reditum Conſuli datum a Senatu.*] Si liceret ſic loqui, *reductum* mallem plane quàm *reditum.* nec ſcio ſane cur non liceat. Si enim licet *ductus*, cur non etiam *reductus?* alioqui ſcribo *reductōm*, quod valet *reductionem*, & tunc muto genus, *datam* ſcilicet pro *datum.* eſt autem *reductio* idem quod reductus, ſicut reditio idem quod reditus, & dominatio idem quod dominatus, & multa ejuſmodi, quæ notat Nonius lib. de Indiſcretis Generibus. Lambinus *reditum* legit ut vulgo: pro *datum* tamen legit *mandatum.* Patricius. Mſſ. Mureti, *conſilicum datum.* unde facit *conſuli commendatum.* d. cap. 5. Muretus. *Gruter.*

21. Im-

Quòd ſi creditor in culpa ſit, non ° qui eſt [21] improbè 7
credita pecunia uſus: damnetur is, qui fabricatus gladium ° is, qui MS.
eſt [22] & vendidit, non is, qui illo gladio civem aliquem interemit. Quamobrem neque tu, C. Memmi, hoc facere debes, ut ſenatum, cujus auctoritati te ab adoleſcentia dediſti, in tanta infamia verſari velis, neque ego id, quod non agitur, defendere. Poſtumi enim cauſa, quæcumque eſt, ſejuncta à ſenatu eſt. Quòd ſi item à 8
Gabinio ſejunctam oſtendero, certè quod dicas nihil habebis.

IV. EST ENIM hæc cauſa, QUO EA PECUNIA PERVENERIT, quaſi quædam appendicula cauſæ judicatæ atque damnatæ. [23] Sunt lites æſtimatæ A. Gabinio: nec prædes dati, [24] nec ex ejus bonis, quanta ſumma P. CXXIV.

ma

21. *Improbe pecunia uſus.*] Lege: *improbè eſt pecunia uſus.* Patricius. Si id firmarent MSS. applauderem. Nunc omnes refragantur, & omnes edd. præter Lambini, qui primus ex conjectura τὸ *eſt* ſuæ inſeruit, quem ſequitur Grutерus ſine ullius libri auctoritate. *Grævius.*

22. *Et vendidit.*] *Aut vendidit*; ſatis eſt enim aut fabricaviſſe, aut vendidiſſe. utrumque non eſt neceſſe. Et tamen videndum, an hoc ipſum ſive, *& vendidit*, ſive, *aut vendidit*, ceu additamentum ſit aſſutum aliunde. *Patricius.*

23. *Sunt lites æſtimatæ a Gabinio; nec prædes dari; nec ex ejus bonis.*] Ita hunc locum legit Octav. Pantagathus, cum pro *dari* ſit in aliis *dati*. Urſin.

24. *Nec ex ejus bonis. quanta ſumma litium fuiſſet, à populo recipi &c.*] Lectio corruptiſſima. quomodo legatur in ſcriptis ſuis prodidit Turnebus d. cap. 23. nam, ut veteris editionis & Pall. variantes adſcribam, otium non eſt. Muretus ait erutam à ſe veram lectionem è Ciofani libro; *litium fuit, ſervari poteſt.* Cujacius Paratitlis ad D. de Lege Julia repetundarum legendum eſſe aſſerit, *litium fuiſſet, pecunia ſervata.* Grut. Adr. Behotius lib. III. Apophor. modo interpungit, *a populo recipi lex æqua eſt*, etiam commode explicans. *Gron.* Explicatio Behotii hæc eſt: Fuit adverſarii inſimulatio, Aulum Gabinium, qui fuerat condemnatus, cuique lites æſtimatæ fuerant, prædes non dediſſe: denique non æquum eſſe, ut tota ſumma ex ejus bonis redigeretur & populo ſolveretur, ſed partem debere repeti ab iis, ad quos partim ea pecunia perveniſſet, ut lex Julia jubebat, in iis autem Rabirium eſſe. *Nec lex æqua eſt*, id eſt, nec æquum eſt. Pro Balbo: *Et erat æqua lex, & nobis atque omnibus, qui noſtris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis.* id eſt, æquum erat & utile. Uti Behotius diſtinxit, ita dudum diſtinctum legitur in Victorii editione & Patricii contextu, quod & nos ſecuti ſumus. In Francii tamen MS. legitur, ut in nonnullis aliis, *a populo ſervati. lex æqua eſt*, Grævius.

 25. *Sane*

ma litium fuiſſet, à populo recipi. Lex æqua eſt. Jubet lex Julia perſequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus ſit, pervenerit. Si eſt hoc novum in lege Julia, ſicuti multa ſunt ſeveriùs ſcripta quàm in antiquis legibus & ſanctius p judicata: [25] ſanè etiàm conſuetudo hujus generis judiciorum nova.

p judicata *delet Patric.* inducatur *MS.*

9 Sin hoc totidem verbis translatum caput eſt, quod fuit non modò in Cornelia, ſed etiam ante in lege Servilia: per deos immortales! quid agimus, judices? aut quem hunc morem novorum judiciorum in rempublicam inducimus? Erat enim hæc conſuetudo nota vobis quidem omnibus, ſed, ſi uſus magiſter eſt optimus, mihi debet eſſe notiſſima. Accuſavi de pecuniis repetundis: judex ſedi: prætor quæſivi: defendi plurimos. nulla pars, [26] quæ aliquam facultatem dicendi afferre poſſet, non mea fuit. ita contendo, neminem umquam, QUO EA PECUNIA PERVENISSET, cauſam dixiſſe, qui in æſtimandis litibus appellatus non eſſet. in litibus autem nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis, aut tabulis privatorum, aut
10 rationibus civitatum. Itaque in q inferendis r litibus adeſſe ſole-

q ferendis *alii.*
r limitibus *ed. pr.*

25. *Sane etiam.*] Forte, *Sane eſt etiam.* Patric. Francii primus; *& ſanctius inducatur. Sane cum etiam conſuetudo hujus generis nova ſit, hoc totidem verbis translatum caput eſt.* Sic & editio prima, niſi quod in hac, pro *judicata*, habeatur *indicata*, & Mediolanenſis, niſi quod in hac omittatur *cum*, ut & in Cratandri, Aſcenſ. Hervagiana, Victorii. Lectionem vulgatam inveni primum in Caroli Stephani editione, quæ prodiit anno 1555. dein propagata eſt in ſequentes editiones Manutii, Lambini, Gruteri. Mihi vero ſimillima videtur emendatio Mureti, qui legit e duobus manuſcriptis: *Si eſt hoc novum in lege Julia, ſicuti multa ſunt ſeverius ſcripta quàm in antiquis legibus & ſanctius, inducatur ſane etiam conſuetudo hujus generis judiciorum nova.* Pro *judicata* ſcribitur ſane in Francii etiam *inducatur*. Ex vulgata nullam ſententiam commodam extorquens, nec quid ſibi hic velit *judicata*, facile dicas. Nam valde friget oratio, ſi ſic explices, quæ & ſanctius eſſe ſcripta ab hominibus judicata ſunt. Nunquam ſic ſcripſit Cicero. Vera eſt manuſcriptorum Mureti & Francii lectio. Sequentia clamant, hanc eſſe ſolam probandam. *Sin hoc totidem verbis, &c. quid agimus, judices? aut quem hunc morem novorum judiciorum inducimus?* Si hoc novum eſt & ex lege Julia proficiſcitur, inducantur nova judicia. Sin vero hoc antiquum eſt, & ex vetuſtioribus legitur in Juliam translatum, cur novum judiciorum morem inducimus? Nihil certius. *Grav.*

26. *Quæ aliquam facultatem dicendi.*] Hotomannus reponit *diſcendi* lib. 11. Obſervat. cap. 6. valde veroſimiliter. *Grut.* *Diſcendi* etiam Manutius mavult.

27. Quæ

ſolebant, qui aliquid de ſe verebantur: &, cùm erant appellati; ſi videbatur, ſtatim contrà dicere ſolebant. ſin ejus temporis recentem invidiam pertimuerant, reſpondebant poſtea. quod cùm feciſſent, permulti ſæpe vicerunt.

V. HOC VERÒ novum eſt, [f] ante hoc tempus omnino inauditum. in litibus Poſtumi nomen eſt nusquam. in litibus dico? modò vos [t] iidem in A. Gabinium judices ſediſtis. num quis teſtis Poſtumum appellavit? teſtis autem? num accuſator? num denique toto illo judicio Poſtumi nomen audiſtis? Non igitur reus ex ea cauſa, 11 quæ judicata eſt, redundat Poſtumus: ſed eſt arreptus unus eques Romanus de pecuniis repetundis reus. quibus tabulis? quæ in judicio [v] A. Gabinii recitatæ non ſunt. à quo teſte? à quo tum appellatus nusquam eſt. [27] qua appellatione litium? in qua Poſtumi mentio facta nulla eſt. qua lege? qua non tenetur. Hîc jam, judices, veſtri conſilii res eſt, veſtræ ſapientiæ. quid deceat vos, non, quantum liceat vobis, ſpectare debetis. ſi enim, quid liceat, quæritis: poteſtis tollere è civitate, quem vultis. tabella eſt, quæ dat poteſtatem, occultat eadem libidinem. [28] cujus conſcientiâ nihil eſt quod quisquam timeat, ſi non pertimeſcat ſuam.

f & ante *Patric.* t idem *MS.* P. B. v *alii* à Gabinio.

12 Ubi eſt igitur ſapientia judicis? In hoc, ut non ſolùm quid poſſit, ſed etiam quid debeat, ponderet: nec, quantum ſibi permiſſum, meminerit ſolùm, ſed etiam, quatenus commiſſum ſit. Datur tibi tabella judicii. qua lege? Juliâ de pecuniis repetundis. quo de reo? de equite Romano. At iſte ordo lege ea non tenetur. Illo, inquit, capite, quod erat in Poſtumum, quòd in Gabinium judex

27. *Qua appellatione litium.*] *Æſtimatione* Pantagathus pro *appellatione.* Urſin.

28. *Cujus conſcientia nihil eſt quod quidquam timeat &c.*] Emendavi locum hunc è Pall. vulgo erat *quisquam:* quod fruſtra conatur explicare Manutius. at Lambinus, qui emendat è mſſ. ſuis, *cujus conſcientiam*; libros habet ſibi, credo, obnoxios cum vult & quales vult. *Gruter.* Sic & legitur in Mediolanenſi editione & in prima, ut in Pall. niſi quod in illa *quisquam*, non *quicquam*, ſcribatur. Vellem Gruterum expoſuiſſe hujus ſcripturæ, quam recepit, ſententiam, quæ certe aut nulla eſt, aut inepta. Francii liber Lambinianorum codicum lectionem firmat, in quo clare: *Cujus conſcientiam nihil eſt quod quisquam timeat, ſi non pertimeſcat ſuam.* quam recte docti expoſuerunt. *Gravius.*

dex eſſes, 29 nihil Gabinio datum, cùm in eum lites æſti-
ma-

29. *Nihil Gabinio datum &c.*] Conatur explicare iſthæc Turnebus loco citato. at Muretus d. cap. 5. putat legendum, *nihil de Rabirio auditum, cùm ei lites &c.* qui videatur etiam in verbis antecedentibus, quæ nititur conſtituere. *Grut.* Ubi quidem ſic denique tentavit idem Behotius, *quod A. Gabinium induxiſſet.* ex verbis ſequentibus, *Tu Gabinium ut regem reduceret impuliſti.* Gron. Mureti emendatio, quamvis videatur eſſe ingenioſa, ſi tamen attentius eam conſideres, aliena non modo eſt a veteribus libris, ſed etiam ab hujus loci ſententia. Nam iſta verba, ut Muretus ea concepit, *cum in Gabinium judex eſſes, nihil de Rabirio auditum, nihil cum ei lites æſtimarentur*, ſunt neceſſario Ciceronis, quæ reponuntur his judicis verbis: *Ille, inquit, capite, quod erat in Poſtumum.* Sed Ciceronis eſſe non poſſunt, quia ſequentibus reſpondet demum Cicero his, quæ ex judicis perſona ſibi ipſe objicit. *At nunc audio* ſcilicet, quo capite legis judex teneri Poſtumum credat. In præcedentibus hanc προσωποποιΐαν, ut vides, Cicero compellat judicem. *Datur tibi tabella judicii &c.* illumque monet, ut cogitet lege Julia repetundarum non teneri Poſtumum, quia ſit eques, utque caveat ne tabellâ libidinoſe abutatur. Ciceroni reſpondet judex: *Illo capite tenetur, quod erat in Poſtumum, quod in Gabinio judex eſſes &c.* Abſona quoque eſt Behotii emendatio, *quod A. Gabinium induxiſſet.* Nam de hac criminatione paullo ante fuit dictum a Tullio. At hic tantum diſputat Cicero de hoc capite, num ullus eques poſſit fieri reus lege Julia, cum illâ non teneatur equeſter ordo. Verba, ut nunc habentur in editis, eſſe miſere fœdata non infitior. Francii codex non recedit a vulgatis, niſi quod pro, *nihil Gabinio datum*, ſcribat; *nihil Gabinio dato.* Editio prima: *Illo capite, in quo erat in Poſtumi, quod in Gabiniam judex eſſes, nihil G. d. c. i. c. lites æſtimaret.* Mediolanenſis cum vulgatis conſentit, niſi quod in illa quoque legatur *æſtimaret*, æque ut in Aſcenſii & Cratandri. In Victoriana primum reperio *æſtimarentur.* Nunc quid mihi de hoc inquinato loco videatur audi. Exiſtimo ſcribarum culpâ excidiſſe verba capitis legis Juliæ, quod judex laudabat, nimirum, QUO PECUNIA PERVENERIT, idque ſomnolentiâ ſcribarum, quia hæc verba omiſſa a *quo* incipiunt, ut ſtatim ſequentia a *quod, quod erat in Poſtumum.* Quam crebro in veteribus libris peccarint in hujuſmodi locis librarii, cum propter idem aut ſimile plane verbum non modo verſus, ſed ſæpe periodi interciderint, ſexcentis exemplis oſtenderunt docti viri, idque nemini in antiquis libris verſato ignotum eſſe poteſt. Sic igitur hunc locum cenſeo conſtituendum eſſe. *Ille, inquit,* (ſcilicet judex,) *capite,* QUO PECUNIA PERVENERIT, *quod erat in Poſtumum. Cum in Gabinium judex eſſem, nihil Gabinio datum, cum lites æſtimarem.* Nam in veteribus eſt *æſtimaret.* Si malis *æſtimarentur*, cum aliis non renitor: Nihil accepit Gabinius a Poſtumo, cum de Gabinio pronunciarunt, cum tamen pars regiæ pecuniæ pervenerit ad Poſtumum. Ergo hoc capite tenetur. Ad hæc regerit Cicero, *At nunc audio. Reus igitur,* & quæ ſequuntur. *In eum* adſcripſit impe-
ri-

marentur. [30] At nunc audio. reus igitur Poſtumus eſt ea lege, qua non modò ipſe, ſed totus etiam ordo ſolutus ac liber eſt.

VI. Hic ergo nunc non vos priùs implorabo, equi- 13
tes Romani, quorum jus [31] judicio tentatur, quàm vos
ſenatores, quorum agitur fides in hunc ordinem: quæ
quidem cùm ſæpe antè, tum in hac ipſa cauſa nuper eſt
cognita. nam cùm, optimo & præſtantiſſimo [32] conſu-
le, Cn. Pompejo, de hac ipſa quæſtione referente, exſi-
ſterent nonnullæ, ſed perpaucæ tamen acerbæ ſententiæ,
quæ cenſerent, ut tribuni, ut præfecti, ut ſcribæ, ut co-
mites omnes magiſtratuum, lege hac tenerentur: vos, vos,
inquam, ipſi & ſenatus frequens reſtitit: &, quamquam
tum, propter multorum delicta, etiam ad innocentium
periculum tempus illud exarſerat, tamen, cùm odium P. CXXV.
non reſtingueretis, huic ordini ignem novum ſubjici non
ſiviſtis.

Hoc animo igitur ſenatus. quid? vos equites Romani, 14
quid tandem eſtis acturi? [33] Glaucia ſolebat, homo im-
pu-

ritus aliquis margini, cum vellet explicare, cui lites ſint æſtimatæ. Cicero non dixiſſet, Latinum enim non eſt, *cum lites in eum æſtimarentur*, ſed, *cum ei lites æſtimarentur*, quod & Muretus intellexit, aut, *cum ejus lites æſtimarentur*. Grævius.

30. *At nunc audio.*] Reſpondet Cicero cum quadam ironia. Nunc intelligo quid dicas. dicis enim, quod à me ſit: nam nihil Gabinio datum illo capite; facile eſt conjicere, judicibus non placere, non tam contra Poſtumum quàm omnino contra quemquam agi, præterquam contra eum, qui primus de pecuniis repetundis cauſſam dicat, ita non ſolum Poſtumus, verum etiam univerſus equeſtris ordo ſolutus ac liber eſt eo capite, *Quo ea pecunia pervenerit*. P. Manut.

31. *Judicio tentatur.*] Forte, *judicio hoc tentatur. hoc* autem intelligo Rabiriano, quo quidem agitur, ut judicetur Rabirius ea lege, qua ſolutus ac liber eſt. *Fabricius.*

32. *Conſule.*] Iterum. Gabinio enim damnato Rabirius eſt accuſatus. Gabinius autem Domitio & Appio Coſſ. damnatus eſt: & ante eos Pompejus & Craſſus alterum conſulatum geſſere. Cum igitur Cicero dixerit, *nuper eſt cognita*, & ſubjungat; *conſule Cn. Pompejo*; facile eſt intelligere, annum ſignificari proximum ſuperiorem, quo Pompejus iterum, ut dixi, conſul fuit. *P. Manut.*

33. *Glaucia ſolebat.*] C. Servilius Glaucia is fuit, quo prætore Saturninus maxime uſus eſt in ſeditione illa nefaria, ob quam in Curia cum conjuratis omnibus Marii Coſ. operâ interfectus eſt. Eum Cicero lib. de Oratore III. per ſimilitudinem *ſtercus Curiæ* appellari poſſe adfirmat, niſi deformis eſſet cogitatio ſimilitudinis. Idem in orat. de Haruſpic. reſp. ſcribit, C. Marium ſplen-

purus, ſed tamen acutus, populum monere, ut, cùm lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet. Si eſſet dictator, conſul, prætor, magiſter equitum: ne laboraret; ſciret nihil ad ſe pertinere. ſin autem, QUICUMQUE POST HANC LEGEM: videret, nequa nova quæſtione alligaretur.

15 Nunc vos, equites Romani, videte. ſcitis, me ortum è vobis: omnia ſemper ſenſiſſe pro vobis: nihil horum ſine magna cura & ſumma caritate veſtri ordinis loquor. alius alios homines & ordines; ego vos ſemper complexus ſum, moneo & prædico: integra re cauſaque denuntio: omnes homines deosque teſtor; dum poteſtis, dum licet, providete, ne duriorem vobis conditionem ſtatuatis ordinique veſtro quàm ferre poſſit. ſerpet hoc malum (mihi credite) longiùs quàm putatis.

16 VII. POTENTISSIMO & nobiliſſimo tribuno plebis, M. Druſo, unam in equeſtrem ordinem quæſtionem ferenti, SI QUIS OB REM JUDICATAM PECUNIAM CEPISSET: apertè equites Romani reſtiterunt. Quid? [34] hoc licere volebant? minimè: x neque ſolùm hoc genus pecuniæ capiendæ turpe, ſed etiam nefarium arbitrabantur. attamen ita disputabant, eos teneri legibus oportere, [35] qui ſuo judicio eſſent illam conditionem vitæ ſecuti. delectat y ampliſſimus civitatis gradus, ſella curulis, faſces, imperia, provinciæ, ſacerdotia, triumphi, denique imago ipſa, ad poſteritatis memoriam prodita.

x nec enim id. *Patr.*

y ampliſſimos civ. ſella cur. *MS.*

17 [36] Eſt ſimul etiam ſollicitudo aliqua, & legum, & judi-

didiorem fuiſſe, cum eum iratus Glaucia vituperaret, quam cum eum laudaret. In libro qui Brutus inſcriptus eſt, *Longè autem*, inquit, *poſt natos homines improbiſſimus C. Servilius Glaucia, ſed peracutus & callidus, cumprimisque ridiculus. Is ex ſummis & fortunæ & vitæ ſordibus ex Prætura Coſ. factus eſſet, ſi rationem ejus haberi licere judicatum eſſet. Nam & plebem tenebat, & equeſtrem ordinem beneficio legis devinxerat.* Hotom.

34. *Hoc licere volebant?*] Hoc, pecuniam accipere ob rem *judicandam*, ut modo dixit. Sic enim quoque legere ibi malo, quam *judicatam*, ut vulgo legitur. *Patricius.*

35. *Qui ſuo judicio eſſent illam conditionem vitæ ſecuti.*] Non noſtra ſponte judicamus, dicebant equites Romani, ſed cogimur Sempronia lege. quod igitur coacti facimus, cur ex eo periculum nobis, aut moleſtiam creari patiamur? Infra: *Tam es tu judex quàm ego ſenator. Ita eſt: ſed tu iſtud petiiſti, ego hoc cogor.* P. Manut.

36. *Eſt ſimul etiam ſollicitudo aliqua.*] Senſus eſt, iſtis honoribus

ſiciorum major [z] quidam metus. nos iſta numquam con- [z] quidem
tempſimus (ita enim diſputabant) ſed hanc vitam quie- MS.
tam atque otioſam ſecuti ſumus. quæ, quoniam honore P. B.
caret, careat etiam moleſtiâ. [a] Tam es tu judex quàm [a] Eadem
ego ſenator. Ita eſt; ſed tu iſtud petiiſti, ego hoc cogor. MS.
Quare aut judici mihi non eſſe liceat, [37] aut legem lege ſenatoria non timere.

Hoc vos, equites Romani, jus à patribus acceptum 18
amittetis? moneo, ne faciatis, rapientur homines in hæc judicia [38] ex omni non modò invidia, ſed ſermone [b] ma- [b] maliv.
levolorum, niſi cavetis. Si jam vobis nuntiaretur in ſe- alii.
natu ſententias dici, ut his legibus teneremini, concurrendum ad curiam putaretis. ſi lex [c] ferretur, convola- [c] referr.
retis ad Roſtra, vos ſenatus liberos hac lege eſſe voluit: MS.
populus numquam alligavit: ſoluti huc conveniſtis: ne conſtricti diſcedatis cavete. Nam, ſi Poſtumo fraudi 19
fuerit, qui nec tribunus, nec præfectus, nec ex Italia

co-

bus & ornamentis aliqua etiam ſollicitudo atque moleſtia, nimirum ob majorum judiciorum pericula, immixta eſt (*majorum* enim lego, non *major*) unde in Cluentiana, *Senatorem hoc queri non poſſe*, (de periculis loquitur) *propterea quod ea conditione propoſita petere cæpiſſet, quodque permulta eſſent ornamenta, quibus eam mitigare moleſtiam poſſet, locus, auctoritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen & gratia, toga, prætexta, ſella curulis, inſignia, faſces, exercitus, imperia, provincia: quibus in rebus ſumma recte factis majores noſtri præmia, tum plura peccatis pericula propoſita eſſe voluiſſe.* Hotom. *Eſt ſimul etiam.*] Legerem, *eſto*, vividius. nam ſupra dixit, *eos teneri legibus oportere.* Sic infra in eodem genere: *careat etiam moleſtia.* Ergo hic, *eſto*, inquit, *ſimul etiam ſollicitudo aliqua. Simul* autem, cum eo ſcilicet quod te delectat. Tale illud Dejot. *Eſto. concedatur hæc quoque acerbitatis & odii magnitudo.* Patricius.

37. *Aut legem lege Senatoria non timere.*] Ant. Auguſtinus *aut legem Senatoriam non timere* legit; bene quidem, ſed vulgata etiam lectio ferri poteſt: *Liceat mihi, Druſe, per legem Juliam Senatoriam, qua equites non tenentur: non timere legem tuam, quam nunc fers*, id eſt, ſi vis me cogere ad onus judicandi, ne cogas me ad periculum criminationis, quo liberantur equites lege Julia, in Senatores ſolum lata. *Urſin.*

38. *Ex omni non modo invidia, ſed ſermone melevolorum.*] Ex invidia malevolorum ſermones & obtrectationes maledicæ & contumelioſæ proficiſcuntur. Refero igitur *invidia* ad *malevolorum*, non minus quam *ſermone*. Sed gravius verbum eſt invidiæ, quoniam ſtudium & voluntas nocendi ineſt in ea: cum plerumque malevoli de nobis garriant & loquantur, non alio conſilio, ſola tantum detrahendi conſuetudine. *Hotomannus.*

comes, nec familiaris Gabinii fuit, quonam ſe modo de-
fendent poſthac, qui veſtri ordinis cum magiſtratibus no-
ſtris fuerint his cauſis implicati? Tu, inquit, Gabinium,
ut regem reduceret, impuliſti.

d etiam mea fides *MS.* VIII. NON PATITUR [d] mea me jam fides de Ga-
binio graviùs agere. quem enim ex tantis inimicitiis re-
ceptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc af-
e ſi Cn. Pomp. *alii.* flictum violare non debeo. quocum ſtante, [e] ſi me Cn.
Pompeji auctoritas in gratiam non reduxiſſet, nunc jam
20 ipſius fortuna reduceret. Sed tamen, cùm ita dicis, Po-
ſtumi impulſu Gabinium profectum Alexandriam: ſi de-
fenſioni Gabinii fidem non habes, obliviſcerisne etiam
accuſationis tuæ? Gabinius ſe id feciſſe dicebat reipubli-
cæ cauſâ, quod claſſem Archelai timeret, quòd mare re-
fertum fore prædonum putaret. [39] lege etiam id ſibi li-
cuiſſe dicebat. tu inimicus negas. Ignoſco: & eo magis,
quòd eſt contra illud judicatum. Redeo igitur ad crimen
& accuſationem tuam.

21 Quid vociferabare, decem millia talentûm Gabinio
P. CXXVI. eſſe promiſſa? [40] Huic videlicet [f] perblandus reperiendus
f perſuaſor bland. *MS.* fuit, qui hominem, ut tu vis, avariſſimum exoraret,
g quadragies *MS.* [41] ſeſtertiûm bis millies & [g] quadringenties ne magno-
pere

39. *Lege etiam id ſibi licuiſſe dicebat.*] Apparet multis locis, amicum Prolemæi regis Pompejum fuiſſe, orta inter eos, aut certe confirmata vehementer amicitia Mithridatico bello, quo rex eum ſuis copiis opibusque maxime juvit. dubitandum igitur non eſt, quin auctore Pompejo Gabinius regem reduxerit: cujus etiam in Albano factas eſſe ſyngraphas de pecunia, quam Poſtumus, diſcedente ab urbe rege, ad ſumptum itineris, ad magnificentiam apparatus, ad comitatum ſuppeditavit, ſupra Cicero dixit. Jam, de reſtituendo rege conſenſiſſe cum Pompejo Cæſarem, magnamque pecuniæ vim utrique a rege datam, Suetonio teſte cognovimus. Itaque ſuſpicari licet, adductum Cæſaris & Pompeji auctoritate ſumma tribunum pl. aliquem legem tuliſſe, non qua reductio regis nominatim Gabinio mandaretur (dixiſſet enim Gabinius, id ſibi lege datum, non, id ſibi lege licuiſſe) ſed, qua rex reduceretur. Hujus legis, quod quidem ego meminerim, mentio nusquam exſtat. *P. Manut.*

40. *Huic videlicet perblandus &c.*] Muretus corrigit ex mſ. *Hui! videlicet puer blandus &c.* Grut. Id vero comicum pronuntiat Behotius, *huic* interpretans in hujus Gabinii gratiam, qui & mox *Româ contend.* Gron.

41. *Seſtertiûm bis millies.*] Quoniam hunc locum diligenter explanat Budæus in libro de Aſſe, cenſeo inde petendam eſſe interpretationem, ne maximos & graviſſimos labores, quos homo

mo

pere contemneret. Gabinius illud, quoquo conſilio fecit, fecit certè ſuo. quæcumque mens illa fuit Gabinii fuit. ſive ille, ut ipſe dicebat, gloriam; ſive, ut tu vis, pecuniam quæſivit: quæſivit ſibi. Num Gabinii comes, vel ſectator? negat. non enim ad Gabinii, cujus id negotium non erat, ſed ad P. Lentuli, clariſſimi viri, auctoritatem, à ſenatu profectam, 42 & conſilio certo, & ſpe non dubia, 43 Romam contenderat.

At diœcetes fuit regius. Et quidem [h] in cuſtodia etiam 22
fuit regia: 44 & vita ejus oblata pœnæ eſt. multa præterea, quæ libido regis, quæ neceſſitas coëgit ferre, pertulit. [i] quarum omnium rerum una reprehenſio eſt, quòd regnum intrarit, quòd poteſtati [k] ſe regis commiſerit. verum

h cuſtodiæ *MS.*
i quare *MS.*
k ſe *non eſt in MS.*

mo eruditiſſimus noſtrâ cauſâ ſuſcepit, aut parvi facere, aut prorſus contemnere videamur. *Hotom.* Mille talenta Romana computatione eſt ducenties quadragies, & facit utrumque nobis ſexcenta millia Philippæûm: decem millia talenta bis millies quadringenties, nobis ſexaginta centena millia Philippæûm, ſeu ſex milliones Philippæûm. Gronov. lib. II. de Pec. Vet. cap. 7. Prolixam diſſertationem Abramii ad hunc locum de Romana pecunia refutavit erudite Joannes Fridericus Gronovius in diſſertatione ſubjecta libris de pecunia vetere Romanorum editionis noviſſimæ pag. 656. *Grav.*

42. *Et conſilio certo, & ſpe non dubia.*] Nec temere, nec inani ſpe commotus, ſed quia fore crederet, ut omnino rex auctore Lentulo reduceretur, atque ita creditam regi pecuniam recuperaret. quamquam rex, Alexandriâ potitus, ingratum ſe præbuit. Unde illud infra: *Nudus atque egens fugit è regno.* P. Manut.

43. *Romam contenderat.*] *Roma* legendum cenſeo. ut eſt in quibusdam codicibus impreſſis: erat etiam in manuſcripto: quoniam Româ profectum eſſe Poſtumum in Ciliciam auctore Lentulo contendit. Adſciverat autem ſibi Lentuli provinciam Gabinius, quemadmodum ex his Ciceronis verbis apparet in orat. in Piſonem: *Ille, ſi non acerrimè fureret,* (de Gabinio loquitur) *auderet quam provinciam. P. Lentulus, amiciſſimus huic ordini, cum & auctoritate Senatus & ſorte haberet, interpoſita religione, ſine ulla dubitatione depoſuiſſet, eam ſibi tum adſciſcere, cum etiam ſi religio non impediret, mos majorum tamen, & exempla, & graviſſima legum pœna vetarent?* Hotom.

44. *Et vita ei ablata penè eſt.*] Sic mſſ. Mureti, neque recedunt Pall. niſi quod ii, *ejus*, vulgata, *& vita ejus oblata pœna eſt.* Grut. Immo & Phil. Rubenius ſimpliciter ſequutus ſcriptos proferebat, *& vita eius ablata pæne eſt*, lib. I. Elect. cap. 12. *Gron.* Cum in Francii libro clarè legatur, ut alii invenerunt in vett. codd. & legendum eſſe cenſuerunt Hotomannus, Patricius, Muretus & Rubenius, non cunctandum cenſui in hac ſcriptura reponenda & ſubſtituenda vulgata. *Gravius.*

45. *Equi-*

rum ſi quærimus, ſtultè. quid enim ſtultius quàm [45] equitem Romanum, ex hac urbe, hujus, inquam, reipublicæ civem, quæ eſt una maximè & fuit ſemper libera, venire in eum locum, ubi parendum alteri & ſerviendum ſit?

23 IX. [46] SED [l] EGO in hoc tandem Poſtumo non ignoſcam, homini mediocriter docto, [m] quo videam ſapientiſſimos homines eſſe lapſos? Virum unum totius Græciæ facilè doctiſſimum, Platonem, iniquitate Dionyſii, Siciliæ tyranni, cui ſe ille commiſerat, in maximis periculis inſidiiſque [n] eſſe verſatum accepimus: [47] Calliſthenem, doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum: Demetrium & ex republica [o] Athenis, quam optimè [p] geſſerat, & ex doctrina nobilem & clarum, qui Phalereus vocitatus eſt, [48] in eodem

l ego hoc *edd. quad.*
m *alii* in quo, *aut* qui.
n mediis eſſe *Grav.*
o Athen. *delet Gul.*
p diu geſſerat *Idem.* digeſſerat *alii.*

45. *Equitem Romanum ex hac urbe, hujus, inquam, reipublica civem.*] Delerem tria verba illa *ex hac urbe*, quæ mihi gloſſema veluti quoddam ejus quod præceſſit, *Romanum* redolere videntur. quæ ipſa tamen ſi manent expono. Nihil eſt ſtultius quàm equitem Romanum venire ex hac urbe in eum locum, ubi alteri ſerviendum ſit. opponit enim τὸ *ex hac urbe* τῷ *in eum locum.* Sed quoniam τὸ *ex hac urbe*, adjunctum ad illud, *equitem Romanum*, videri poterat ſic prolatum, quaſi ſi dixiſſet, equitem Romanum ex hac urbe, quod certe non optime diceretur, idcirco corrigit ſe & dicit, non, equitem Rom. ex hac urbe, ſed *Equitem Romanum, hujus, inquam, reipublica civem, qua eſt una maxime & fuit ſemper libera, venire ex hac urbe in eum locum, ubi parendum alteri & ſerviendum ſit.* Patricius.

46. *Sed ego in hoc tandem.*] Forte, *Sed egone hoc tandem.* vel, *Sed ego, num hoc tandem.* vel, *uniu' hoc tandem.* etiam fortaſſis *tantum.* Sic: *Sed egon'*, vel, *Sed ego uniu' hoc tantum Poſtumo non ignoſcam?* ſignificat autem fere *hoc*, venire in locum, ubi alteri ſerviendum ſit. Alioqui *ignoſcere in hoc* videndum quam bene dicatur. *Idem.*

47. *Calliſthenem doctum hominem.*] Hanc hiſtoriam attingit Juſtinus, lib. XII. & XV. & item P. Curtius lib. VIII. Commiſerat ſe Alexandro Magno, a quo arceſſitus erat, ut geſta ejus memoriæ proderet. Cum autem victor bello Perſico Alexander adorari vellet, aperte recuſavit Calliſthenes. Quam ob cauſam truncatis imperio tyranni membris, abſciſſiſque auribus & naſo & labiis, una cum cane in cavea incluſus eſt & ad metum ceterorum circumgeſtatus. Strabo eum ſcribit Cariatæ in Bactriana comprehenſum eſſe & in vincula conjectum, quam poſtea Alexander inverterit. *Hotomannus.*

48. *In eodem iſto Ægypti regno.*] Diogenes Laërtius lib. V. de Vitis Philoſophorum ſcribit Demetrium poſt Caſſandri mortem Au-

m iſto Ægypti regno aſpide ad corpus admota, vitâ e privatum.

Plane confiteor, fieri nihil poſſe dementiùs quàm ſcien- 24 n in eum locum venire, ubi libertatem ſis perditurus. l 49 hujus iſtius facti ſtultitiam major jam ſuperior ſtul- P. B. a defendit: quæ facit, ut hoc ſtultiſſimum facinus, òd in regnum q venerit, quòd regi ſe r commiſerit, q venit ienter factum eſſe videatur. ſiquidem 50 tam ſemper MS. ſtul- r commiſit id. MS.

itigoni metu ſe ad Ptolemæum Soterem contuliſſe, multum-e illic temporis moratum inter cetera conſuluiſſe regi, ut fi-, quos ex Euridice ſuſceperat, impartiretur regnum. Illo n obtemperante, ſed ei quem ex Beronice genuerat diadema dente, ab hoc ipſo poſt patris mortem fuiſſe adſervatum in vincia, quoad aliquid de illo ſtatuiſſet. Hic ille mœſtior it, ac veluti dormitans ab aſpide manu morſus ex vita mi-ivit ſepultusque eſt in Buſirite, regione prope Dioſpolim. eo ita ſcribit Cicero in Oratore: *Phalerei Demetrii oratio, cum ate placideque loquitur, tum illuſtrant eam quaſi ſtellæ quædam nſlata verba atque immutata.* Hotomannus.

49. *Hujus iſtius facti.*] Doctus vir & mei amantiſſimus videtur ismodi lectionem ubique ſuſpectam habere, *hic iſte*, *hujus us*, *hunc iſtum*. & ſi quis conetur imitari, videtur etiam non modum probare. Mihi, ut verum fatear, non diſplicet, ne ſtras quidem ille, qui id uſurpat ſæpius pene ceteris. quod ùm cùm alibi, tum meâ quidem ſententiâ exſtare etiam vi-tur apud venuſtiſſimum Poëtarum Catullum in epigrammate Lesbiam,

Quis me uno vivit felicior? aut magis hac iſta
Optandam vitam dicere quis poterit!

enim lego illud, quod in vulgatis legitur: *Aut magis hoc eſt.* ſcilicet collidatur ultima prioris verſus cum prima poſterio-. quod quidem exemplum ad eam rem, quam volo, idcirco entius hoc loco attuli, quod in illo, *eſt*, expreſſum mihi veræ tionis veſtigium reſidere videatur. quanquam ſane non igno-n, aliter alios locum Poëtæ emendare. *Patricius.*

50. *Tam ſemper ſtulti eſſe.*] Stulte prorſus loco huic negativo ad-lit Lambinus, ignorantiâ ſententiæ Ciceronianæ: quæ hoc lt, ſapientis eſſe bono modo ſe extricare naſſa; malo more, quocunque, ſtulti. id ipſum velle, clamat concluſio: *quam-em illud maneat* &c. Grut. Plane non video, quid velit Gru-us. Vereor ut & hic odio Lambini ductus ſcripſerit parum ſe na. Requirit omnino ſententia particulam negantem, ut jam enderunt alii. Nam ille ſemper ſtultus, qui cum ſtultitia ſua peditus eſt, nunquam ullo modo ſe expedit. Sed ille ſero ſa-, qui cum videt ſe impeditum eſſe, ſtudet ſe quoquo modo ſſit expedire. Accedit quod Hotomannus in uno codice ſe repe-ſe teſtatur negationem, quam ſi & ii codices aſſererent, quos o evolvi, exſtaret in hac noſtra editione. Gravius.

ſtulti quàm ſerò ſapientis eſt, cùm ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit ſe expedire.

25 Quamobrem illud maneat & fixum ſit, quod neque moveri, neque mutari poteſt: in quo æqui ſperaſſe Poſtumum dicunt, peccaſſe iniqui, ipſe etiam inſaniſſe r ſe confitetur, quòd ſuam, quòd amicorum pecuniam regi t crediderit cum tanto fortunarum ſuarum periculo. Hoc quidem ſemel ſuſcepto atque contracto, perpetienda v illa fuerunt, [51] ut ſe aliquando ad ſuos vindicaret. Itaque objicias licet, quàm voles ſæpe, palliatum fuiſſe, aliqua habuiſſe non Romani hominis inſignia. quoties eorum quippiam dices, toties unum dices atque x illud, temerè hunc pecuniam regi crediſſe: ſuas fortunas at-

26 que famam libidini regiæ commiſiſſe. Fecerat temerè: fateor: mutari factum jam nullo modo poterat: aut pallium ſumendum Alexandriæ, [52] ut ei Romæ togato eſſe liceret; aut omnes fortunæ abjiciendæ, ſi togam retinuiſſet.

r *alii non habent* ſe.

t credidit *MS.*

v illa *deeſt in MS.*

x idem *add. vett.*

X. DELICIARUM cauſâ & voluptatis, non modò cives Romanos, ſed [53] & nobiles adoleſcentes, & quoſdam etiam ſenatores ſummo loco natos, non in hortis, aut ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido

51. *Ut ſe aliquando ad ſuos vindicaret.*] Vix rectum. fortaſſis legendum, *ut as aliquando id ſuum vindicaret.* hoc ſtatim ita effert: *Poſtumo crimen veſtitus afferret is, in quo ſpes fuit, poſſe ſeſe aliquando ad fortunas ſuas pervenire.* Patricius. *Se ad aliquem vindicare* quid ſit nullus Latine loquens intelligat, & miror hoc non tantum ferre, ſed interpretari Manutium, illum Latinæ linguæ peritiſſimum & exactiſſimum arbitrum. Forte Cicero ſcripſit, *ut ſe aliquando & ſuos vindicaret*, nimirum a damnis fortunarum, quæ feciſſet & ipſe & ejus amici, niſi hac ratione creditum ſervaſſet. *Gravius.*

52. *Ut & Roma togato eſſe liceret.*] Vetus liber, *ut ei Roma* &c. Urſin. [Grævius hoc loco, veterem Urſini librum ſecutus, recepit *ei*. ego non dubitavi, ejuſdem libri lectionem Grævii judicio probatam reponere.] Ut Romam redire poſſet, &, ut ceteri cives, toga uti. quod proxime dixit: *perpetienda illa fuerunt, ut ſe aliquando ad ſuos vindicaret.* Infra vero: *Poſtumo crimen veſtitus afferet is, in quo ſpes fuit, poſſe ſeſe aliquando ad ſuas fortunas pervenire?* P. Manut.

53. *Et nobiles adoleſcentes, & quoſdam etiam ſenatores, ſummo loco natos.*] Cum Poſtumus neque nobilis ſit, neque ſenator. Addidit, *ſummo loco natos*, quia ſenatores multi non ſummo loco nati, ut Cicero & alii: addidit autem, quo magis Poſtumi factum excuſaret. *Idem.*

54. Cum

do [y] [54] cum mitella ſæpe videmus. Chlamydatum L. Sullam imperatorem: L. verò Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit Antiochumque devicit, non ſolùm cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis [55] in Capitolio ſtatuam videtis. quorum impunitas fuit non modò à judicio, ſed etiam à ſermone. Faciliùs certè P. Rutilium [z] Rufum neceſſitatis excuſatio defendet: qui, cùm à Mithridate Mytilenis [56] oppreſſus eſſet, crudelitatem regis in togatos veſtitûs mu- 27

y *in ed. pri.* *deeſt* cum mitella. *ed. vet.* Meciapella.

z Ruffum *MS.*

P. CXXVII.

54. *Cum mitella.*] Aliqui *mitrella* repoſuerunt, non rectè: à *mitra* enim *mitella*, ut ab *umbrâ umbella*, *culcitrâ culcitula*, & à *monſtris Moſtellariam* Plautus fecit. *Camerar.* Bene deliciis & voluptatibus mitellam adjungit. fuit enim mitra tegumentum capitis virorum mollium aut etiam fœminarum. antiquus Poëta de Mulieribus:

Copa Syriſca caput Grajâ redimita mitellâ.

Juvenalis 3.

Ite quibus grata eſt pictâ lupa barbara mitrâ.

Catullus de Ariadna:

Non flavo retinens ſublimem vertice mitram.

Moſchus:

Τὴν μὲν χρυσέπλοκος περιέστεφε κυκλόσε μίτρα.

Hanc intexta auro circumdedit undique mitra.

Lucretius IV.

Et bene parta patrum fiunt anademata mitra.

Quare viris probroſum fuit geſtare mitram IV. Æneidos:

At nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu
Mæoniâ mentum mitrâ crinemque madentem
Subnixus.

IX. Æneidos:

Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

Claudianus Paneg. 1. Stiliconis ad hanc mollitiem alludit:

Hic vittâ velatus Arabs. ——

Inter Deos uni Baccho Deorum delicatiſſimo mitram tribuebant. Propertius lib. IV. eleg. 2.

Cinge caput mitrâ, ſpeciem furabor Iacchi.

Et Juno apud Lucianum Libero mollitiem objiciens: μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένος. *mitra comam redimitus.* Sed vide noſtrum Lælium Biſciolam Horis Subceſivis lib. XVII. cap. 13. *Abram.* Vide & Salmaſ. Exercitat. Plin. p. 392. edit. Traject.

55. *In Capitolio ſtatuam.*] Solebant in foro ſtatui complurimæ: unde *fori ornamenta* a Plinio dicuntur. Locus tamen in roſtris erat clarior, ut ſcribit Cicero in orat. pro Dejotaro. Hujus L. Scipionis fratri Africano poſitas fuiſſe in Opis, in Pollucis, in Capitolio ſtatuas idem Cicero ſcriptum reliquit epiſt. ad Attic. lib. VI. epiſt. 1. *Hotom.*

56. *Oppreſſus.*] Repentino Mithridatis edicto, ut omnes uno die cives Romani necarentur. Opprimi dicitur, non modo qui per vim ſuperatur, ſed etiam contra quem præter ejus opinionem

mutatione vitavit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus noſtris [57] virtutis, antiquitatis, prudentiæ, conſularis homo, ſoccos habuit & pallium? nec verò id homini [a] tùm quiſquam, ſed tempori aſſignandum putavit: Poſtumo crimen veſtitus [b] afferet is, [58] in quo ſpes fuit, poſſe ſeſe aliquando ad fortunas [c] ſuas pervenire?

a tum *non eſt in MS.*
b affert *MS.*
c ſuas *deeſt in vett. edd.*

Nam, ut ventum eſt Alexandriam ad Auletem, judi-
28 ces, hæc una ratio à rege propoſita Poſtumo eſt ſervandæ pecuniæ, ſi curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. id autem facere non poterat, niſi diœcetes: [59] hoc enim nomine utitur, qui à rege eſſet conſtitutus. Odioſum negotium Poſtumo videbatur: ſed erat nulla omnino recuſatio. moleſtum etiam nomen ipſum: ſed res habebat nomen hoc apud illos, non hic impoſuerat.

nem aliquid ſit, ut hoc loco & in epiſt. ad Caſſium: *Puto te jam ſuppudere, cum hac tertia jam epiſtola ante te oppreſſit, quam tu ſchedulam, aut litteram.* P. Manut.

57. *Virtutis, antiquitatis, prudentiæ.*] Quidam putant legendum, *virtutis, ſanctitatis, prudentiæ.* quæ lectio planior & probabilior eſt. *Lambinus. Virtutis, antiquitatis.*] Videndum, *antiquitatis.* quanquam hoc quidem etiam in laude nonnunquam uſurpatur, ut, *homo antiqua virtute.* De eodem autem P. Rutilio Cicero ſemper cùm laude loquitur. vide noſtras adnot. in fragm. orationis pro Scauro. Lambinus habet *ſanctitatis* pro *antiquitatis.* Patric. Cave credas Lambino. *Antiquitas* eſt antiqua probitas, virtus, fides, antiqui mores, qui fuerunt optimi. Plin. Paneg. 76. *Jam quam antiquum, quam conſulare, quòd triduum totum ſenatus ſub exemplo tuo ſedit.* Idem lib. II. ep. 2. *Jam hoc ipſum pulchrum & antiquum ſenatum nocte dimitti.* Juſtin. prooem. *Vir priſcæ eloquentiæ Trogus Pompejus.* Grævius.

58. *In quo ſpes fuit.*] Legerem fere, *in quo uno ſpes fuit*, atque hoc ſane malo quam illud *ſeſe* duplicatum, quod ſtatim ſequitur, *poſſe ſeſe aliquando.* Patric.

59. *Hoc enim nomine utitur.*] Inſolens locutio, cujus tamen haud abſimilis illa eſt Juſtiniani tit. de verb. oblig. lib. Inſtit. III. *Stipulatio, qua hoc nomine inde utitur, quod ſtipulum apud veteres firmum appellabatur.* Hotom. *Hoc enim nomine utitur, qui a Rege eſſet conſtitutus.*] Legerem *eſt*, pro *eſſet.* quanquam ne hoc quidem totum valde mihi probatur, illud præſertim: *hoc enim nomine utitur.* videtur enim gloſſema eſſe. mallem igitur ſic, *niſi Diœcetes, qui a Rege eſſet conſtitutus.* Planiſſime. nam ſi Diœcetis nominis aliqua declaratione opus fuit, tum profecto opus fuit, cum antea eo nomine uſus primum eſſet. Supra. *at Diœcetes fuit Regius.* Interdum etiam mallem ſic: *Id autem facere non poterat, niſi Diœcetes conſtitutus*; vel *niſi Diœcetes eſſet conſtitutus*; vel *niſi Diœcetes a Rege eſſet conſtitutus.* Patricius.

rat. oderat veſtitum etiam illum: ſed ſine eo nec nomen illud poterat, nec munus tueri. Ergo aderat vis (ut ait poëta ille [d] noſter) *quæ ſummas frangit infirmatque opes.* Moreretur, inquies. nam id ſequitur. Feciſſet certè, ſi 29 ſine maximo dedecore, tam impeditis ſuis rebus, potuiſſet emori.

d veſtes *alii.*

XI. NOLITE igitur fortunam convertere in culpam: neque regis injuriam hujus crimen putare: nec conſilium ex neceſſitate, nec voluntatem ex vi interpretari: niſi fortè eos etiam, qui in [e] hoſtes, aut in prædones inciderint, ſi aliter quippiam coacti faciant [f] quàm [g] liberè, vituperandos putes. Nemo noſtrûm ignorat, etiam ſi experti non ſumus, conſuetudinem regiam. Regum autem hæc ſunt imperia, [60] *animadverte, & dicto pare.* & *præter rogitatum ſi* [h] *querare:* & illæ minæ, „ [61] *Si te ſecundo lumine* [i] *hic offendero, Moriere.* quæ non ut delectemur ſolùm, legere & ſpectare debemus, ſed ut cavere etiam & effugere diſcamus.

e hoſpites *MS.*
f quam *deeſt in edd. vett.*
g liberos *quad. edd.*
h *loquare* Lamb. ed.
i *hic* deeſt in MS.

At ex hoc ipſo crimen exoritur. ait enim, [k] dum Ga- 30 binio pecuniam Poſtumus cogeret [l] ex [62] decumis imperatorum, pecuniam ſibi coëgiſſe. Non intelligo hoc quale ſit: utrùm acceſſionem decumæ, [63] ut noſtri facere coactores ſolent [m] centeſima: an deceſſionem de ſumma fecerit. ſi acceſſionem: undecim millia talentûm ad Gabinium pervenerunt. At non modò abs te decem millia objecta ſunt, ſed etiam ab his æſtimata.

P. B.
k cùm *alii.*
l ex *non eſt in MS.*
m centeſimæ *Grut.*

Addo

60. *Animadverte &c.*] Explicat iſthæc Columna Commentariis ſuis ad Q. Ennium. *Grut.*

61. *Si te ſecundo lumine hic offendero.*] Id eſt, die, ut apud Virgilium lib. Æneidos IV.

Tres Notus hybernas immenſa per æquora noctes
Vexit me violentus aquâ, vix lumine quarto
Proſpexi Italiam.

Cic. epiſt. ad Attic. lib. VII. ep. extrema: *Cæſaris interdicta, ſi te ſecundo lumine hic offendero, reſpuentur.* Hotom.

62. *Decumis imperatorum.*] Id eſt pecuniæ imperatæ, ut ſcribit Turnebus d. cap. 23. *Grut.*

63. *Ut noſtri facere coactores.*] Hoc loco *publicanos*, opinor, temporis cauſa, *coactores* appellat. *Hotom.* *Ut noſtri facere coactores ſolent.*] Quid ſi abſit, *facere.* Patricius. Coactores non erant publicani, ut vult Hotom. ſed eorum miniſtri, qui pecuniam publicanorum cogebant, ſeu colligebant. Sueton. Veſpaſ. *Coactiones argentarias fecit.* Idem in vita Horatii: *Patre, ut ipſe tradit, libertino & exactionum coactore.* Grævius.

 64. Etiam

31 Addo illud etiam: quî tandem convenit, aut tàm gravi onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentûm acceſſionem eſſe factam: aut in tanta mercede hominis, ut vis, avariſſimi, mille talentûm deceſſionem eſſe conceſſam? neque enim fuit Gabinii remittere tantum de ſuo: [n] nec regis imponere tantum pati ſuis. Aderunt teſtes, legati Alexandrini. hi nihil in Gabinium dixerunt. imo hi Gabinium laudaverunt. Ubi ergo ille mos? ubi conſuetudo judiciorum? ubi exempla? ſoletne is dicere in eum, qui pecuniam redegit, qui in illum, cujus nomine
32 ea pecunia redigeretur, non [o] dixerit? Age, ſi is, qui non dixit, ſolet: [64] etiamne is ſolet, qui laudavit? iiſdem teſtibus, & quidem non productis, ſed dictis teſtium recitatis, quaſi præjudicata res, ad has cauſas deferri ſolet.

n neque reg. *Lamb.*

o dixit *MS.*

XII. Et ait etiam meus familiaris & neceſſarius, eandem cauſam Alexandrinis fuiſſe, cur laudarent Gabinium, quæ mihi [p] fuerit, cur eundem defenderem. Mihi, C. Memmi, cauſa defendendi Gabinii fuit reconciliatio gratiæ. neque me verò pœnitet [65] mortales inimicitias,

p fuerat *MS.*

64. *Etiamne is ſolet, qui laudavit.*] q. d. multo minus. ſenſus. non ſolet, inquit, quiſquam hominum in eum dicere, qui pecuniam redegit, niſi ſimul in eum dicat, cujus nomine redacta eſſet. Multo igitur minus ille ſolet dicere, qui in eum non tantum non dixit, ſed eum etiam laudavit. Turnebus hoc loco tollit punctum interrogationis: & mox, pro *deferri*, *adferri* legit. *Ad has cauſas adferri ſolet*, pro *deferri*. Patric. Male interrogationis nota deleta eſt in Gruteri editione. Recte in Victorii, Rob. Stephani, Lambini & aliis edd. poſt *laudavit* additur. Si is, qui non dixit in eum, cui redigitur pecunia nunquam ſolet dicere in eum, qui pecuniam redegit, num hoc faciet, cum laudaverit eum, cujus nomine redacta eſt pecunia? Iidem teſtes, etſi ipſi non producantur, ſed tantum eorum dicta legantur, cum laudarunt eum, cui redacta pecunia eſſe dicitur, creduntur etiam laudaſſe, qui pecuniam redegit; eaque habetur in judiciis tanquam cauſſa præjudicata. *Gravius.*

65. *Mortales inimicitias.*] Dignitas & ornamentum hujus orationis in verbi ambiguitate verſatur, quam dilogiam figuram appellari ſcribit Aſconius, cum ambiguum dictum duas res ſignificat. *Mortales* enim *inimicitiæ* dicuntur, quæ tantæ ſunt, ut ſui quiſque inimici mortem exoptet, ſed *mortalis* præterea ſempiternis amicitiis opponens intelligi voluit, etſi graviſſimæ eſſent inimicitiæ & plane capitales, non tamen in omne tempus ſuſceptas, ſed fragiles ac diſſolubiles fuiſſe, atque ut ita dicam temporales. In eandem rationem illud eſt Q. Cæcilii Metelli apud Livium, *Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit, Amicitias immortales, inimicitias mortales eſſe debere.* Hotom.

Mor-

ſempiternas amicitias habere. Nam ſi me invitum 33
, ne Cn. Pompeji animum offenderem, defendiſſe
ſam; & illum, & me vehementer ignoras. neque q *alii di-*
Pompejus me ſuâ cauſâ quidquam facere voluiſſet *ſtinguunt an-*
ım: neque ego, cui omnium civium libertas cariſſi- *te cauſam.*
ıiſſet, meam projeciſſem. Quamdiu inimiciſſimus P. CXXVIII.
ıio fui, [66] non amiciſſimus mihi non Pompejus fuit:
poſtea [67] quàm illius auctoritati eam dedi veniam,
debui, quidquam ſimulavi, ne cum mea perfidia
iam ipſi facerem, cui beneficium dediſſem, inju-
nam non redeundo in gratiam cum inimico non
ıam Pompejum. ſi per eum reductus inſidioſè re-
ı: me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoque
ſſem.
de me omittamus: ad Alexandrinos iſtos reverta- 34
quod habent os? quam audaciam? modò, vobis
ſtantibus, in judicio Gabinii [68] tertio quoque verbo
exci-

es inimicitias, ſempiternas amicitias.] Vide Ciceronem eun-
ı libro de Amicit. & Livium lib. XL. *Patricius.*
Non amiciſſimus mihi, non Pompejus fuit.] Ant. Auguſtinus
llud *non*, quod eſt ſecundo loco poſitum. Sic autem legen-
ſſe facile intelligent qui attente hunc locum conſiderabunt.
Id eſt inimiciſſimus mihi non fuit. nam particula *non* ite-
firmationem gignit. In hoc Pompeji benevolentiam captat,
nimum erga ſe, licet inimiciſſimum amico ſuo Gabinio,
ıam eſſe immutatum oſtendit. *P. Manut.*
Quàm illius auctoritati eam dedi veniam.] Hæc lectio profi-
t a Lambino & recepta fuit a Grutero, volentibus, ut
MSS. quos inſpexerunt. In iis ſane, quos ego evolvi, codi-
& quas inſpexi editionibus ante Lambinianam, omnes,
llius auctoritate eam dedi veniam. Interpretatur Manutius:
ctore poſteaquam Gabinio, qui me graviter Conſul læſe-
novi, ſed dum addendum fuiſſet in contextu Tulliano,
in interpretatione ſua Manutius addit, *Gabinio.* Præferen-
nino eſt lectio Lambini & Gruteri. *Veniam dare* hic non
oſcere, ſed facere quod quis ſuadet aut petit. *Illius aucto-*
am dedi veniam eſt, Pompejo hoc ſuadenti id dedi, quod
ıſit & rogavit feci. Cic. v. ad Attic. 21. *Scaptius me rurſus*
rogat ut rem ſibi relinquam, dedi veniam homini impudenter
III. ad Q. Fratrem epiſt. I. *In epiſtola tua prima eſt de Cle-*
Cæſarem lit:eris, in quo Cæſaris conſilium probo, quo tibi aman-
petenti veniam non dedit, ut ullum ad illam Furiam verbum
res. Grævius.
Tertio quoque verbo excitabantur.] *Excitabantur*, videndum.
nen infra: *poſſum excitare multos teſtes.* quid ſi? *citabantur.*
rem: *Teſtem totam Siciliam citabo.* Patricius. *Excitabantur*,
 hoc

excitabantur. [r] negabant pecuniam Gabinio datam. [ſ] recitabatur identidem Pompeji teſtimonium: regem ad ſe ſcripſiſſe, nullam pecuniam Gabinio, niſi in rem militarem, datam. Non eſt, inquit, [t] tum Alexandrinis teſtibus creditum. Quid? [69] poſtea creditum? non. quamobrem? quia nunc ajunt, quod tunc negabant.

35 Quid? ergo iſta conditio eſt teſtium, ut, quibus creditum non ſit negantibus, iisdem credatur dicentibus? At, ſi verum tum, cùm [v] veriſſima fronte dixerunt: nunc mentiuntur. ſi tunc mentiti ſunt: doceant [x] nos verum. [70] Quid vultis?

r negligebant *MS.*
ſ recitabant *MS.*
t cum *ed. pr.*
v ſeveriſſima *Gul.*
x nunc verum eſſe quod vultis, aut ſil. *MS.*

hoc eſt jubebantur ad teſtimonium dicendum ſurgere. Sueton. Calig. 38. *Cognoſcebat autem de talibus cauſſis, taxato prius ſumma modo, ad quem conficiendum conſideret, confecto demum excitabatur.* Octav. cap. 14. *Cum ſpectaculo ludorum gregarium in* XIV. *ordinibus ſedentem excitari per apparitorem juſſiſſet.* Sed & ſic Cicero alibi. *Gravius.*

69. *Poſtea creditum? non quamobrem?*] Pantagathus delet *non*, & recte, ut videtur. *Urſin.* *Quid? poſtea creditum? Non.*] Hic de mendo cur ſuſpicer duæ cauſſæ faciunt. una quod *creditum*, locum non habet: quia nondum legati teſtimonium dixerant in Poſtumum. ac ne in judicium quidem, ut arbitror, venerant. nam ſupra: *Aderunt teſtes, legati Alexandrini.* infra vero: *Nec mihi longius quidquam eſt, judices, quam videre hominum vultus.* Altera cauſſa eſt, quòd particula *non* referri ad accuſatorem nulla ratione poteſt: qui cum accuſaret Poſtumum, affirmabat potius quàm negabat credendum eſſe legatis in Poſtumum dicentibus. Quare ſuffragante, ut opinor, ſententiâ, diſtinguerem ac legerem hoc modo. *Quid poſtea?* (ſubaudi, fore putas) *credetur nunc.* ſubjungitur autem ratio ex perſona accuſatoris: *quia nunc ajunt quod tum negabant.* Neceſſe eſt enim credi vel negantibus, vel affirmantibus. negantibus in Gabinii judicio creditum non eſt; itaque judices eum damnarunt: affirmantibus igitur contra Poſtumum creditur. Hic Cicero ducit argumentum a teſtium inconſtantia. *P. Manut.*

70. *Quid vultis? ſileant, dicere audiebamus.*] Ita eſt in vulgatis, & male omnino. Pantagathus, *Quid vultis? ſileant, dicant, audiebamus &c.* paullo poſt. *Omnia denique ab his nummorum argumenta nata ſunt:* pro *nummorum*, verbo manifeſte corrupto, *mimorum* edidit Lambinus. quam lectionem ſequor eo libentius, quòd in veteribus quoque editionibus invenitur. Amicus quidam meus, conjecturâ ductus, fortaſſe non male, *venenorum*, pro *nummorum*, legendum eſſe exiſtimat, quod Αἰγύπτια φάρμακα, & Αἰγυπτιςὶ Græcum proverbium celebre ſit. *Urſin.* Francii liber non abit ab editis. At in edit. prima legitur, ut ex Memmiano conjicit Lambinus: *Quid multa? ſileant.* quod mihi convenientius eſſe huic loco videtur. Poſt hæc nimis multa contra libros omnes infarcit Lambinus. Poterint hæc lenius curari, ſi legas: *Quid mul-*

ta?

s? ſileant. 71 dicere audiebamus Alexandriam, nunc ognoſcimus. illinc omnes præſtigiæ: illinc, inquam, omnes fallaciæ: omnia denique ab his y mimorum argumenta nata ſunt. nec mihi longius quidquam eſt, judices, quàm videre hominum vultus. *y alii numerorum MS. minorum.*

XIII. DIXERUNT hîc modò nobiscum 73 ad hæc 36 bſellia, quibus ſuperciliis renuentes huic decem millium imini? jam noſtis inſulſitatem Græcorum. 74 humeris ge-

? *ſileant aut dicant.* ſc. verum, ex præcedentibus: *Audiebamus lexandriam &c.* Græv.

71. *Dicere audiebamus Alexandriam &c.*] Explicat Turnebus d. p. 23. *Grut.* Edd. quæd. *de Alexandria.*

72. *Omnes fallaciæ.*] Quod ſpectat ad Ægyptiorum fraudes & llacias, eos Theocritus è fallaciis concinnatos appellat Eidylo XV.

—— ὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλεῖται τὸ ἰόντα, παρέρπων Αἰγυπτιςί·
Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον
Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.
—— *Nemo trucidat*
Latro viatorem ſubiens de more Canopi:
Ut prius è pura conflati fraude ſolebant
Ludere rixantes mala ludicra, ſemper iidem
Inter ſe ſimiles. —— Athen. lib. 1.

e his Seneca Ep. 51. *Voluptates præcipuè ex turba & inviſiſſimas ibe, latronum more quos philetas Ægyptii vocant: in hoc nos amplentur, ut ſtrangulent.* atque hoc eſt παρέρπειν Αἰγυπτιςί. *Abram.*

73. *Ad hæc ſubſellia.*] Ante vos judices erant ſubſellia judiım, accuſatorum, defenſorum. Subſellia Pedianus, non majoı, ſed minora tantum judicia exercentium fuiſſe, non recte, t arbitror, exiſtimat. judicium enim Poſtumi certe inter minoa non eſt: & ſubſellia tamen judicum appellantur. *P. Manut.*

74. *Humeris geſtum agebant.*] De hoc geſtu multa eleganter noer Ludovicus Creſolius libro II. Vacationum Autumnalium . 13. Quem geſtum Gregorius II. in Julianum ita reprehendit: ὐδαμὸς ἐδόκει μοι σημεῖον εἶναι χρηςῦ, αὐχὴν ἀπαγὴς, ὦμοι παλλόμενοι, καὶ ἀνασηκούμενοι. *Nullius boni mihi ſignum videbatur eſſe col- mobile, humeri ſubſultim micantes, & quaſi in fornicem curvati.* Demoſthenes apud Libanium a Creſolio laudatum ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν. *Movere humerum indecore conſueverat.* Eam maulam vir generoſæ mentis & laborioſæ ferro & contentione xuſſit. Nam acutum è lacunari gladium ſuſpendit ſic humeris mminentem, ut, ſi quando ſeſe ultra quàm par eſſet commoveet, acie vulneraretur, quo fiebat ut vulneris reformidatione ſe a ſtatu quodam honeſto contineret. Theodoretus Serm. VII. de rovid. *Ut viderunt divitem ſummis pedum digitis incedere, leoninum ieri,* τοὺς κάκεῖσε τοὺς ὤμους περιφέροντα, *hinc inde humeros circumrre,* Fabius lib. XI. cap. 3. *Humerorum raro decens allevatio atque*

 con-

gestum agebant. tum temporis, credo, cauſa: nunc ſcilicet tempus nullum eſt. Ubi ſemel quis [z] pejeraverit, ei credi poſteà, etiam ſi per plures deos juret, non oportet: præſertim, judices, cùm in his judiciis ne locus quidem novo teſti ſoleat eſſe: ob eamque cauſam iidem judices retineantur, qui [a] fuerint de reo: ut his nota ſint omnia, neque quid fingi novi poſſit.

[z] dejeraverit *aut* pejeravit, *aut* erraverit *alii.* P. B.

[a] ſederint *MS.*

37 Lites, [b] QUO EA PECUNIA PERVENERIT, non ſuis propriis judiciis, ſed in reum factis condemnari ſolent. Itaque ſi aut prædes dediſſet Gabinius, aut tantum ex ejus bonis, [75] quanta ſumma litium fuiſſet, populus recepiſſet: quamvis magna ad Poſtumum ab eo pecunia perveniſſet, non redigeretur: [76] ut intelligi facilè poſſit, quòd ex ea pecunia [c] ad quem eorum, qui damnatus eſt, [d] perveniſſe in illo primo judicio planum factum ſit, id hoc

[b] enim QUO *MS.*

[c] quæ ad *ed. vet.*

[d] perveniſſet *ed. pr.*

contractio eſt. Breviatur enim cervix, & geſtum quemdam humilem atque ſervilem & quaſi fraudulentum facit, cum ſe in habitum adulationis, admirationis, metûs fingunt. Abram.

75. *Quanta ſumma litium fuiſſet, populus recepiſſet.*] Cujacius d. l. legendum ducit *fuiſſet, pecunia redegiſſet.* & mox, ubi habemus, *pecunia ad quem eorum qui damnatus eſt perveniſſe &c.* reſcribit ejus loco, *pecuniam quam ceperit is qui damnatus &c.* ſed mſſ. noſtri nihil recedunt de ſcriptura vulgata. *Grut.*

76. *Ut intelligi facile poſſit, quod ex ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus eſt, ad quemquam perveniſſe in illo primo judicio planum factum ſit, in hoc genere judicii redigi ſolere.*] Ita hunc locum legit Pantagathus. alii tamen aliter emendarunt. *Urſinus.* Hunc locum male affectum eſſe non tantum oſtendit ſententia & hæſitatio doctorum virorum, uti vides, ſed & antiquorum librorum varietas. Franc. MS. & editio Mediolanenſis: *Quod ex ea pecunia, qua ad quem eorum, qui damnatus eſt, perveniſſe ad aliquem in illo primo judicio planum factum ſit.* Editio prima: *Quod ex ea pecunia, qua ad aliquem eorum, qui damnatus eſt, perveniſſet ad aliquem nullo præmio judicio planum factum ſit.* Legendum cenſeo, ſecutus veſtigia veterum librorum: *Quod ex ea pecunia, qua ad aliquem comitum ejus, qui damnatus eſt, perveniſſet, in illo primo judicio planum factum ſit.* Quis ignorat comites Proconſulum & Proprætorum dici, qui erant in cohorte prætoria, qui & eorum contubernales appellabantur? Ex *comitum*, quod vocabulum ſcriptoribus poſteriorum ſeculorum in hac notione erat minus tritum & notum, facile potuit *eorum* naſci. Aut hanc vocem, aut ſimilem, eſſe pro *eorum* ſubſtituendam ipſa clamat ſententia. Nam damnabantur repetundarum ipſi magiſtratus provinciales, ſi vero quid ex illa pecunia perveniſſet ad aliquem eorum, qui in illorum comitatu erat & in illo judicio, in quo damnabatur Proconſul, id probatum eſſet, redigebatur ex illius comitis bonis ea, quæ ad illum pervenerat, pecunia. *Græv.*

77. Du-

hoc genere judicii redigi [e] ſolere. Nunc verò quid agitur? *e ſoleret MS.*
ubi terrarum ſumus? quid tam inſolens, tam perverſum
præpoſterumve dici aut excogitari poteſt? Accuſatur is, 38
qui non abſtulit à rege, ſicut Gabinius judicatus eſt: ſed
qui maximam regi pecuniam credidit. Ergo is Gabinio
dedit, qui non huic reddidit. Jam [f] cedò, cùm is, qui *f accedo edd. vett.*
pecuniam Poſtumo debuit, non huic, ſed Gabinio dederit:
condemnato Gabinio, [g] utrùm illi eam pecuniam reddidit,
an etiam nunc debet? *g ſequentia in MSS. & edd. variant.*

XIV. AT HABET & celat. ſunt enim qui ita loquantur. Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis & gloriæ? Si nihil habuiſſet umquam, tamen, ſi quæſiſſet, cur is diſſimularet habere cauſa non eſſet. qui verò duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet, remque præterea bonis & honeſtis rationibus auxiſſet: quid eſſet tandem cauſæ,
cur exiſtimari vellet nihil habere? An, cùm credebat in- 39
ductus uſuris, id agebat, ut haberet quàm plurimum: poſteaquam exegit quod crediderat: ut exiſtimaretur egere, novum genus hoc gloriæ concupiſcit? Dominatus eſt enim, inquit, Alexandriæ. Immò verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit: pertulit ipſe cuſtodiam: vidit in vinculis fa-
miliares ſuos: mors ob oculos ſæpe verſata eſt: nudus P. CXXIX.
atque egens ad extremum fugit è regno.

At permutata [h] aliunde pecunia eſt: 77 ductæ naves 40
Poſtumi Puteolis ſunt: auditæ viſæque merces. 78 Fallaces *h aliquando alii.*
qui-

77. *Ductæ naves Poſtumi Puteolis ſunt: auditæ viſæque merces.*] *Auditæ merces.* quî fieri potuit? diſtinguerem: *Ductæ naves Poſtumi, Puteolis ſunt auditæ viſæque merces, &c.* auditæ ſunt, inquit, Puteolis naves, quæ ducebantur. vel diſtingue, *Ductæ naves Puteolis ſunt auditæ viſæque: merces fallaces quidem & fucoſæ, &c.* Turnebus ut nos prius. Lambinus, *actæ naves Poſtumi.* Patricius, Franc. MS. & ed. prima: *Dictæ naves Poſtumi Puteolis ſunt auditæ, viſæque merces.* Sed nec navium antea mentio facta eſt, nec, quod in vulgatis eſt, *ductæ naves*, quid Latinis ſit novi. Scio rectè dici *ſubducere naves* ac *deducere*, de ſolo autem imperatore, qui claſſi præeſt, poſſe dici illum *duxiſſe naves*, ut dicitur *dux claſſis.* Quid ſi ex ultimis ſyllabis vocis præcedentis *pecunia* & τὸ *eſt* natum ſit *ductæ*, aut, ut alii libri, *dictæ*, & illo expuncto leges diſtinctione MS. & editionis primæ retenta: *Naves Poſtumi Puteolis ſunt auditæ, viſæque merces.* Auditum eſt naves Poſtumi Puteolis eſſe, & poſtea viſæ ſunt quoque merces, quas naves Alexandrinæ attulerant Puteolos, ubi ſolebat cataplus Alexandrina appelli, ut docuit Caſaubonus ad Octav. Auguſti cap. 98. *Græv.*

78. *Fallaces quidem & fucoſæ.*] Id eſt, quæ longe aliud erant

ac

quidem & fucoſæ, [79] chartis, & linteis, & vitro [i] delatæ: quibus cum multæ naves refertæ fuiſſent, [80] una non patuit parva. [81] Cataplus ille Puteolanus, ſermo illius temporis vectorumque curſus atque oſtentatio, tum ſubinviſum apud malevolos Poſtumi nomen propter opinionem pecuniæ neſcio quam, æſtatem unam, [k] non plures, aures referſit iſtis ſermonibus.

i celatæ *MS. Lamb.*

k complures *alii.* non pluribus *ed. pr. & MS.*

41 XV. VERUM autem, judices, ſi ſcire vultis: niſi C. Cæſaris ſumma in omnes, incredibilis in hunc eadem libera-

ac præ ſe ferebant. Obductæ namque & opertæ fuerant chartis, vitro & linteis, quæ tria ſunt mercium genera, quæ Alexandria Romam vehebantur. quemadmodum ſcribit Plin. lib. XIII. cap. 11. & lib. XXXVI. cap. 26. Latebant autem ſub iis mercibus aliæ precioſæ, in quibus erat & pars aliqua pecuniæ. *Hotom.*

79. *Chartis.*] Chartarum mentio ſatis oſtendit, Alexandrinas fuiſſe merces illas. nam Alexandriæ chartæ tum fiebant ex junco papyro, & paluſtribus Ægypti, vel quieſcentibus Nili aquis, ubi evagatæ ſtagnarent. Plinius lib. XIII. c. 12. *P. Manut.*

80. *Una non patuerit parva. Cataplus ille Puteolanus &c.*] Emendatio ferè eſt à Turnebo & libris; interpunctio eſt à Lambino; qui tamen vix aſſecutus videtur mentem auctoris. *Cataplus* enim notat claſſem Alexandrinam. *Grut.*

81. *Cataplus ille Puteolanus.*] Sic ſcriptum reperi in uno codice Memmiano: quomodo tamen Adr. Turnebus ex alia antiqua ſcriptura aliquantum depravata legendum conjecerat: quæ talis eſt, *atata plus ille*, tanta eſt hominis εὐστοχία. Nam vulgata lectio, quæ in nonnullis editionibus reperitur, *parva artata, Quid amplius? ille Puteolanus, &c.* depravata eſt: & item illa, quæ tamen propius abeſt ab integra & recta, *parva, artata. Plus ille Puteolanus ſermo, &c.* Nam quis non videt, ex, *Cataplus ille*, factum eſſe, *artata. Plus ille, &c.* deinde, ut ſolent amplificari mala, hominum indoctorum manibus tractata, atque adeo contaminata, ex, *artata. Plus ille, &c.* conflatum eſt, *artata. Quid amplius? ille Puteolanus ſermo, &c.* Porro, *Cataplus*, vox Græca eſt, quæ ſignificat navigationem, ſeu, ſi dicere liceat, denavigationem ad portum: ut anagoge, provectionem navis in altum. Sed quorſum hæc? quaſi, qui Ciceronem legunt, non debeant linguam Græcam callere: ii præſertim, qui litteras Latinas profitentur. nam hominibus in rep. occupatis ignoſco, ſi hanc linguam perdiſcere non potuerunt. Sed neque ludimagiſtris iſtis, qui Ciceronem, & Virgil. & Horat. & ſimiles: neque Sophiſtis, qui Ariſtotelem & Græcos ſcriptores ſine linguæ Græcæ ſcientia tractant, ignoſcere ullo modo poſſum. Idem liber habet, *æſtatem unam, non plureis, &c.* certe, ne mentiar, *non pluribus.* Lambinus. Quæ huc pertinent plura ſi cupis adi Caſaubonum ad Sueton. Auguſt. c. XCVII. & Spanhemium meum Tomo I. De Præſt. & Uſu Numiſm. p. 615. *Verburg.*

82. In

beralitas exſtitiſſet, nos hunc Poſtumum jam pridem [82] in foro non haberemus. ille onera multorum hujus amicorum excepit unus: [83] quæque multi homines neceſſarii ſecundis Poſtumi rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc ejus afflictis fortunis univerſa ſuſtinet. Umbram equitis Romani & imaginem videtis, judices, unius amici conſervatam auxilio & fide. nihil huic eripi poteſt præter hoc ſimulacrum priſtinæ dignitatis, quod Cæſar ſolus tuetur & ſuſtinet: quæ quidem in miſerrimis rebus, huic tamen tribuenda eſt maxima. niſi verò hoc mediocri virtute l effici poteſt, ut tantus ille vir tanti ducat hunc; & l efficit MS.
afflictum præſertim, & abſentem, & in tanta fortuna ſua, ut aliena reſpicere magnum ſit; tanta oppugnatione maximarum rerum, quas gerit atque geſſit, ut vel oblivisci aliorum non ſit mirum, vel, ſi meminerit, oblitum m effet MS.
m eſſe facilè poſſit probare.

42 Multas equidem C. Cæſaris virtutes, magnas incredibileſque cognovi. ſed ſunt ceteræ majoribus quaſi theatris propoſitæ [84] & pænè populares: caſtris locum capere, exer-

82. *In foro non haberemus.*] His verbis intelligi voluit Orator minutum eſſe C. Rabirii cenſum, qui quadringentorum ſeſtertiûm eſſe debebat, utpote equitis Romani. Tanta, inquit, illius paupertas eſſet, niſi C. Cæſaris liberalitate juvaretur, ut annulum aureum tueri non poſſet, & in forum una cum ſui ordinis equitibus ingredi. Id quod extrema oratione clarius exponit: *Atque in hoc foro veſtigium facere liceat, quod ipſum fortuna eripuerat, niſi unius amici opes ſubveniſſent.* Hotom.

83. *Quaque multi homines neceſſarii ſecundis Poſtumi rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc ejus afflictis fortunis univerſa ſuſtinet.*] Mallem fere, *quaque multi homines, ejus neceſſarii, ſecundis Poſtumi rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc ejus afflictis fortunis unus univerſa ſuſtinet.* vel ſic, *quaque multi, hominis neceſſarii* (ut ſit *hominis* genitivus ſingularis, *neceſſarii* nominativus pluralis. *hominis* autem intelligerem Poſtumi) *ſecundis Poſtumi rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc is* (*is* autem intelligerem Cæſar) *ejus afflictis fortunis univerſa ſuſtinet.* vel, *nunc unus afflictis fortunis univerſa ſuſtinet.* Sic ſtatim: *unius amici conſervatum auxilio.* & mox: *quod Caſar ſolus tuetur ac ſuſtinet. Deſcripta* autem intelligo diſtributa, ut opponatur ei, quod ſequitur, *univerſa.* quæ inquit ſeparatim hic vel ille tuebatur, ea nunc omnia ſolus Cæſar tuetur. Ejusmodi ſane deſcripti ſignificatio in illo expreſſa exſtat, quod eſt in ea in Catilinam: *Urbem, quemadmodum deſcriptum diſtributumque erat, incenderent.* Patricius.

84. *Et pane populares.*] Legerem ſi videretur: *hac pæne popularis.* finita periodo. quale eſt illud alterum, incipiens periodum paulo inferius. Sic: *hac mira laus eſt.* Dicit autem, *hac pæne popularis.* ut illis quidem virtutibus majorum theatrorum, de quibus modo lo-

exercitum inſtruere, expugnare urbes, aciem hoſtium profligare: hanc vim frigorum hiememque, quam nos vix hujus urbis tectis ſuſtinemus, excipere: his ipſis diebus hoſtem perſequi, tum, cùm etiam feræ latibulis ſe tegant, atque omnia bella jure gentium conquieſcant. ſunt ea quidem magna: quis negat? ſed magnis excitata ſunt præmiis ad memoriam hominum ſempiternam. quo minùs admirandum eſt, eum facere illa, qui immortalitatem [n] concupiverit.

P. B.

n concupiverat *MS.*

43 XVI. [85] HÆC MIRA laus eſt, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, ſed prudentium judicio expenditur. Equitem Romanum, veterem amicum ſuum, ſtudioſum, amantem, obſervantem ſui, non libidine, non turpibus impenſis cupiditatum atque jacturis, ſed experientiâ patrimonii amplifican-

locutus eſt, hanc quaſi popularem opponat, & utraſque in contentionem veluti quandam deducat. Popularia enim non videntur eſſe majoribus, ut hic loquitur, theatris propoſita, ſed potius oppoſita. Sicut ſæpe alibi populare gravitati & ceteris ejuſmodi rebus opponitur. Dicit autem, *hæc*, virtutem illam indicans, quam modo deſignavit, cum dixit, univerſas fortunas Poſtumi, afflicti hominis & abſentis, ab uno Cæſare in tanta maximarum rerum occupatione peramanter ſuſtineri. Hanc igitur virtutem indicat, quam etiam ipſam paulo poſt deſcribit, ab illo loco: *hæc mira laus eſt, &c.* quæ quidem virtus, ut dicam breviter, humanitatis tota eſt, & ut ipſe ſtatim appellabit, liberalitas in ſuos & omnino bonitatis. *Patricius.*

85. *Hæc mira laus eſt.*] Cæſaris ſcilicet. interpretor autem primum ſecundum vulgatam lectionem: tum deinde ad lectionem a me conſtituendam deveniam. Non eſt, inquit, admirandum, ſi Cæſar, incenſus amore immortalitatis, eas virtutes ſequitur, quæ magnæ ſunt illæ quidem & populares, verum etiam magna præmia habent propoſita ad nominis immortalitatem: ut caſtris locum capere, &c. Illa non tam popularis quàm mira quædam Cæſaris laus eſt, quod equitem Rom. veterem amicum ſuum, corruere non patitur, in tantis difficultatibus fortunarum ipſius. hæc ad vulgatam lectionem. ad noſtram quod attinet, cetera eodem fere modo, reliqua ſic. Aliæ quidem virtutes Cæſaris, inquit, magnæ ſunt & majoribus theatris digniſſimæ, ſed ut magnæ ſunt, ita magnis etiam eliciuntur præmiis. Hæc laus, de qua loquor, quod Cæſar Poſtumum afflictum non deſerat, eſt illa quidem in Cæſare, ut modo dixi, popularis, ſed hoc ipſo admirabilis eſt, quòd neque poëtarum carminibus, nec annalium monumentis invitata, ſingulari tamen bonorum & prudentium virorum judicio colitur & affectatur. quæ laus inquies? quod videlicet equitem Rom. a fortuna afflictum, cadere non ſinit. Pro *mira* autem quid ſi legas *vera*, vel *rara*? Idem.

86. Nec

candi, labentem excepit, corruere non o ſivit, fulſit & o finit *MS.*
ſuſtinuit re, fortuna, fide: hodieque ſuſtinet: nec ami-
cum p pendentem corruere patitur: nec illius animi aciem p pruden-
perſtringit ſplendor ſui nominis, [86] nec mentis quaſi lumi- tem *MS.*
nibus officit altitudo fortunæ & gloriæ.

Sint ſanè illa magna, quæ re vera magna ſunt. de ju- 44
dicio animi mei, ut volet, quiſque ſentiat. ego enim
hanc in tantis opibus, tanta fortuna, liberalitatem in ſuos,
memoriam amicitiæ, reliquis virtutibus q omnibus ante- q omnib.
pono. Quam quidem vos, judices, in novo genere bo- *deeſt in MS.*
nitatem inuſitatam claris ac præpotentibus viris non
modò non aſpernari ac refutare, ſed complecti etiam
& augere debetis: & eo magis, quòd videtis, hos quaſi
ſumptos dies ad labefactandum illius dignitatem: ex qua
r illi nihil detrahi poteſt, quod non aut fortiter ferat, aut r nihil ei
facilè reſtituat. amiciſſimum hominem ſi honeſtate ſpolia- *MS.*
tum audierit; nec ſine magno dolore feret, nec id ami- ſ poſſe non
ſerit, quod ſ poſſe ſperet recuperari. Satis multa homini- ſp. *MS.* 45
bus non iniquis hæc eſſe debent: nimis etiam multa vo-
bis, quos æquiſſimos eſſe confidimus.

XVII. SED, UT omnium vel ſuſpicioni, vel malevo- P. CXXX.
lentiæ, vel crudelitati ſatisfiat, occultat pecuniam Poſtu-
mus, latent regiæ divitiæ. t Ecquis eſt ex tanto populo, t Et quis
qui bona C. Rabirii Poſtumi [87] nummo ſeſtertio ſibi ad- *MS.*
dici velit? Sed, miſerum me! quanto hæc dixi cum do-
lore? hem, Poſtume, tune es [88] Curii filius, C. Rabirii
ju-

86. *Nec mentis quaſi luminibus.*] Translatio ab iis, quarum altitudo lumini officit inferiorum ædium. Proprie lib. II. Offic. *Demoliri ædes juſſus eſt, quarum altitudo officeret auſpiciis.* Translate in Bruto: *Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio.* Non impedit, inquit, ſumma Cæſaris fortuna & gloria, quo minus ea, quæ debet, mens illius cernat atque proſpiciat. *P. Manut.*

87. *Nummo ſeſtertio ſibi addici velit.*] Qui ea velit emere vel minimâ pecuniâ, minimo pretio? Sic enim veteres loquebantur. Epitome Liviana lib. LV. *Seſtertio nummo veniit.* Pedianus etiam bona Milonis, propter æris alieni magnitudinem, veniiſſe ait ſemunciâ: id eſt minimo: nam ſemuncia eſt vigeſima quarta pars aſſis. Et Valerius Max. lib. V. c. 2. in funere Hirtii & Panſæ ait eos, qui libitinam exercebant, petiiſſe, ut exſequiarum apparatus ſeſtertio nummo ipſis præbentibus addiceretur. Vitruvius quóque, ubi de Salapia loquitur: *Areas diviſit, nummoque ſeſtertio ſingulis municipibus mancipio dedit.* Idem.

88. *Curius filius.*] Supra: *Fuit enim pueris nobis hujus pater C. Curius.*

judicio & voluntate filius, naturâ ſororis filius? tune ille in omnes tuos liberalis? cujus multos bonitas locupletavit? qui nihil profudiſti? nihil ullam in libidinem contuliſti? tua, Poſtume, nummo ſeſtertio à me addicuntur?

46 O meum miſerum acerbumque præconium! At hoc etiam optat miſer, ut condemnetur à vobis: ita bona veneant, ut ſolidum ſuum cuique ſolvatur. nihil jam aliud niſi fidem curat: nec vos huic, ſi jam oblviſci veſtræ manſuetudinis volueritis, quidquam præterea poteſtis eripere. quod, judices, ne faciatis oro obteſtorque vos, atque eo magis, ſi adventicia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. nam in eum, cui miſericordia opitulari v debeat, invidia quæſita eſt.

v debebat
patric.

47 Sed jam, quoniam, ut ſpero, fidem, quam potui, tibi præſtiti, Poſtume, reddam etiam lacrymas, quas debeo. quas quidem ego tuas in meo caſu plurimas vidi. verſatur ante oculos luctuoſa x nox meis omnibus, cùm tu totum te cum tuis copiis ad me detuliſti. tu comitibus, tu præſidio, tu etiam tanto pondere auri, quantum tempus illud poſtulabat, diſceſſum illum ſuſtentaſti: tu numquam meis, me abſente, liberis, numquam conjugi meæ defuiſti. 89 Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalita-

x vox MS.

ta-

rius. Turnebus & Lamb. utrobique non *Curium*, ſed *Curtium*, legendum eſſe contendunt, ſed ſuam conjecturam nullius ſcriptoris auctoritate confirmant. Pro C. Rabirio perduellionis reo: *Propinquus C. Rabirii judicio clariſſimo C. Curtius pro virtute ſua eſt honeſtiſſime liberatus, &c. An de ſororis filio diligentius reſpondendum eſt? quem ab hoc necatum eſſe dixiſti, cum ad judicii moram familiaris funeris excuſatio quæreretur? Quid enim eſt tam veriſimile quàm chariorem huic ſororis maritum quàm ſororis filium fuiſſe? atque ita chariorem, ut alter vita crudeliſſime privaretur, cum alteri prolatio judicii in biduum quæreretur?* E quibus tria habes ad hunc locum ſpectantia. unum legendum *C. Curtii*, alterum Poſtumi matrem, C. Curtii uxorem, ſororem fuiſſe C. illius Rabirii, qui perduellionis accuſatus & a Cicerone defenſus eſt. Tertium, orbus fuit C. Rabirius, & Poſtumum, ut ſuæ ſolitudini ſubveniret, adoptavit. indicatur ejus orbitas eadem oratione III. *Unius hominis ſenectus, infirmitas ſolitudoque tentata eſt.* Videtur autem hic fuiſſe quem lib. IX. ad Atticum epiſtol. 2. Poſtumum Curtium appellat: *Poſtumus Curtius venit nihil niſi claſſes loquens & exercitus.* Muretus tamen XVII. Variar. c. 5. *Curium* legendum eſſe contendit. *Abram.*

89. *Poſſum excitare multos reductos teſtes.*] *Relictos* fortaſſe melius legeretur, pro *reductos*, ſi antiqui alicujus libri confirmaret auctoritas. *Urſin.*

tatis tuæ: quod ſæpe audivi patri tuo, qui id feciſſet, magno adjumento in judicio capitis fuiſſe.

Sed jam omnia timeo: bonitatis ipſius invidiam refor- 48
mido. jam indicat tot hominum fletus, quàm ſis carus tuis: & me dolor debilitat includitque vocem. Vos obſecro, judices, ut huic optimo viro, quo nemo melior P. B.
umquam fuit, nomen equitis Romani, & uſuram hujus lucis, & y veſtrum conſpectum ne eripiatis. Hic vos aliud y noſtrum MS.
nihil orat, niſi ut rectis oculis hanc urbem ſibi intueri atque in hoc foro veſtigium facere liceat: quod ipſum fortuna eripuerat, niſi unius amici opes ſubveniſſent.

M. TULLII CICERONIS P. CXXXI.

PRO

M. MARCELLO,

ORATIO TERTIA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

M. Claudius Marcellus, plebeji generis (nam & Claudii, Pulchrorum Neronumque cognomine, patricii fuere) nobilis tamen ex majoribus & ſua virtute clarus, geſto conſulatu cum Ser. Sulpicio Rufo, juriſconſulto celeberrimo, civili bello Pompejum ſecutus eſt, victusque Pharſalicâ pugnâ, neque cum iis, qui bellum in Africa renovandum putarunt, ſua conſilia conjunxit, neque ad Cæſarem victorem, impetranda venia cauſſâ, ſupplex ire voluit: Mitylenas, urbem a bello & a belli ſuſpicione remotam, ſe contulit: ibi ſatis diu, nullo revertendi in patriam ſtudio, commoratus, cum in publica calamitate conſcientia ſe mentis optima conſolaretur, & in litteris viveret, reditum ei ſenatus a Cæſare impetravit, quo beneficio gratiæ ſunt a multis actæ: Cicero autem, Marcelli amantiſſimus, luculenta, quæ exſtat, oratione & gratias egit, & ita Cæſarem laudavit, ut accedere nihil poſſet. Hic de Marcelli ſumma eloquentia, quia non pertinet ad orationis argumentum, nihil addam. illud omittendum non videtur, cum in patriam rediret, a P. Magio Chilone, familiari ſuo, interfectum eſſe. de quo Sulpicii ad Ciceronem exſtat epiſtola. Et quamquam propter Marcellum habita oratio ſit, ad conciliandam tamen & colligendam Cæſaris benevolentiam digreditur Cicero in eam partem, ut de querella ejus & de ſuſpicione, qui ſe inſidias metuere dixerat, accurate diſputet: ac primum, non eſſe timendum, oſtendat; cum nemo tam ingratus tamque in-

injuſtus eſſe poſſit, qui, cujus in anima reſp. conſiſtit, & a cujus vita omnium vita pendet, eum exſtinctum velit: deinde & ſuo, & reipublica nomine hortetur atque obſecret, ut ſua vita conſulat: poſtremo non excubias modo cuſtodiasque bonorum civium pro ſalute illius, verum etiam laterum & corporum oppoſitus contra vim polliceatur. Habita eſt, Cæſare III. & M. Lepido Coſſ. victis jam iterum in Africa cum Juba rege Pompejanis. P. Manut. [Habita A. V. C. DCCVII.]

I. I. (*a*) DIUTURNI ſilentii, patres conſcripti, quo eram (*b*) his temporibus uſus, (*c*) non timore aliquo, ſed

SCHOLIASTES.

INCIPIT PRO M. MARCELLO.

(*a*) D*iuturni ſilentii, P. C.*] Bellis civibus (l. civilibus) Cicero tacuit. nec enim locus eſſe poterat inter bella Ciceroni. Data eſt indulgentia Ciceroni. reverſus eſt orator Marcellus, de quo Lucanus ait. Marcellusque loquax. Hic maxime ſuaſerat bella civilia contra Cæſarem. unde acerrimus in eum adverſarius Cæſar fuit. victis partibus conſcius ſuaſionis ſuæ, quia ipſe bella ſuaſerat, Athenas diſceſſerat. illic fuit mutans (f. multans) temeritatem ſuam exilio voluntario. reverſus eſt Cæſar. ingreſſus eſt frater Marcelli Gajus Marcellus. tenuit genua Cæſaris. miſerere inquit: da indulgentiam fratri. ſecutæ ſunt lacrimæ totius ordinis. Duabus in rebus impellimur ad expugnandos inimicos, aut ex ſuperiore injuria, aut futuro metu. Cæſar utrumque ante oculos poſuit. & fecit quaſi ſiſtentem Marcellum. Marcelle hoc contra me feciſti. de ſuperiore injuria illud feciſti. deinde audio mihi parari inſidias ab his, quos ſervavi. tamen, quoniam hoc ampliſſimus ordo poſtulat, ignoſco. Ideo dixit Cicero. *Tuis vel doloribus vel ſuſpicionibus anteferre.* Tamen, quia ſeparatus (f. ſenatus) hoc vult, ignoſco. Hac gratulatione Cicero ſurrexit & gratias egit. Plerique ſtatum dederunt in hac oratione venialem. cum in iſta oratione nullus ſtatus ſit. Gratiarum actio eſt. Si necdum dediſſet indulgentiam. videretur ſtatus venialis in gratulatione tantum Marcelli. qui putant errant ſurrexiſſe Tullium. Vidit Cæſarem ignoſcere. multis enim petenda venia fuerat. Provocat illum ad genus laudis in extrema parte orationis. Utitur quaſi ſtatu conjecturæ, quia dicebat, inſidias mihi faciunt ut me occidant. ſive ut purget ceteros, ne pœniteat ignoſcere Cæſarem, ſive ut Cæſarem cautum faceret. Bellis ergo civilibus oratione non fuerat uſus. & poſt bella tamen tacuerat. Hæc prima vox fuerat diuturni ſilentii. Plerique putant figuratam eſſe iſtam orationem, & ſic exponunt, quaſi plus vituperationis habeat quàm laudis. Hoc nec temporibus convenit nec Cæſari. nam & tempus tale eſt, ut vera laude Cæſar inducatur ad clementiam; & Cæſar orator eſt, qui non poſſit falli.

(*a*) *Diuturni ſilentii.*] Volunt exponere.

(*b*) *His temporibus.*] Quia accuſavit tempora. Non intelligunt, ſenſit orator. & ne figura ſit.

(*c*) *Non timore aliquo.*] Modo occurrit. ne vel in ſuſpicionem caderet accuſaret (f. accuſare) tempora.

Par-

ſed (*d*) partim dolore, (*e*) partim verecundiâ, finem hodiernus dies attulit: idemque initium, (*f*) quæ vellem quæque ſentirem, meo priſtino more dicendi. [a] Tantam enim manſuetudinem, tam inuſitatam inauditamque clementiam, (*g*) tantum in ſumma poteſtate rerum omnium modum, tam denique incredibilem ſapientiam (*h*) ac pænè divinam tacitus nullo modo præterire poſſum.

a *Grut.* Tandem. *male*.

M. enim Marcello [b] vobis, patres conſcripti, reique publicæ reddito, non ſolùm illius, ſed meam etiam vocem & auctoritatem, & [c] vobis, & reipublicæ conſervatam ac reſtitutam puto. [2] Dolebam enim, patres conſcripti, & vehementer angebar, [3] cùm viderem, virum ta-

b nobis *MS.*
c nobis *MS.*

SCHOLIASTES.

(*d*) *Partim dolore.*] Quia deſiderabam Marcellum.

(*e*) *Partim verecundia.*] Quia non audebam apud te loqui, contra quem arma ſumpſeram.

(*f*) *Quæ vellem quæque ſentirem.*] Ecce jam plena libertas.

(*g*) *Tantum in ſumma poteſtate.*] Cui licet (f. cui non licet) peccare innocentiæ non eſt laus. numquid laudo te, quia homicidium non facis. ſi enim feceris damnaris. ergo non peccas, ſi vel innocentia, vel timore. ut imperator laudandus eſt, cui licet & non facit. ſi & copioſa (f. copia) ſit & tamen modus ſit.

(*h*) *Ac pene divinam.*] Non hoc ſine cauſa dicit. nam conſtat Cæſarem ſe jactare divina origine a Venere eſſe natum. unde & deus (f. divus) poſtea appellatus eſt; nam & alio loco ait. ſemper. . . * * * * * * * * * *

---

1. *Diuturni ſilentii, P. C. quo.*] Hotomanus lib. IV. Obſervat. cap. 3. reponendum putat *C. C. quo*, hoc eſt, *Cai Cæſar*. ſed mſſ. Pall. octo, decem, ſtant pro vulgata, tam heic quàm infra. & probo. neque aliter ſtet eadem repetitio infrà initio capitis quinti. *Gruter.*

2. *Dolebam enim, P. C. ac vehementer angebar, virum talem.*] Ita Faërnus, qui verba illa, *cùm viderem*, ut ſupervacanea tollebat. paullo etiam poſt totum hoc delebat, *Nec mihi perſuadere poteram*, & infra legebat, *Cum M. Marcellum ſenatui reique publicæ conceſſiſti commemoratis præſertim offenſionibus, &c.* F. Urſin. Sane *cum viderem* non eſt in Erfurtenſis libri contextu, ſed ſcriptum ſuper hunc verſum, eadem tamen manu, ut videatur non fuiſſe in illo codice, ex quo hic fuit deſcriptus, ſed ex alio quodam codice adjectum, ut recte conjeciſſe Faërnum nullus dubitem. *Græv.*

3. *Cum viderem virum talem, tum in eadem &c.*] Sic Pal. ille nonus, cujus bonitas mihi multis argumentis perſpecta eſt. alii enim præferunt, *angebar virum talem, cùm in ead. cauſa &c. fuiſſem*, vel, *angebar virum talem, qui in eadem cauſa &c. fuiſſet.* & verò media lectio etiam erat in Colonienſi ac S. Victoris, probaratque initio

talem, tum in eadem cauſa, in qua ego fuiſſem; non in eadem [d] eſſe fortuna: nec mihi perſuadere poteram, nec fas eſſe ducebam, verſari me in [e] noſtro veteri curriculo, illo, æmulo atque imitatore ſtudiorum ac laborum meorum, quaſi quodam ſocio à me & comite diſtracto. Ergo & mihi, [f] & meæ priſtinæ vitæ conſuetudinem, [g] C. Cæſar, interclusam aperuiſti, & his omnibus ad bene de omni republica ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti.

3 Intellectum eſt enim mihi quidem in multis, & maximè in me ipſo, [4] ſed paullo antè omnibus, cùm M. Marcellum ſenatui [h] populoque Romano conceſſiſti, commemoratis præſertim [i] offenſionibus, te auctoritatem hujus ordinis dignitatemque reipublicæ [k] tuis vel doloribus, vel ſuſpicionibus anteferre. Ille quidem fructum [l] omnis vitæ ante-actæ hodierno die maximum cepit, cùm ſummo conſenſu ſenatûs, tum præterea judicio tuo graviſſimo & maximo: ex quo profectò intelligis, quanta in dato beneficio ſit laus, cùm in accepto tanta ſit gloria. Eſt [m] verò fortunatus [n] ille, cujus ex ſalute non minor pænè ad omnes, quàm ad illum ventura ſit, [5] lætitia pervenerit.

4 Quod ei quidem meritò atque optimo jure contigit. quis enim eſt illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium ſtudio, aut innocentiâ, aut ullo genere laudis præſtantior?

II. [6] Nullius tantum eſt [7] flumen ingenii, [8] nulli

d fuiſſe *MS.*
e veſtro *alii.*
f & *deeſt in aliis.*
g C. *non eſt in MS.*
h pop. Rom. & reip. *Lamb. & alii.*
i etiam offenſ. *Vict. Lamb. alii. P. B.*
k tuis dol. *alii.*
l anteactæ ætatis *MS.*
m verè *alii.*
n ille *non habet Lamb.*

tio Gulielmius, ſed deinde cancellavit. *Gruter.* Illud *tum*, quod in nono ſe reperiſſe teſtatur Gruterus, repudiant omnes ſcripti codices, quos ego conſului, Erfurt. Francii duo & omnes editi ante Gruterum, in quibus eſt *qui.* Sed totus locus, in quo vides doctos viros hæſiſſe, integrior eſt in Erfurtenſi, ex quo optimè ſic reſtituitur: *Cum viderem virum talem, qui in eadem cauſſa eſſet, in qua ego fuiſſem, non in eadem eſſe fortuna. Fuiſſem* eſt etiam in Pithœano. Vides nunc omnia liquida eſſe & ſerena. *Grav.*

4. *Sed paullò ante omnibus.*] Eſt à conjectura P. Victorii, quam pluribus firmat lib. XVIII. Var. lect. cap. 6. vulgata, *in omnibus*; præferuntque omnes omnium mſſ. itaque Gulielmius mutabat in *iis.* Gruter.

5. *Lætitia pervenit. Quod quidem ei merito.*] Ita legit Faërnus, & paullo poſt, *Quis enim illo aut nobilitate &c.* Urſin.

6. *Nullius tantum eſt flumen ingenii.*] Nullius hominis, non, nullius ingenii. nam quod ſecundo caſu duæ ſimul res ponantur inuſitatum non eſt. Phil. XIV. *Ad bellum profectus A. Hirtius, cujus imbecillitatem valetudinis animi virtus & ſpes victoriæ confirmavit.* P. Manut.

7. *Flumen ingenii.*] Flumen, fontem, fluenta, torrentem ingenii

[8] nulli dicendi, aut ſcribendi tanta vis, [o] tanta copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare, C. Cæſar, res tuas geſtas poſſit. [9] tamen hoc affirmo [p] & hoc pace dicam tua, [10] nullam in his eſſe laudem ampliorem quàm eam, quam hodierno die conſecutus es. Soleo ſæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris uſurpare ſermonibus: omnes noſtrorum imperatorum, omnes exterarum gentium potentiſſimorumque populorum, omnes clariſſimorum regum res geſtas cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero prœliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri. [11] nec verò disjunctiſſimas terras citiùs cujusquam paſſibus potuiſſe peragrari, quàm tuis non dicam curſibus, ſed victoriis [q] [12] luſtratæ ſunt. Quæ

o tantaquid *alii.*
p ut pace *MS.*
q *ita Grævius alii* illuſtratæ.

nii & orationis, frequenter reperias apud optimum quemque ſcriptorem. Noſter alicubi: *Veniet aureum flumen orationis fundens Ariſtoteles.* Juven. Sat. X.

Ingenio ſed uterque perit Orator, utrumque
Largus & exundans letho dedit ingenii fons.

Mox:

——— *quem mirabantur Athenæ*
Torrentem, & magni moderantem frena theatri.

Hinc illud Æſchinis oratione περὶ Παραπρεσβείας ridentis in Demoſthene eloquentiæ jactantiam: Πηγὰς δὲ δὴ λόγων ἀφθόνους ἔχειν ἀπηγγέλλετο. *Uberes ſermonum fontes habere ſe jactabat.* Abram.

8. *Nulla dicendi vis.*] Pall. plures & Hittorp. duo & S. Victor. *nulli*, eleganti πολυπτώτῳ, inquit Gulielmius. *Gruter.*

9. *Tamen hoc affirmo.*] Faërnus delet *hoc:* & infra legit, *quæ quidem ego niſi tam magna*, pro *ita magna*, paullo etiam poſt, *multis*, pro *militibus.* Urſin.

10. *Nullam eſſe ampliorem quàm eam, quam hodierno die conſecutus es.*] Notandum. quid ſi totum hoc aliunde illatum eſſe dicamus: *quàm eam quam hodierno die conſecutus es.* Nam & *hodierno die* modo dixit: *fructum hodierno die cepit:* & infra, *non hodierno die* dicit, ſed dicit ſic, *quam es paulo antè adeptus.* & quod caput eſt, præter illud, quod jam tacite exagitatum eſt, *ampliorem quàm;* præter hoc, inquam, quid eſt quæſo totum illud, aut quàm auribus ſuave, aut quam Ciceronem redolens? cum ita dicitur: *quàm eam quam &c.* certe, *hodierno die*, eſt etiam infra, *hodierno die te ipſum viciſti.* Patricius.

11. *Nec vero disjunctiſſimas terras.*] Illuſtratio ſuperioris comparationis per aliam comparationem hyperbolicam: huic pene ſimilis eſt quæ legitur oratione pro lege Manilia, de Pompejo: *Qui ſæpius*, inquit, *cum hoſte conflixit quàm quisquam cum inimico concertavit, plura bella geſſit quàm ceteri legerunt: plures provincias confecit quàm alii concupiverunt.* Cl. Minos.

12. *Luſtratæ ſunt.*] Obitæ ſunt. nam, *luſtrare*, interdum eſt cir-

6 Quæ quidem ego [1] niſi ita magna eſſe fatear, ut ea vix cujuſquam mens aut cogitatio capere poſſit, amens ſim: ſed tamen ſunt alia majora. nam bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, [13] eaſque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriæ ſint imperatorum. & certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multùm juvant. P.CXXXII. maximam verò partem quaſi ſuo jure [14] fortuna ſibi vindicat:

1 non ita, *aut* niſi tam *MSS.*

cuire: ut lib. I. de Nat. Deor. *Mercurii ſtella anno fere vertente ſigniferum luſtrat orbem.* Ibidem lib. II. *Totam licet animis, tamquam oculis, luſtrare terram.* *Luſtrare* autem plus eſt quàm peragrare. nam qui peragrat pertranſit: qui luſtrat ambit, quo plus temporis requiritur. *P. Manut.* *Illuſtrata ſunt.*] Petrus Victorius lib. XXXIV. Variar. Lection. legi mavult, *luſtrata*; docte quidem & vere: neque enim Cæſar eas terras proprie illuſtravit, quas ſuperavit, ſed luſtravit potius, ut id verbum referatur ad conficiendi celeritatem. *Cl. Minos.* *Illuſtrata ſunt.*]. Forte *luſtrata.* nam luſtrare confert cum peragrare: quo nunc verbo uſus eſt. Etiam Lambinus. Etiam Manutius. quid igitur exſpectas præterea? *Patric.* Recepit *luſtrata* merito Manutius. Lambinus in margine teſtatur ſe ſic inveniſſe in veteri codice. Sic ſane ego legi in optimo Erfurtenſi ac in codicis alius excerptis, idque admiſi. *Grav.*

13. *Eaſque detrahere ducibus, communicare cum militibus.*] Sic & Veneti. Nonnulli tamen, *Cum multis.* Quod ne ipſum quidem abhorret ab Euripidis verſibus, ad quos fieri poteſt ut cum Cic. reſpexerit, quoſque traditum eſt in cædem Cliti incitaſſe Alexandrum cum ille contra hunc in convivio accinuiſſet. Sunt autem in Andromacha hi:

Οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται
Ὅταν τρόποια πολεμίων στήσει στρατὸς
Οὐ τῶν πονούντων τοὔργον ἡγοῦνται τόδε
Ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται.
Ὃς εἷς μετ' ἄλλων μυρίων, πύλων δόρυ,
Οὐδὲν πλέον εὐρῶν ἑνὸς εἶχει πλείω λόγον.

Camerar.

14. *Fortuna ſibi vindicat.*] Cæſar ipſe lib. VI. Belli Gallici: *Multum cùm in omnibus rebus, tum in re militari poteſt fortuna.* Hinc illud eſt apud Vegetium axioma lib. III. cap. 26. *Aut inopiâ, aut ſuperventibus, aut terrore melius eſt hoſtem domare quàm prælio: in quo amplius ſolet fortuna poteſtatis habere quàm virtus.* Themiſtius orat. IX. paulo ante laudata: *Cum duo ſint tempora, in quæ actiones noſtræ dividuntur, belli ſcilicet & pacis, hæc quidem magna ex parte in nobis eſt poſita, bellum vero etiam fortunam ſibi vendicare cernimus. Jam enim quibusdam, qui ad obtinendam victoriam fiducia ac ſpei certiſſima nihil prætermiſiſſent, &c. minime conſentaneus exitus reſpondit. Ita fit, ut cum melioribus apparatibus conſequens ac congruus acciderit, dubium ſit utrum id fortunæ munere conceſſum ſit, an ab ejus, qui vicit, ingenio ſit ac prudentia facinus profectum.* Quare non im-

dicat: & quidquid eſt proſperè geſtum, id pænè omne ſ ducit ſuum. ſ alii dicit.

At verò hujus gloriæ, C. Cæſar, quam es paullo antè 7
adeptus, ſocium habes neminem. totum hoc, quantumcumque eſt, quod certè maximum eſt, totum eſt, inquam, tuum. nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. quin etiam illa t ipſa rerum humanarum domina, Fortuna, in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert: 15 tibi cedit: tuam v eſſe totam & propriam fatetur. numquam enim 16 temeritas cum ſapientia commiſcetur, x nec ad conſilium caſus admittitur.

t ipſa deeſt in MS. v ſe eſſe MSS. x neque MS.

III. Do-

immerito, ut auctor eſt Ælianus Var. Hiſt. lib. XIII. cap. 43. *Timotheus dicebat, fortunam omnium ſucceſſuum cauſſam eſſe, Timotheum ipſum nullius rei. & pictores eum in tabernaculo dormientem pingebant, fortuna vero ſtans ejus capiti imminebat, urbes in naſſam trahens.* Et Nicias apud Plutarchum in Politicis: *Timoleon ille, qui tyrannidas è Sicilia ſuſtulit, Caſus templum excitavit.* Idem in vita Sulla ea de re fuſe diſſerens eſt conſulendus. Quæ licet vera ſint, ſapienter tamen monet Vegetius Prologo lib. III. *Qui ſecundos optat eventus, dimicet arte, non caſu.* Siquidem, ut habet Syneſius de Regno: *Sæpe felicitati virtus anteceſſit, & laus homines ad beatitudinis prædicationem deduxit, tanquam virtutem puderet agnitis virtutibus non ſuffragari.* Menander apud Stobæum:

Ὡς τοῖσιν εὐφρονοῦσι συμμαχεῖ Τύχη.
Fortuna ſociam fert opem prudentibus. Abrami.

15. *Tibi concedit.*] Faërnus ita legit, cum alii habeant *cedit.* paullo poſt, *ea tamen viciſti* legit, pro, *ſed tamen ea viciſti.* infrà quoque *facit*, pro *faciat.* & *neque ſolum noſtris*, pro *non ſolum &c.* Urſinus. In Dreſdenſi eſt *concedit.* Sed ſtatim ex Erfurtenſi & Colonienſi reſtituendum *ſe. Tuam ſe eſſe totam ac propriam fatetur*, quod perperam in editis deſideratur. *Grav.*

16. *Temeritas cum ſapientia.*] Nota hic ſynonyma quaſi Tullio ſunt caſus, fortuna, temeritas, quæ conſilio atque prudentiæ opponuntur. Neque enim id, quod certo conſilio ſuſcipitur, geritur, efficitur, fortunæ, ſed prudentiæ potius adſcribitur. Id autem fortunæ adſcribitur, quod temere fit & contra rationem caſu evenit. Unde & Epicurei fortunam magnum caſum appellarunt. Quò reſpexit Manilius, cum ait: *Non opus eſt magni caſus, ſed numinis ordo.* Sicuti autem, qui prudentia atque virtute res admirabiles gerunt magni: ita qui temere & ſine conſilio maxima quæque conſequuntur, fortunati atque felices appellantur. Qualis Sulla fuit, de quo legendus Plutarchus in ejus vita. Item Alexander Magnus, cui pro virtute felicem temeritatem fuiſſe Seneca libro 1. de Beneficiis, capite 13. pronunciavit. *Buchnerus.*

8 III. DOMUISTI gentes [17] immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes: [18] ſed tamen ea viciſti, quæ & naturam, & conditionem, y ut vinci poſſent, habebant. nulla eſt enim [19] tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique poſſit. z animum vincere, a iracundiam cohibere, [20] victoriam temperare, adverſarium nobili-

habebant : vinci oſſent ts. verum nim. *alii.* iram *MS.*

17. *Immanitate barbaras.*] Non ſolum immani corporum magnitudine terribiles, ſed etiam animo & moribus tam immanes, ut etiam humanas victimas immolarent. *Immanitate*, vel ob corporis magnitudinem, vel ob animi felicitatem. Feſtus: *immanis, magnus vel ferus.* magnus ut VI. Æneidos:

—— *poſuitque immania templa.*

Varro libro V. de Lingua Lat. *Immanis verborum accedit numerus.* & alii paſſim. ferus ſive non bonus. Macrobius 1. Saturn. *Lanuvii mane pro bono dicunt: ſicut apud nos quoque contrarium eſt immane, ut immanis bellua, &c.* Accius apud Marcellum: *Prima ex immani victum ad manſuetum applicans.* Item: *Phrygiam minorem eſſe immanem Græciam.* Cicero 1. de Inventione: *Ex feris atque immanibus mites reddidit & manſuetos.* quid autem eſſet illa immanitas, ſuperioribus verbis oſtenderat. *Abram.*

18. *Sed tamen ea viciſti, quæ & naturam, & conditionem, ut vinci poſſent, habebant.*] Forte, *ſed tum ea viciſti, &c.* Patricius. *Sed ea viciſti, &c.*] Etſi dixit difficile fuiſſe Cæſari tales hoſtes vincere, oſtendit tamen, eam naturam in univerſum eſſe hominum, ut domari tandem ac vinci poſſint, cum ait: *Nulla eſt enim tanta vis, &c.* quorum primum ad id, quod ſupra de immanitate dixerat, alterum ad multitudinem & abundantiam, pertinet. *Buchnerus.* In Colonienſi, Pith. Dreſd. & quibusdam editis ſic ſcribitur: *Ea tamen viciſti, quæ & naturam, & conditionem, ut vinci poſſent, habebant.* In Dresdenſi præterea non bis legitur *&*, in iſtis, *quæ & naturam, & conditionem.* Poteſt ſane utraque particula *ſed* ac *&* abeſſe. Et ſi afuerint, rotundior erit oratio. *Grav.*

19. *Tanta vis, quæ non ferro.*] Additum præterea editis, *tanta copia.* ſed id ſpernunt omnes ferè mſſ. noſtri aliorumque, neque agnovit Lactantius lib. 1. Divin. Inſtit. cap. 9. videatur Modius Novantiq. Epiſt. XXXI. *Gruter.*

20. *Victoriam temperare.*] Pal. nonus *victum.* quomodo & tres Coll. ſed mutato genere, *victam.* adeo ut videatur reponendum *victo temperare*, quod item in aliquot Palatinis & Put. Plautus Moſtell.

Tibi temperem, cum tu mihi nequeas?

Temperare eſt parcere. *Idem.* Miror hunc locum afferri a Grutero; cum ipſe ex MSS. ediderit rectiſſime *obtemperem*, & alia ſint luculentiora in promtu. Ipſe Cic. II. Verrin. *Non ſolum ſociis in eo bello conſuluit, verum ſuperatis hoſtibus temperavit*, qui locus plane geminus eſt huic. Inferius: *Quapropter de iſtius prætura Siciliensi non recuſo, quin me audiatis, ut ſi cuiquam generi hominum, ſive Sicu-*

lis

ite, ingenio, virtute præſtantem, non modò extol-
jacentem, ſed etiam amplificare ejus priſtinam digni-
n: hæc qui [b] facit, non ego [c] eum cum ſummis vi-
omparo, ſed [21] ſimillimum deo judico.
aque, C. Cæſar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur, 9
quidem [d] non ſolùm noſtris, ſed pænè omnium gen-
litteris atque linguis: neque ulla [e] umquam ætas de
laudibus conticeſcet. Sed tamen ejuſmodi res, neſcio
nodo, [22] etiam cùm leguntur, obſtrepi clamore mi-
a videntur & [f] tubarum ſono. At verò cùm aliquid
enter, manſuetè, juſtè, moderatè, ſapienter factum,
acundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, [g] & in
oria, [23] quæ naturâ [h] inſolens & ſuperba eſt, aut au-
di-

b *alii* faciat.
c eum *delet* *Grav.*
d neque *MSS.*
e usquam *MS.*
f turbar. *MS.*
g ac *MS.*
h & inſ. *MSS.*

um, ſive noſtrorum civium: ſi cuiquam ordini, ſive aratorum, ecuariorum, ſive mercatorum probatus ſit: ſi non horum omnium unis hoſtis prædoque fuerit: ſi cuiquam denique ulla in re unquam raverit, ut vos quoque ei temperetis. Grævius.

Simillimum deo judico.] Strabonis illud laudatur lib. X. ait dictum præclare jam olim fuiſſe, τὺς ἀνθρώπυς μάλιςα ἀδ͂ τὺς θεὺς, ὅταν εὐεργετῶσι· quod idem Cicero pro Liga- *Homines ad Deos nulla re propius accedunt quàm ſalutem homi- dando.* Advertendum interea, id quod excellit, utilitatem- n ſe maximam habet, a Tullio ut divinum ſuſpici & no- ri ſæpiſſime. Sic & in Panegyrico Plin. *Quod præſtabilius eſt, lchrius Deorum munus quàm caſtus, & ſanctus, & diis ſimilli- rinceps?* Et deinde, *Hunc tibi proximum, hunc conjunctiſſimum nas, quem optimum, quem Diis ſimillimum inveneris.* Cl. Mi-

Simillimum Deo judico.] Plinius libro II. cap. 7. *Deus eſt li juvare mortalem.* M. Antoninus Philoſophus epiſt. ad Fau- n apud Vulcatium Gallicanum in Avidio Caſſio: *Non enim iam eſt quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus clementia. Hæc Cæſarem Deum fecit: hæc Auguſtum conſecravit: trem tuum inprimis Pii nomine ornavit.* Vide Themiſtium in delphis, & Plutarchum in Ariſtide. *Abram.*

Etiam dum audiuntur, aut dum leguntur.] Faërnus *etiam cum ur*, melius quam eſt in vulgatis. *Urſin.* *Etiam cùm leguntur, i.*] Revocavi lectionem antiquitus cuſam ſtabilitamque a minimum Pall. item tribus Colon. & S. Victoris & Grut. ius publicati *etiam dum audiuntur, aut dum leguntur.* Puteani præterea volebat, *obſtrepit clamor militum & tubarum ſoni- r.*

Quæ naturâ inſolens & ſuperba eſt.] Felicitas enim & rerum ſus ferociam & arrogantiam inducit præcipue in victoria, axime quidem bellorum civilium. Noſter libro IV. Epiſt. 4. miliares: *Hoc ipſo melior eſt tua quam noſtra conditio: quòd id doleas, ſcribere audes: nos ne id quidem tuto poſſumus; nec id is vitio, quo nihil moderatius, ſed ipſius victoria, quæ civilibus bel-*

P. B. dimus, aut legimus: quo ſtudio incendimur, non modo in geſtis rebus, ſed etiam in fictis, ut eos ſæpe, quos numquam vidimus, diligamus? Te verò, quem præſentem intuemur, [24] cujus mentem [i] ſenſusque & os cernimus, ut, quidquid belli fortuna reliquum reipublicæ fecerit, id eſſe ſalvum velis, quibus laudibus efferemus? quibus ſtudiis proſequemur? quâ benivolentiâ complectemur? [25] Parietes, medius fidius, C. Cæſar, ut mihi [k] videtur, hujus curiæ tibi gratias agere geſtiunt, quòd brevi tempore futura ſit illa auctoritas [26] in his majorum ſuorum & ſuis ſedibus.

i ſenſumque *MS.*

k videntur *MSS. & Lamb.*

IV. [l] EQUIDEM cùm C. Marcelli, viri optimi & [27] commemorabili pietate præditi, lacrymas modò vobiscum viderem, [28] omnium Marcellorum meum pectus me-

l Et quidem *MS.*

bellis ſemper eſt inſolens. Et epiſt. IX. ejusdem libri ait: *Victoria, etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioresque reddit: ut etiamſi naturâ tales non ſint, neceſſitate eſſe cogant. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito, facienda ſunt.* Buchnerus.

24. *Cujus mentem ſenſusque ejus cernimus.*] Optime Faërnus pro *& os cernimus*, ut eſt in vulgatis: paullo poſt legit, *Quod brevi tempore illa futura ſit auctoritas.* Urſin.

25. *Parietes medius fidius, C. Cæſar, &c.*] Satis perite hunc locum tutatus eſt ab perturbatione Manutii & transpoſitione Hotomanni, de quo mox Gruterus ac Barthii Pater in libro IV. Obſervat. cap. 16. *Gron.*

26. *In his majorum ſuorum & ſuis ſedibus.*] Hunc locum vacare mendo vix mihi quisquam perſuadebit. qui ſunt enim iſti majores? ſi parietum, quid abſurdius? quorum igitur? Præterea, *majorum ſuorum*, unde pendet? ſi enim conjungatur cum *illa auctoritas*, quod poſtulare ſententia videtur: illud per ſe non conſiſtet, *& ſuis ſedibus.* nam particula *&* exigit hunc ordinem, in his ſedibus majorum ſuorum & ſuis. magna ſane perturbatio, niſi ſi quis dicat, cum ſenſus tribuatur parietibus in eo, *gratias tibi agere geſtiunt*, iisdem poſſe tribui, *majorum ſuorum.* P. Manut.

27. *Commemorabili pietate ac virtute.*] Faërnus delet *ac virtute.* Urſin. *Memorabili pietate præditi.*] Vulgata interjecit, *pietate & virtute pr.* ſed nulla litera talis in edd. vett. in mſſ. noſtris. teſtaturque idem de tribus ſuis Lambinus. quin imo, ſi res eſſet mei arbitrii, adhuc delerem illud *præditi*, cum Gulielmio. *Gruter.*

28. *Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit.*] Faërnus *memoriam effudit.* vulgata lectio defendi poteſt, ſuffragante illo etiam Silii verſu ex libro V.

——— *Sed eſt veſtrum cui nulla doloris*
Privati rabies, is vero ingentia ſumat:
E medio fodiant quæ magnas pectus in iras. Urſin.

Marcellorum meum pectus memoria obfudit.] Eſt a Pal. nono, neque ali-

memoria obſudit. quibus tu etiam mortuis, M. Marcello conſervato, dignitatem ſuam reddidiſti, nobiliſſimamque familiam, [m] jam ad paucos redactam, pænè ab interitu [n] vindicaſti. Hunc tu [o] igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus jure [p] antepones. hæc enim res unius [29] eſt propria C. Cæſaris: ceteræ duce te [q] geſtæ, magnæ illæ quidem, ſed tamen multo magnoque comitatu. hujus autem rei tu idem es & dux & comes: quæ quidem tanta eſt, [30] ut tropæis monumentisque [31] tuis allatura ſit finem ætas. nihil eſt enim opere aut ma-

m jam *deeſt in MS.*
n vindicaviſti *MSS.* vendicaſti *quæd. MSS.* II
o igitur *deeſt in MSS.*
p anteponis *MSS. & Lamb.*
q geſtæ ſunt *Græv.*

aliter Gemblac. aut Mauricianus, alluduntque Lambiniani, in quibus *offudit.* vulgo legitur *effodit*, quod propugnat quidem Victorius lib. XXXIV. Var. Lect. cap. 9. ſed durius videtur. *Grut.* Non refragor tot MSS. quibus accedunt Erfurtenſis, in quo *obfudit.* Colon. & Dreſd. *offudit.* Sed hic quoque *memoriam offudit.* Franc. uterque & Pith. *memoriam effudit:* nec nego *obfundere pectus* poſſe defendi, quod vi præpoſitionis *ob*, τῷ *obfundere* poſſit adjungi quartus caſus, quamvis cùm apud Ciceronem, tum apud Livium & poëtas illud verbum ſemper tertius ſequatur, ut III. de Nat. Deorum: *Philoſophia, qua lucem eriperet, & quaſi noctem quandam rebus offunderet.* Et Liv. XXXIX. *Ne nimium terroris offundam vobis, vereor*, & ſic ubique. Secundum quam rationem dicendum fuiſſet, cum Marcelli lacrymas viderem, omnium Marcellorum memoria meo pectori obfuſa eſt. Nos tamen veteribus codicibus adhæremus, nec illis invitis quicquam loco movemus. *Offundere memoriam*, pro memoriam refricare, videntur veteres dixiſſe. Pædianus in argumento orationis pro M. Scauro: *Scaurus dixit pro ſe, ac magnopere judices movit & ſqualore & lacrymis, & ædilitatis offuſa memoria.* Sic enim legendum videtur pro vulgato *effuſa memoria.* quod Latina in lingua nullius eſt ſententiæ. Aliud enim eſt *effuſa lætitia, liberalitas*, & hujus generis alia. *Grævius.*

29. *Eſt propria C. Cæſaris.*] Ita legit Faërnus, & infra, *Hujus autem tu idem & dux es, & comes.* paullo poſt totum hunc locum ex antiquorum Codicum fide ita reſtituit, *Quæ quidem tanta eſt, ut trophæis & monimentis tuis finem allatura ſit ætas* (*nihil enim eſt opere & manu factum quod non aliquando conficiat & conſumat vetuſtas.*) Urſin.

30. *Ut nulla ſicut trophæis monumentisque tuis allat.*] Ven. aliter, *ut trophæis monumentisque tuis nulla unquam allat.* Camer.

31. *Tuis allatura &c.*] P. Victorius lib. XVI. Var. Lect. cap. 21. conjicit, *tuis nonnulla:* quem impugnat Rob. Titius ſtatque pro olim vulgato *tuis nulla unquam allatura &c.* lib. II. Controverſorum cap. 31. at alterum Victorii tuetur Villiomarus; à quo diverſum ſenſit Gulielmius, hac interpretatione: ne, inquit, nihil actum arbitreris; ſtabiliviſti hoc facto monumenta rerum, à te geſtarum, & perpetuaſti. quæ enim conficiet temporis diuturnitas, ea quaſi recreabit laudum commemoratio, ſic ille. ſed id

 oram

manu factum, quod [r] aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas.

12 [ſ] At verò hæc tua juſtitia & lenitas animi floreſcet quotidie magis, ita, [t] ut, quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum [v] afferat laudibus. Et ceteros quidem omnes victores bellorum civilium jam antè æquitate & miſericordiâ viceras: hodierno verò die te ipſum viciſti. Vereor, ut hoc, quod dicam, [32] non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. [33] ipſam victoriam viciſſe videris, cùm [x] ea ipſa, quæ illa

r aliquando *deeſt in MS.*

ſ At hæc *Grav.*

t ut deeſt in *MS.*

v adferet *alii.* adſeret *Grut. conj.*

P. CXXXIII.

x ea, quæ *Grav.*

oram adſcripſerat; legi in Mauriciano uno ac S. Victoris, *tui allatura*, ſine illis *nulla umquam*; quæ lectio ſanè planiſſima & ideo à me recepta in contextum; præſertim quod prodidiſſet Faërnus, ſic quoque legi in codice Medicæo. neque aliter inveniſſem in Puteani libro. *Gruter.*

32. *Non perinde intelligi poſſet auditu.*] Ita Faërnus, qui infra delet vocem *ipſa*, cum in aliis ſit, *cum ea ipſa.* Urſin. *Vereor ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit.*] Malo, *auditum.* illud autem, *vereor ut*, legendum puto, *vereor ne.* quæ quomodo differant, & quid ſignificent, ſatis jampridem alii adnotarunt. locum ipſum etiam emendat Lambinus, eadem ſententia, ſed aliis verbis. legit enim *vereor ut*, ſed mox delet *non.* in illo quod ſequitur, *non perinde*, & totum legit ſic: *Vereor ut hoc, quod dicam, perinde intelligi &c.* Cum Lambino facit Manutius. ſed addit, quod noſtram conjecturam meliorem utriusque conjectura videri facit, in libro Fulvii Urſini haberi plane, ut nos divinavimus: *Vereor ne hoc, quod dicam, non perinde.* & ſic reponendum jam eſſe plane cenſerem, niſi me Aſconii commoveret auctoritas, qui hunc locum citans in divinationem Ciceronis, legit ut Lambinus & Manutius: *Vereor ut hoc, quod dicam, perinde &c.* Ergo ut libet. mihi enim pro eodem eſt. *Patricius.* *Non*, quod Manutius delendum cenſet, non legitur in Erfurtenſi & Francii primo. In Francii vero ſecundo ſcribitur, *ne non.* *Vereor quidem ne hoc, quod dicam, non perinde.* & ſic alii legendum ſtatuerunt. Vide Jacob. Perizonium ad Minervam Sanctii lib. IV. p. 602. Deinde in iis verbis, *atque ego ipſe cogitans ſentio*, τὸ *ego* non reperitur in Erfurt. nec in Dreſd. nec in Francii primo, & commodius abeſt. *Grav.*

33. *Ipſam victoriam viciſſe.*] Eodem flexu Valerius lib. IX. cap. 3. de Ira: *Quoties victoria victrix, congratulationem ejus in Torquato ſpernendam, in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio totam famæ poſtponendam reddidit.* Seneca Epiſt. IX. de Stilpone Megarenſi: *Ipſam hoſtis ſuam victoriam vicit.* Noſter Divinatione: *Si tacent, ſatis dicunt.* Dio Chryſoſtomus: Εὐδαιμονέστεροι ἔσεσθε αὐτῆς τῆς εὐδαιμονίας. *Beatiores eritis ipſa beatitate.* Sed preſſius ad hunc locum Panegyriſtes Conſtantini: *At iſte victor non modo hoſtium, ſed etiam victoria ſua, quicquid militum bello ſuperfuit, tibi patria reſervavit.* Abram.

illa erat adepta, victis remiſiſti. nam cùm ipſius [34] victoriæ conditione jure omnes victi occidiſſemus, clementiæ tuæ judicio conſervati ſumus. rectè igitur unus invictus es, à quo etiam ipſius victoriæ conditio visque devicta eſt.

V. Atque hoc C. Cæſaris judicium, patres conſcripti, quàm latè pateat attendite; omnes enim, qui ad illa arma [35] fato ſumus neſcio quo reipublicæ miſero funeſtoque compulſi, etſi aliquâ culpâ tenemur erroris humani, [y] à ſcelere certè liberati ſumus. nam cùm M. Marcellum, deprecantibus vobis, reipublicæ [z] Cæſar conſervavit, memet mihi, & [a] iterum reipublicæ, nullo deprecante, reliquos ampliſſimos viros & ſibi [b] ipſis & patriæ reddidit: quorum & frequentiam & dignitatem hoc ipſo in conſeſſu videtis: non ille hoſtes induxit in curiam, ſed [c] judicavit, à pleriſque ignoratione potiùs & falſo atque inani metu quàm cupiditate, aut crudelitate [d] civile bellum eſſe ſuſceptum. 13

Quo quidem in bello [36] ſemper de pace [e] agendum, [37] [f] audiendum putavi, ſemperque dolui non modò pacem, 14

y at *Gul.* z *alii non habent* Cæſar. a *alii* item. b ipſos *Grav.* c indicavit *ed. vet.* d civile *Grav. delet.* e agendum *deeſt in MSS.* f audiendumque, *alii.* audendum *MS.*

34. *Victoriæ conditione jure omnes &c.*] Colon. & Pal. pr. ſec. tert. non habent illud *jure:* neque putat eſſe à Cicerone Gulielmius, tanquam adulatio major: qui cùm alibi ſemper, tum hoc ipſo libro non ſemel Pompejanorum partes ſublevet. itaque ſi non arbitramur delendam, putat mutandam in *vique;* quod reperi ad oram libri Puteanorum. ego nihil muto. jus enim victoriæ eſt jus ſtrictum. notaque eſt fabula Æſopi, de ciconia involuta reti cum aliis avibus. *Gruter.*

35. *Fato ſumus neſcio quo.*] Ita Faërnus, & bene quidem: ſed melius Ant. Auguſtini liber habet *fuimus.* Urſin.

36. *Semper de pace agendum eſſe putavi, ſemperque dolui.*] Videndum τὸ *ſemper.* Sic olim. nunc nihil aliud quam prius illud, *ſemper*, dico non connectendum eſſe cum, *ſemper de pace*, neque cum *ſemper agendum*, ſed ut ſcripſi, *ſemper putavi.* Sicut enim mox in illo, orationem civium pacem efflagitantium, illud *civium*, non jungendum eſſe puto cum *pacem*, ut ſit, civium pacem, ſed cum, *orationem*, ut ſit *orationem civium*, quanquam utroque modo diceretur non inſulſe. *Patricius. De pace agendum.*] Videatur toto pene libro VII. & VIII. epiſt. ad Atticum, tum præcipue epiſt. 14. lib. VII. *Equidem ad pacem hortari non deſino, quæ vel injuſta utilior eſt quàm juſtiſſimum bellum.* ibidem epiſt. 5. *Pace opus eſt. Ex victoria cùm multa mala, tum certe tyrannis exiſtet.* Vide & lib. VI. ad Famil. epiſt. 6. *Abram.*

37. *Audiendumque putavi.*] Faërnus delet *eſſe*, & *flagitantium* legit pro *efflagitantium.* paullo poſt, *ſemperque mea conſilia pacis &*

cem, ſed orationem etiam civium, pacem [g] efflagitantium, repudiari. neque enim ego illa, nec ulla umquam ſecutus ſum arma civilia, ſemperque mea conſilia, pacis & togæ [h] ſocia, non belli atque armorum fuerunt. hominem ſum ſecutus privato officio, non publico: tantumque apud me [i] grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla non modò cupiditate, ſed ne ſpe quidem, prudens & ſciens, tamquam ad interitum ruerem voluntarium.

15 Quod quidem meum conſilium minimè obſcurum fuit. nam & in hoc ordine, integra re, multa de pace dixi, & in ipſo bello eadem etiam cum [k] capitis mei periculo ſenſi. Ex quo [l] nemo erit tam injuſtus rerum æſtimator, qui dubitet, quæ [m] Cæſaris voluntas de bello fuerit, cùm pacis auctores conſervandos ſtatim cenſuerit, ceteris fuerit iratior. Atque id minùs mirum [n] fortaſſe tum, cùm eſſet incertus exitus & anceps fortuna belli. qui vero victor pacis auctores diligit, is profectò declarat, [o] ſe maluiſſe non dimicare quàm vincere.

16 VI. [p] ATQUE hujus quidem rei M. Marcello ſum teſtis. noſtri enim ſenſus, ut in pace ſemper, ſic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum & quanto cum dolore vidi, cùm inſolentiam [q] certorum hominum, tum etiam ipſius victoriæ ferocitatem extimeſcentem? quo gratior tua liberalitas, C. Cæſar, nobis, qui illa vidimus, debet eſſe. non enim jam cauſæ [r] ſunt inter ſe ſed victoriæ comparandæ.

17 [38] Vidimus tuam victoriam, [ſ] prœliorum exitu terminatam: [39] gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus. quos

g flagit. *alii.*
h ſocia ſunt *MS.*
i grata *Gul.*
k partis *MSS.*
l jam nemo *Grav. & alii.* P. B.
m Cæſari *alii.*
n videretur fort. *alii.*
o *alii* maluiſſe ſeſe.
p At *MS.*
q ceterorum *MS.*
r ſunt *alii non habent.*
ſ bellorum *MS.*

togæ, non belli atque armorum fuerunt, cum in aliis ſupervacaneum ſit verbum *ſocia*. Urſin.

38. *Vidimus.*] Elegans repetitio. ut in Sextiana: *Ademit Albino Soceri nomen mors filiæ, ſed caritatem illius neceſſitudinis & benevolentiam non ademit.* Pro Milone: *Negat enim ſe, negat ingratis civibus feciſſe, quæ fecit: timidis & omnia circumſpicientibus non negat.* Plinius lib. III. ep. 16. *Poteſtis enim efficere ut male moriar: ne moriar, non poteſtis.* Quod ad rem ſpectat. Incertus Panegyriſtes Conſtantini hunc locum præ oculis videtur habuiſſe: *Conſtantinus victoriæ licentiam fine prælii terminavit: gladios ne in eorum quidem ſanguine diſtringi paſſus eſt, quos ad ſupplicia poſcebas.* Romam alloquitur. *Abram.*

39. *Gladium vaginâ vacuum.*] Pro *nudum.* nam vaginâ gladius includitur, non gladio vagina; ſed maluit, *gladium vaginâ vacuum*, quàm *vaginam gladio vacuam.* quod erat frigidius. P. *Manut. Gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus.*] In urbe, ubi prælia

quos amiſimus cives, eos Martis vis perculit, non ira vi- [t] ſi poſſet
ctoriæ: ut dubitare debeat nemo, quin multos, [t] ſi fieri MS.
poſſet, C. Cæſar ab inferis excitaret; quoniam [v] ex ea- [v] eadem vero id.
dem acie conſervat, quos poteſt. Alterius [x] verò partis MS.
nihil ampliùs [y] dicam quàm id, quod omnes verebamur, [x] vero deeſt
nimis iracundam futuram fuiſſe victoriam. in eod. MS.

Quidam enim non modò [z] armatis ſed interdum etiam 18
otioſis minabantur: nec, quid quiſque ſenſiſſet, ſed ubi [y] eo MSS.
fuiſſet, cogitandum eſſe dicebant: ut mihi quidem vi- [z] armati ſ. e. otioſi.
deantur dii immortales, etiam ſi pœnas à populo Roma- MSS.
no ob aliquod delictum expetiverunt, qui civile bellum
tantum [40] & tam luctuoſum excitaverunt, vel placati
jam, vel [a] etiam ſatiati aliquando, omnem ſpem ſalutis [a] etiam non
ad clementiam victoris & ſapientiam contuliſſe. eſt in MSS.

Quare gaude tuo iſto tam excellenti bono: & fruere 19
cùm fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus
tuis: [b] ex quo quidem maximus eſt fructus [c] jucunditaſ- P. CXXXIV
que ſapienti. Cetera cùm tua recordabere, etſi perſæpe [b] equidem MS.
virtuti; tamen plerumque felicitati tuæ congratulabere. [c] jocund.
de nobis, [41] quos in republica tecum ſimul ſalvos eſſe vo- MSS.
luiſti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis,
toties de incredibili liberalitate, toties de ſingulari ſapien-
tia [d] tua cogitabis: quæ non modò ſumma bona, ſed ni- [d] tua deeſt
mirum audebo vel ſola dicere. tantus eſt enim ſplendor in MS.
in laude vera, tanta in magnitudine animi & conſilii
dignitas, ut hæc à virtute donata; cetera à fortuna com-
modata eſſe videantur.

(*i*) Noli igitur in conſervandis bonis viris defatigari, 20
non

SCHOLIASTES.

(*i*) *Noli igitur in conſervando.*] Vides quò tendit, qui non tantum agit gratias propter Marcellum quàm propter ceteros conſervatos.

---

lia nulla committebantur. forte autem præponendum, *poſtea.* ſic: *poſtea gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus.* quod ſi pluribus libeat, age ſuppleamus ſic: *præliorum exitu terminatam, poſt eam autem ſic terminatam, gladium vaginâ vacuum, &c.* ut ex uno, *terminatam*, ad aliud *terminatam*, deſiluiſſe videatur librarius. *Patricius.*

40. *Et tam luctuoſum excitaverunt.*] Melius in Faërni libro *excitaverint.* Urſin.

41. *Quos in Rep. tecum ſimul ſalvos eſſe voluiſti.*] Faërnus delet *ſimul.* & paullo poſt pro *& ſpecie Reip.* legit *facie Reip.* ſive conjunctionis nota. infra etiam, *Tua enim cautio noſtra cautio eſt: & ſi-*
pec-

e præſ. aliqua, aut MS. f facie MSS. Lamb.

non cupiditate e præſertim aut pravitate aliqua lapſis: (*k*) ſed opinione officii, ſtulta fortaſſe, certè non improba & f ſpecie quadam reipublicæ. (*l*) Non enim tua ulla culpa eſt, ſi te aliqui timuerunt: contraque ſumma laus, [42] quòd plerique minimè timendum fuiſſe ſenſerunt.

g qui ſcil. tibi inſidiaretur. de tuis. quad. edd.

21 VII. (*m*) NUNC verò venio ad graviſſimam querelam & atrociſſimam ſuſpicionem tuam, quæ non tibi ipſi magis quàm cùm omnibus civibus, tum maximè nobis, qui à te conſervati ſumus, providenda eſt. quam etſi ſpero eſſe falſam, numquam tamen verbis extenuabo. Tua enim cautio noſtra cautio eſt: (*n*) ut, ſi in alterutro peccandum ſit, malim videri nimis timidus quàm parum prudens. [43] Sed quiſnam eſt iſte tam demens? g de tuiſne? tametſi qui magis ſunt tui, quàm quibus [44] tu ſalutem in-

SCHOLIASTES.

(*k*) *Sed opinione.*] Quia putabant ſe debere ſequi amicum ſuum.

(*l*) *Non enim tua culpa.*] Vult dicere, ſi timuimus te, ideo peccabimus.

(*m*) *Nunc venio ad graviſſimam querelam.*] Conjecturalem partem tractat. Vult dicere. nemo tibi inſidias facit. ſed ne videatur propterea dicere ut incautiorem reddat cautiorem faciendo ſecurum tamen præſtat.

(*n*) *Ut ſi in alterutro peccandum ſit.*] Forte. dico tibi. cave. falſum eſt & dicor timidus. Forte tibi dico noli timere & verum eſt & dicor improvidus. Ideo dixit. Quod ſi in alterutro peccandum ſit,

---

peccandum &c. legit, deleta voce *cautio*, quæ ſecundo loco poſita eſt. *Urſin.* Pall. plerique ejiciunt illud *ſalvos*, neque habuit Col. Put. Maur. poſterior. putatque à gloſſa Gulielmius. *Grut.*

42. *Quod plerique minimè timendum.*] Abeſt à Palatinis pleriſque illud *plerique*, neque reperit in Col. Gulielmius, putatque non requiri à ſententia; numerorum verò elegantiam etiam repudiare. at mihi contra videtur. opponitur enim diſertè illi ſuperiori, *aliqui*. Idem.

43. *Sed quiſnam eſt iſte tam demens? de tuiſne?*] Ven. aliquid amplius habent, ita enim hæc in illis libris leguntur, *ſed quiſnam eſt iſte tam demens? qui ſcilicet tibi inſidiaretur.* Verum hæc ab inculcata explicatione ſuſpecta ſunt. *Camer.*

44. *Tu ſalutem inſperantibus reddidiſti.*] Nota ſingularum vocum energiam. *Salutem* dixit, quia ſalus dicitur ex periculo, quod omnium Pompejanorum cervicibus imminebat. addit *inſperantibus*, quia ſalus eò gratior eſt, quo magis præter ſpem evenerit: ſimul magnitudinem liberalitatis & beneficii declarat, quia plus adepti fuerant à Cæſare quàm ſperare auderent, vel etiam cogita-

inſperantibus reddidiſti? an ex eo numero, qui unà tecum fuerunt? non eſt credibilis tantus in ullo furor, h ita MSS. alii. At.
45 ut, quo duce omnia ſumma ſit adeptus, hujus vitam non anteponat ſuæ. h An ſi tui nihil cogitant ſceleris, ca- i ſuperſunt MSS.
vendum eſt, ne quid inimici? Qui? omnes enim qui k ſint deeſt in MS.
fuerunt, aut ſuâ pertinaciâ vitam amiſerunt, aut tuâ miſericordiâ retinuerunt: ut aut nulli ſuperſint de inimicis, P. B.
46 aut, qui i ſuperfuerunt, amiciſſimi k ſint.

Sed tamen, cùm in animis hominum tantæ latebræ ſint & tanti receſſus, 47 augeamus ſane ſuſpicionem l tuam. 22

tare. Denique ſubdit *reddidiſti*, non *reliquiſti*, quia vitam quodammodo jam amiſerant, id eſt, in tantum periculum provexerant, ut jam amiſiſſe viderentur, niſi eam Cæſar inſperantibus reddidiſſet. Ab inſperato beneficium auget, quia magis nos oblectant ea quæ præter ſpem evenerint. Teſtes Polycrata Naxia, Philippides Comicus, Diagoras Rhodius & illa Romana mater, quæ cum filium præter ſpem è pugna Cannenſi incolumem videret, *Copia atque turba & quaſi ruina incidentis inopinati gaudii oppreſſa exanimataque eſt.* Gellius libro III. Noct. Attic. iſta collegit. Cujus ea ratio eſſe poteſt: quod felicitatis ſpes aliquid de jucunditate & fructu longe ante præcerpat: at ſi quid proſperi præter ſpem & opinionem evenerit, integram & illibatam adferat voluptatem, quæ eo major eſſe debet, quo minus ex ea libatum eſt. Adde quod tum ad voluptatem, tum ad dolorem ipſo uſu & experientia animo callus quidam obducitur. Quare cum ſpes animum diu jactaverit, obducto ad ſenſum illum jucunditatis callo, minus ex ipſius rei ſperatæ adeptione percipitur voluptatis. Prudenter vero Orator hinc beneficium Cæſaris exaggerat. Nam eo majus beneficium exiſtit, quo major indigentia & rerum omnium deſperatio præceſſerit. Ariſtot. II. Rhet. cap. 7. *Eſto vero gratia, ſecundum quam qui habet dicitur gratiam facere indigenti, non compenſatione alicujus, neque ut aliquid gratiam facienti tribuatur, ſed ut aliquid illi qui recipit. Magna vero, ſi aut eorum, qui valde indigent, aut rerum magnarum & difficilium: aut in occaſionibus talibus, aut ſolus, aut primus, aut maxime.* Panegyriſtes Conſtantini: *Ignoviſti omnibus, & vitam, quam deſperaverant, reddidiſti.* Euripides Oedipo:

> Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
> Φανεῖσα μᾶλλον, ἢ τὸ προσδοκώμενον.
> *Plerumque non ſperata delectant magis*
> *Quàm quæ ſibi antecepit exſpectatio.* Abram.

45. *Ut quo duce ſumma omnia.*] Ita Faërnus, paullo poſt, *An ſi tui nihil cogitant ſceleris, cavendum eſt, ne quid inimici.* Urſin.

46. *Aut qui ſuperfuerunt amiciſſimi ſint.*] Noſtri libri veteres habent, *aut qui fuerunt, ſint amiciſſimi.* Ego lectionem vulgatam tueor. Quod ſi quid mutandum, velim ſic legi, *aut, qui ſuperſunt, ſint amiciſſimi.* Lambinus.

47. *Augeamus ſuſpicionem.*] Quærat aliquis, quomodo auger ſuſpi-

l tuam *deeſt in MS.*

m motus *MSS. & edd. vett.*

n *alii* etiamſi.

o C. *deeſt in MS.*

p delapſa *MSS.*

q defluxerunt *Grav.*

l tuam. ſimul enim augebimus & diligentiam. nam quis eſt omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil umquam nec de ſua, nec de communi ſalute cogitans, qui non intelligat, tua ſalute contineri ſuam? & 48 ex unius tua vita pendere omnium? Equidem de te dies noctesque, ut debeo, cogitans, caſus dumtaxat humanos, & incertos eventus valitudinis, & naturæ communis fragilitatem extimeſco: doleoque, cùm respublica immortalis eſſe debeat, eam in unius mortalis anima
23 conſiſtere. Si verò ad humanos caſus incertosque m eventus valitudinis ſceleris etiam accedat inſidiarumque conſenſio: 49 quem deum, n ſi cupiat, opitulari poſſe reipublicæ credamus?

VIII. Omnia ſunt excitanda tibi, o C. Cæſar, uni; quæ jacere ſentis, belli ipſius impetu, quod neceſſe fuit, perculſa atque proſtrata: conſtituenda judicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda ſoboles: omnia, quæ 50 p dilapſa q jam fluxerunt, ſeveris legibus vin-

ſuſpicionem iſtam? reſpondeo. auget, quia ſatis periculi ei eſſe oſtendit in ipſa communis naturæ fragilitate. Multo igitur magis eſſet metuendum, ſi quid præterea ab inimicis ipſis eſſet metuendum. auget item, quia oſtendit, in unius ejus vita vitam omnium, atque adeo vitam P. R. totius conſiſtere, ut videlicet ſublato eo, reſp. omnis ſublata eſſe videatur. *Patric.*

48. *Ex unius tui.*] *Tua* Faërnus, & infra, *motus*, pro *eventus.* & *credimus*, pro *credamus.* paullo etiam poſt ita legit: *omniaque quæ dilapſa jam defluxerunt.* Urſin.

49. *Quem Deum ſi cupiat.*] Ita Pall. noſtri meliores præter nonum, neque alter S. Victoris, Colonienſ. duo Put. non *etiamſi*, ut vulgati: ſicque Plautus & Terentius. *Nec ſalus nobis ſaluti jam eſſe, ſi cupiat &c.* Gruter.

50. *Dilapſa jam fluxerunt.*] Quid ſi, *lapſa jam diffluxerunt.* vel *defluxerunt.* hoc magis quod Lambinus legit, *dilapſa diffluxerunt.* ſed & Manutius *defluxerunt.* Patric. *Fluxerunt.*] Poëta:

Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri.

Lucret. lib. II.

——— *minui rem quamque videmus,*
Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus ævo:
Ex oculisque vetuſtatem ſubducere noſtris. Abram.

Erfurt. & Egmontanus, *delapſa defluxerunt.* Dreſd. & Pith. *dilapſa defluxerunt.* Franc. prim. *delapſa fluxerunt.* Secund. *delapſa jam fluxerunt.* omnino *dilapſa* recte retinuit Lambinus & Gruterus. Notum illud Salluſtii, *diſcordiâ maxima res dilabuntur.* *defluxerunt*, tot optimorum codicum fide nixum, non audeo rejicere. Salluſt. Jugurthino: *Ubi per ſocordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturæ infirmitas accuſatur.* Grav.

51. Bel-

incienda ſunt. Non fuit recuſandum in tanto civili bello z tantoque animorum ardore & armorum, quin quaſſata reſpublica, quicumque belli eventus fuiſſet, multa perderet & ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ: (o) multaque uterque dux faceret armatus, quæ idem togatus fieri prohibuiſſet. quæ quidem nunc tibi omnia 51 belli vulnera f curanda ſunt: quibus, præter te, mederi nemo poteſt. 24

z tanto *MSS.*

f ſanandæ *MSS.*

52 Itaque illam (p) tuam t præclariſſimam & ſapientiſſimam vocem invitus audivi: 53 ſatis te diu vel naturæ vixiſſe, vel gloriæ. Satis, ſi ita vis, naturæ fortaſſe; addo etiam, ſi placet, gloriæ: at, quod maximum eſt, (q) patriæ certè parum. Quare omitte, quæſo, iſtam (r) doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam: noli noſtro periculo ſapiens eſſe. Sæpe enim 25

t præſentiſſimam *Grut. conj.*

P. cxxxv.

SCHOLIASTES.

(o) *Multaque uterque dux.*] Dicebat Cæſar. Videant qui mihi inſidias faciunt. mea nihil intereſt. ſatis diu vixi vel naturæ vel gloriæ. quaſi verba ſunt ſapientis philoſofi contempnentis vitam. Itaque inquit:

(p) *Tuam præclariſſimam.*] Primum concede, ne videatur contra ejus ſententiam venire. naturæ.

(q) *Patriæ certe parum.*] Inter admirabilitatem & laudem multum intereſt. miramur etiam mala. miraculum eſt magnitudo facti. laudamus beneficium (f. id notabatur ad verba ADMIRATIONIS PLUS).

(r) *Doctorum.*] Philoſoforum.

---

51. *Belli vulnera.*] Videndum an vacet, vel utrumque, vel prius ſaltem. Dicuntur autem belli vulnera, quæ reip. ſunt inflicta. *Patricius.* Valerius libro II. cap. 3. de Bellis civilibus agens: *Piget tædetque per vulnera reip. ulterius procedere.* & lib. VI. cap. 2. *Obducta jam vetuſtis cicatricibus bellorum civilium vaſtiſſima vulnera.* Abram.

52. *Itaque illam tuam præclariſſimam.*] Malim *præſentiſſimam*, cum mſ. Puteani. *Gruter.*

53. *Satis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ.*] Ita hunc locum legit Faërnus: & infra, *vixiſſe te ſatis.* Urſin. Lego, *Satis ſit, ſi ita vis, naturæ fortaſſe, addo* (vel *adde*) *etiam ſi placet gloriæ.* etiam Lambinus. *Patricius.* In optimo Erfurtenſi, ex quo tot loci ſunt reſtituti, legimus: *Satis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ.* & id quoque in veteri codice ſe reperiſſe teſtatur Lambinus in margine, ut ipſa Cæſaris verba commemorarit Cicero. In Dreſd. itidem non legitur *te*, quamvis *vixiſſe* ſit in illo, ut veſtigia veræ ſcripturæ retinuerit, quæ ex Erfurtenſi repoſui, quæque reponi voluit olim Faërnus, procul dubio ex vetuſto codice. *Græv.*

54. Au-

enim venit ad aures meas, te idem iſtud nimis crebrò dicere, ſatis te tibi vixiſſe. Credo: (s) ſed tum id [54] audirem, ſi tibi ſoli viveres, [55] aut ſi tibi etiam ſoli natus eſſes. nunc, cùm omnium ſalutem civium cunctamque rempublicam res tuæ geſtæ complexæ v ſint: [56] tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Hîc tu modum tuæ vitæ, non ſalute reipublicæ, ſed æquitate animi definies? (t) quid, ſi iſtud ne gloriæ quidem tuæ ſatis eſt? cujus te eſſe avidiſſimum, quamvis ſis ſapiens, non x negabis.

v ſunt *alii.*

x negabis? *ed. vet.*

26 [57] Parumne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus? immo verò aliis, quamvis multis, ſatis: tibi uni parum. [58] quidquid enim eſt, quamvis amplum ſit, id y certè parum eſt tum, cùm eſt aliquid amplius. Quòd ſi re-

y certè *deeſt in MS.*

SCHOLIASTES.

(s) *Sed tum ita audirem, ſi tibi ſoli viveres. Tantum abes a perfectione.*] Quaſi fabricæ facit translationem.

(t) *Quid ſi iſtud ne gloria quidem ſatis eſt.*] Redit ad ſententiam iterum reipublicæ.

---

54. *Audirem.*] Probarem, verum eſſe dicerem. nam, *audio*, apud comicos & ipſum Ciceronem aſſentientis eſt. *P. Manut.*

55. *Aut ſi tibi etiam ſoli.*] Faërnus delet *ſoli.* & paullo poſt, *Res tua geſta*, tollit verbum *geſta.* Urſin.

56. *Tantum abes.*] Fero. ſed tamen mallem fere: *tantumqui abſis.* hanc enim ſententiam his verbis libentius ſubeſſe exiſtimem. Cum tua ſalute ſalus reipub. contineatur (hoc eſt enim illud: *cum omnium ſalutem civium cunctamque remp. res tua geſta complexa ſint*) tu autem tantum abſis a perfectione eorum, quibus reſp. indiget, ut vix fundamenta eorum, quæ animo deſtinaſti, jeceris, in eone tu articulo temporis, terminum vitæ tuæ, æquitate potius animi tui quam reip. neceſſitate ſtatues? *abeſſe autem a perfectione aliquarum rerum* eſt, eas non perfeciſſe. eſt enim hoc loco *perfectio* verbale nomen, a perficio. Atque hæc quidem ſic, ſi ea, quæ ſtatim ſequuntur, ita ut ſunt, relinquenda ſunt. nunc ſi cui ad illud, *hic tu modum* addendum videretur *&*, vel *ſcilicet.* ſic: *& hic tu modum.* vel: *ſcilicet tu modum.* tum hoc quidem, *tantum abes*, ita ut eſt relinqui poteſt. *Patricius.*

57. *Parumne igitur inquies gloriam magnam relinquemus?*] Pall. plures, *inquies magna relinquemus*, quod & in Col. & Maur. poſter. placetque Gulielmio. cum intueor ſequentia, etiam prætereа videtur abjiciendum *magna.* Gruter.

58. *Quicquid eſt enim, quamvis amplum, id certe eſt parum tum, cum eſt aliquid amplius. quod ſi immortalium rerum tuarum &c.*] Ita legit hunc locum Faërnus, & recte, ut videtur. paullo ſupra, *Parumne igitur, inquies, magnam gloriam relinquemus.* Urſin.

59. Vi

rerum tuarum immortalium, C. Cæſar, hic exitus futurus fuit, ut, devictis adverſariis, rempublicam in eo ſtatu relinqueres, in quo nunc eſt: vide, quæſo, ne tua [z] divina virtus admirationis plus ſit habitura quàm gloriæ: ſiquidem gloria eſt illuſtris ac pervagata [a] multorum & magnorum, [59] vel in ſuos, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum.

z *divina deeſt in MSS.*

a multorum *deeſt in ed. pr.*

IX. HÆC IGITUR tibi reliqua pars eſt: [60] hic reſtat 27 actus, in hoc elaborandum eſt, ut rempublicam conſtituas, [61] eaque tu in primis [b] cum ſumma tranquillitate &

b *ita Grav. & alii* compoſita.

59. *Vel in ſuos cives.*] Faërnus delet vocem *cives:* & infra legit, *Eaque tu inprimis cum ſumma tranquillitate.* paullo etiam poſt: *Quamquam tuus iſte animus, nunquam his anguſtiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus, ſemper immortalitatis amore flagravit.* Urſin.

60. *Hic reſtat actus.*] Cum actionibus & fabulis conferre ſolent politicas actiones. Vide de Auguſto Tranquillum in Octaviano cap. 99. Hinc illud Ariſtidis orat. funebri in Eteoneum: *Non eſt quod vitæ cupidi ſimus aut moleſtiarum multitudine, vel longæ ſenectutis fructu, qualem quidem homines percipiunt, felicitatem metiamur potius, quam cum eo præclariſſime actum putemus, qui conceſſum ſibi vitæ ſpatium in res optimas inſumpſerit, ac tanquam poëta quiſpiam, nondum ſatiatis auditoribus & ſpectatoribus, fabulam abſolverit.* Seneca epiſt. 77. jam alibi citatus: *Quomodo fabula ſic vita: non quamdiu ſed quam bene acta ſit refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco deſinas, quocunque voles deſine: tantum bonam clauſulam impone.* Noſter in Catone Majore: *Quæ ſunt igitur voluptates corporum, cum auctoritatis præmiis comparandæ? quibus qui ſplendide uſi ſunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.* Vide ibidem: *Neque ſapienti usque ad Plaudite vivendum.* & extremis pene verbis, *Senectus autem peractio ætatis eſt, tanquam fabulæ: cujus defatigationem fugere debemus, præſertim adjuncta ſatietate.* Teles Pythagoricus: *Oportet ut bonum hiſtrionem, quamcunque perſonam poëta impoſuerit, eam agere concinne, ita & virum bonum, quamcunque perſonam impoſuerit fortuna. Ea enim, ut ait Bion, inſtar poëtriæ, nunc primas, nunc tertias partes, nunc Regis, nunc mendici perſonam imponit.* Abram.

61. *Eaque tu in primis compoſita ſumma tranquillitate & otio perfruare.*] Senſus. conſtituas remp. & ea compoſita, ſanus & incolumis quam diutiſſime in otio, antequam migres e vita (hoc enim ſignificat fere *in primis*) perfruare. vel *in primis*, id eſt inter primos. Lambinus neſcio quem nodum in ſcirpo quærit. *Patricius.* Miror hic nihil notaſſe Gruterum, cum tamen in veteribus codicibus magna ſit varietas, ut ante Lambinus obſervarat. In Pith. legitur: *Eaque tu in primis compoſita ſummo otio perfruare.* Erfurt. *Eaque tu in primis ſumma tranquillitate & otio perfruare.* Dreſd. & Franc. uterque: *Eaque tu in primis cum ſumma tranquillitate & otio perfruare.* quæ vera ſcriptura eſt, ut monuerunt Lambinus & Faërnus, qui audiendi erant. *Compoſita* irrepſit ex inter-

& otio perfruare: tum te, ſi voles, cùm & patriæ, quod debes, ſolveris, & naturam ipſam expleveris ſatietate vivendi, ſatis diu vixiſſe dicito. (*u*) Quid eſt enim omnino hoc ipſum diu, in quo eſt [c] aliquid extremum, quod cùm [d] venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo eſt, quia poſtea nulla futura [e] ſit? quamquam iſte tuus animus numquam his anguſtiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, [f] ſemper immortalitatis amore flagravit.

c aliquod *MS.*
d *venit* *MS.*
P. B.
e eſt *alii.*
f ſemperque *alii.*

28 Nec verò hæc tua vita [g] ducenda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur. illa, inquam, illa vita eſt tua, [h] quæ vigebit memoriâ ſæculorum omnium: quam poſteritas alet, [62] quam ipſa æternitas ſemper tuebitur. Huic tu inſervias, huic te oſtentes, oportet: quæ quidem, quæ miretur, jam pridem multa habet: nunc etiam, quæ laudet, exſpectat. [63] (*x*) obſtupeſcent poſteri certè imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, [64] monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos.

g *ita MSS.* *alii* dicenda.
h Cæſar, quæ *alii,*

29 (*y*) Sed, niſi hæc urbs ſtabilita tuis conſiliis & inſtitutis erit, vagabitur modò nomen tuum longè atque latè: ſe-

SCHOLIASTES.

(*u*) *Quid eſt enim hoc ipſum diu.*] Contra illam ſententiam quam dixit. Vel naturæ vixi. modo oſtendit nec naturæ ſatis vixiſſe.

(*x*) *Obſtupeſcent poſteri certe imperia.*] Quæ laudet. ſpectat & quæ eſt laus.

(*y*) *Sed niſi hac urbs ſtabilita tuis conſiliis. Diſſenſio.*] Bellum civile.

---

pretatione magiſtri, quæ in margine fuit adſcripta. Tò *in primis* oſtendit ſatis vocem *compoſita* eſſe male inculcatam, & huc non pertinere. Hoc enim ait, Ceteri quidem omnes cives Romani, ſed tu Cæſar, præ ceteris cum ſumma tranquillitate & otio perfruare ea, ſcilicet republica, quam conſtituiſti. *Gravius.*

62. *Quam ipſa æternitas ſemper intuebitur.*] Faërnus *tuebitur.* paullo poſt, *Pugnas innumerabiles incredibileſque victorias.* Urſin.

63. *Obſtupeſcent poſteri certe imperia, provincias.*] Mallem, *obſtupeſcent poſteri, crede mihi, imperia, &c.* ſcriptura, *tali crede in imperia.* Patricius.

64. *Monumenta, munera, victorias &c.*] Habet quidem Gruteri mſ. illud Puteani *innumera.* ſed tamen reſpicere potuit ad *munera* populo à Cæſare data, hoc eſt, ſpectacula ac ludos. ſed ne hæc quidem aptè cohærent cum bellis, monumentis, triumphis, & *innumera* vix dixit, cùm præceſſerit, *innumerabiles.* hæc Gulielmius. *Gruter.*

65. *Erit*

ſedem [i] quidem ſtabilem & domicilium certum non habebit. [65] Erit inter eos etiam, qui naſcentur, ſicut inter nos fuit, magna diſſenſio, [k] cùm alii laudibus ad cœlum res tuas geſtas efferent: alii fortaſſe aliquid (z) [l] requirent, idque vel maximum, niſi belli civilis (a) incendium ſalute patriæ reſtinxeris: [66] ut illud fati fuiſſe videatur, (b) hoc conſilii. Servi igitur iis [m] etiam judicibus, qui multis pòſt ſæculis de te judicabunt: & quidem haud ſcio, (c) an incorruptiùs quàm nos. nam & ſine amore, & [67] ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, & ſine invidia judicabunt. Id autem etiam ſi [n] tunc ad te, ut quidam fal-

i quidem *alii delent.*
k cum laud. *MS.*
l inquirent *MS.*
m etiam *deeſt in MS.*
n tum *MS.*

SCHOLIASTES.

(z) *Requirent alii fortaſſe.*] Alii, inquit, te habent laudare, alii reprehendere. quia dixit.

(a) *Incendium reſtinxeris.*] Ut illud civile.

(b) *Hoc conſilii.*] Salus reipublicæ.

(c) *An incorruptius.*] Quaſi & nos incorrupte judicemus. ne videatur blandiri. Epicurei dicunt poſt mortem nihil.

---

65. *Erit inter eos etiam.*] Non omnes poſteri tuæ gloriæ velificabuntur, ſed alii aliter de rebus a te bello geſtis ſentient: cum alii te ſummoperè laudabunt, & juſtam bellorum civilium cauſſam habuiſſe contendent: alii non item, ſed ajent te non ſervandæ reipublicæ, ſed ambitionis cauſſa bellum Pompejo intuliſſe, niſi re ipſa ſtabilieris rempublicam, & hanc ſuſpicionem ſalute patriæ abſterſeris: lenioribus tamen verbis hunc animi ſui ſenſum involvit, cavens Cæſarem offendere. non enim ait te *vituperabunt*, ſed *aliquid requirent*, addit *fortaſſe* quo magis oratio molliatur: non ait hominum ſuſpicionem de tua ambitione, ſed *belli civilis incendium*, ut hujusmodi ſuſpicionem magis ad ipſius belli naturam quàm ad Cæſaris mores derivet. Eandem adhibet rationem politiſſimus ſcriptor Iſocrates oratione ad Philippum, ut ante me notavit Petrus Victorius, de Alcibiade qui excitato belli civilis incendio & perturbato totius Græciæ ſtatu reditum in patriam extorſerat: Ἐκεῖνος μὲν οὖν τηλικούτων αἴτιος γενόμενος κατῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, μεγάλης μὲν δόξης τυχὼν, οὐ μὴν ἐπαινούμενος ὑφ' ἁπάντων. *Ille quidem tantorum auctor effectus in urbem rediit, magnam quidem gloriam adeptus, ſed qua non omnibus probaretur.* Abram.

66. *Ut illud fati videatur, hoc fuiſſe conſilii.*] Ita Faërnus. & *armatum* paullo poſt, pro *armatorum*, omnino melius: & *ut jam ille ſit melior, qui in acie cecidit, quàm qui in cauſa animam profudit.* Urſin.

67. *Sine cupiditate.*] Id. eſt ſine ſtudio partium. Sic *cupidi judices*, alibi apud noſtrum. *Cupide judicare* apud Sueton. Jul. de quo plura notavi alibi ad Tullium. *Grav.*

 68. *Ab*

falſò putant, non (*d*) pertinebit; o nunc certè pertinet, eſſe te talem, ut tuas laudes obſcuratura nulla umquam ſit oblivio.

X. (*e*) p DIVERSÆ voluntates civium fuerunt q diſtractæque ſententiæ. non enim conſiliis ſolùm r & ſtudiis, ſed armis etiam & caſtris diffidebamus. erat ſ autem obſcuritas quædam, erat certamen inter clariſſimos duces: multi dubitabant, quid optimum eſſet: multi, quid ſibi expediret: (*f*) multi, quid deceret: (*g*) nonnul-
31 li t etiam, quid liceret. Perfuncta respublica eſt v hoc miſero fatalique bello: vicit is, qui non fortunâ inflammaret odium ſuum, ſed bonitate leniret: x nec qui omnes, quibus iratus z eſſet, eosdem y etiam exſilio aut morte dignos judicaret. Arma ab aliis poſita, [68] aliis (*h*) erepta ſunt. Ingratus eſt injuſtusque civis, qui, armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum: ut a etiam ille ſit melior, [69] qui in acie cecidit, b qui in cau-

o non *MS.*
p Diviſæ *Gul.*
q diſtinctæque *MS.*
r ſed *MS.*
P. cxxxvi.
ſ enim *MS.*
t etiam *deeſt in MSS.*
v hoc *delet Lamb.*
x neque omn. *alii.*
y eſt *MS.*
z etiam *deeſt in MS.*
a jam *MSS.*
b quam qui *alii.*

SCHOLIASTES.

(*d*) *Pertinere.*] Sed fac quia verum dicunt. interim dum viro laudabilem fatorum de me eſſe famam.

(*e*) *Diverſa voluntates civium.*] Ad finem poſuit cauſam erroris, ut venialis locus ſit contra eos, qui ſumpſerant arma.

(*f*) *Multi quid ſe deceret.*] Oſtende neceſſitatem.

(*g*) *Nonnulli quid etiam liceret. Arma ab aliis poſita.*] Sponte poſita.

(*h*) *Erepta.*] A victis.

---

68. *Ab aliis erepta ſunt.*] Legerem, ſine *ab*, *aliis erepta.* vel *at* pro *ab*, *at aliis erepta ſunt.* Patricius. Guilielmius putabat vix iſtud eſſe Latinum, niſi abjecto *ab.* Grut. Nullum eſt dubium verum vidiſſe Patricium & Gruterum, delendum eſſe τὸ *ab.* Alii poſt pugnam Pharſalicam depoſuerunt arma, ut Cicero & plures alii. Aliis vero detracta & erepta ſunt arma, nimirum qui illa reſumſerant & in Africa renovarant bellum civile, his cum vincerentur extorta ſunt arma, ut cogerentur illa abjicere. Quod hic dicit *eripere aliis arma*, eleganter dixit in epiſtola ad Torquatum lib. VI. epiſt. 3. *victoria detrahere. Si armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis, civitas reſpiraverit.* Invitis tamen omnibus libris antiquis non ſuſtinui *ab* delere, quamvis id juberet & ſententia loci, & ratio Latinæ linguæ. Id tamen ſibi licere putavit P. Manutius, qui edidit ſine hac vocula *aliis erepta.* quod quidem non improbo, ſed imitari non auſim. Nam a libris ne latum unguem. *Grav.*

69. *Qui in acie cecidit, qui in cauſa animam profudit.*] Hæc lectio eſt Pal. pr. ſec. ter. neque ſecus Put. Colon. & Mauriciani duo, quod dudum prodidit Modius noſter Epiſtola cxxxi. Miſere hei

cauſa animam [70] profudit. quæ enim (*i*) pertinacia quibusdam, eadem aliis conſtantia videri poteſt.

[71] Sed jam omnis fracta diſſenſio eſt armis & exſtincta æquitate [c] victoris: reſtat, (*k*) ut omnes unum velint, qui modò habent aliquid [d] non solùm ſapientiæ, ſed etiam ſanitatis. [e] Niſi te, C. Cæſar, ſalvo & in iſta ſententia, qua [f] cùm antea, tum hodie [g] vel maximè uſus es, manente, ſalvi eſſe non poſſumus. Quare omnes te, qui hæc ſalva eſſe volumus, & hortamur, & obſecramus, ut [h] vitæ, ut ſaluti tuæ conſulas: omnesque tibi, ut pro aliis etiam loquar, quod de me ipſe ſentio, quoniam ſubeſſe aliquid putas, quod cavendum ſit, non modò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur. 32

XI. SED, [i] UNDE eſt orſa, in eodem [k] terminetur oratio: (*l*) maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæſar, majores etiam habemus. nam omnes idem ſentiunt: quod ex omnium precibus & lacrymis ſentire potuiſti. [72] Sed quia 33

c victoris *MS.*
d non ſapientiæ modo *id. MS.*
e Quia niſi *alii.*
f tum *alii.*
g vel *deeſt in MSS.*
h vitæ tuæ & ſal. conſ. *Lamb.*
i ut unde *edd. vett.*
k mea term. *Lamb.*

SCHOLIASTES.

(*i*) *Inter conſtantiam & pertinaciam.*] Perſeverare cum Pompejo conſtantia eſt; poſt Pompeji mortem adhuc tenere animum armatum jam non eſt conſtantiæ, ſed pertinaciæ.

(*k*) *Ut omnes unum velint.*] Quia dicebat timendas eſſe inſidias. purgavit conjecturalem partem. redit ad gratias unde cœpit oratio.

(*l*) *Maximas omnes tibi gratias agimus.*] Quare plurimum.

ſe torſit Lambinus, neque hilum profecit Hotomannus lib. IV. Obſervat. cap. 3. non magis quàm Victorius lib. XVI. Var. Lect. cap. 21. *Gruter.*

70. *Profudit.*] Proprie liquidorum eſt profuſio. Videtur alluſum ad Empedoclis ſententiam:

Ψυχὴ δ' ἀνθρώπου εἴλεται περικάρδιον αἷμα.
Quippe anima eſt fuſus circum præcordia ſanguis.

Hinc Maro I. Æneidos:

—— *Mene Iliacis occumbere campis*
Non potuiſſe, tuâque animam hanc effundere dextrâ?

Et Seneca actu I. Thebaidos:

Effundere hanc cum morte luctantem diu
Animam. —— Abram.

71. *Sed jam omnis &c.*] Exterminavimus *quia* volentibus Pall. omnibus, item Cerb. S. Vict. Put. Colon. tribus & Grut. neque heic tantum, ſed & periodo ſequenti: ubi erat: *quia niſi te, C. Cæſar*, & hæc quoque eorundem codicum concordi calculo. *Gruter.*

72. *Sed quia non eſt &c.*] Pal. nonus & quint. ſext. ſept. oct. dec. item Coll. tres, & *quia*, quod forſan propius accedit ad

quia non eſt 73 ſtantibus omnibus neceſſe dicere; (m) à me certè dici volunt: cui 74 neceſſe eſt quodammodo, & quòd volunt, & quòd decet, & quòd M. Marcello, à te huic ordini populoque Romano & reipublicæ reddito, fieri intelligo. nam lætari omnes, l non ut de unius ſolùm, ſed ut de communi m omnium ſalute, ſentio.

l non de MS.
m omnium deeſt in MS. omni alius MS.

P. B. 75 Quod autem ſummæ benivolentiæ eſt, n quæ mea
34 erga illum omnibus ſemper nota fuit, ut vix o C. Marcello, optimo & amantiſſimo fratri, p præter eum quidem, cederem nemini, (n) cùm id ſollicitudine, curâ, labore tamdiu q præſtiterim, quamdiu eſt de illius ſalute dubitatum: certè hoc tempore, magnis curis, moleſtiis, doloribus liberatus, præſtare debeo. Itaque, C. Cæſar, ſic tibi gratias ago, 76 ut omnibus me rebus à te (o) non con-

n quæ erga MS.
o in MS. eſt M. in aliis deeſt.
p præterea quid. add. quad.
q obſtiterim MS.

SCHOLIASTES.

(m) *A me dici volunt.*] Quia amicus Marcello ſum; Quare te diligunt quia nulli cedo in amore Marcello niſi fratri.

(n) *Cum ea ſollicitudine.* Quaſi ſollicitus de illo fui.

(o) *Non conſervato ſolo.*] Quia ſalutem accepit.

---

verum. Videtur enim legendum: *Id quia*, ut referatur ad ſuperiora. *Gruter.*

73. *Aſtantibus omnibus.*] Faërnus *omnibus ſtantibus.* & paullo poſt, *præter eum quidem*, pro *præterea quidem*, legit, & infra in fine orationis delet *in me unum.* Urſin. *Stantibus omnibus &c.*] E more veteri Senatorum, qui aut ſententiam ſuam ipſi, & ſi quid vellent præterea, dicebant, idque ſtantes: aut quibus videbatur, aſſentiebantur ſedentes. Epiſtola ad Q. Metellum. Gulielmius. *Grut.*

74. *Neceſſe eſt quodammodo, & quod volunt, & quod decet, & quod M. Marcello à te &c. reddito, fieri intelligo.*] Exhibui ferè ſcripturam primarum editionum. nam poſteriores nimium ab iis divertunt. & ſic quoque Pall. aliquot. notæ tamen melioris, item Colonienſis ille, tantum habebant, *neceſſe eſt quodammodo. & quod fieri decet M. Marcello à te &c. reddito fieri id intelligo.* talia ferè reperta Lambino apparet ex ejus notis; neque ſecus erat in excuſſis à Puteano. *Idem.*

75. *Quod autem ſumma benevolentia eſt.*] Fere legerem, vel, *ſummum benevolentiæ eſt*, vel potius, *ſignum benevolentiæ eſt*, atque adeo, *ſignum ex benevolentia eſt, quæ mea erga illum, &c.* nam antiqui, *ea, ea*, & *altera, altera*, ut *mea, mea* inflectebant. Præterea autem illud, *quod autem ſummæ*, ſcriberem minore littera, duobus præpoſitis punctis, ſic, *ſalute ſentis: quod autem ſummæ.* Patric.

76. *Ut omnibus me rebus.*] Forte, *ut ſi omnibus in rebus.* vel, *quaſi omnibus mi rebus.* *Mi* autem dativus eſt antiquus. Senſus. tam tibi gratias, quam ſi mihi magnus cumulus acceſſerit, &c. alioqui ſi hoc loco vulgata ſcriptura relinquenda eſt, tum in fine ſa-

ac

conſervato ſolùm, (*p*) ſed etiam ornato, tamen 77 ad tua r innumerabilia in me unum merita, quod fieri jam poſſe non arbitrabar, ſ maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit.

r *ita Grav. alii aliter.*
ſ magnus *MS.*

SCHOLIASTES.

(*p*) *Sed etiam ornato.*] Quia dictator Cicero factus eſt Italiæ.

FINIT PRO M. MARCELLO.

ne neceſſario, ut mihi quidem videtur, legendum erit, non, *acceſſerit*, ſed, *acceſſiſſe videatur.* ſic: *maximus hoc tuo facto cumulus acceſſiſſe videatur.* vel: *maximum hoc tuo facto cumulum acceſſiſſe profitear.* Sic enim exponendum erit. Sic tibi gratias ago, ut, cum ego a te, omnibus rebus non ſolum conſervatus, ſed etiam ornatus ſim, tamen hoc facto tuo (quod fieri jam poſſe non arbitrabar) maximus cumulus ad innumerabilia tua in me unum merita acceſſiſſe videatur. vel: *maximum cumulum acceſſiſſe profitear.* Ego autem cum aliquanto poſt ea mecum aliquamdiu recognoſcerem, quæ ſunt in extremo hujus orationis, equidem ſic omnia legenda eſſe exiſtimavi: *Sed quia jam omnis finita diſſenſio eſt & exſtincta æquitate victoris, reſtat, ut omnes unum velint, qui modo habent aliquid non ſolum ſapientiæ, ſed etiam ſanitatis: quia niſi te, C. Cæſar, ſalvo, & in iſta ſententia, qua, cùm antea, tum hodie vel maxime uſus es, manente, ſalvi eſſe non poſſumus. Quare omnes te, qui hæc ſalva eſſe volumus, & hortamur, & obſecramus, ut vitæ & ſaluti tuæ conſulas, omneſque tibi, ut pro aliis etiam loquar, quod de me ipſo ſentio, quoad ſubeſſe aliquid putas, quod cavendum ſit, non modo excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus pollicemur. Sed ut, unde eſt orta, in eodem terminetur oratio mea, maximas tibi omnes, C. Cæſar, M. Marcello a te huic ordini populoque Romano, & R. P. reddito, gratias agimus, majores etiam habemus, quod ex omnium precibus & lachrymis ſentire potuiſti. Sed quod non eſt a ſtantibus omnibus neceſſe, id a me certe dici neceſſe eſt quodam modo: & quod ii volunt, & quod ego præcipue id a me deberi intelligo. nam lætari quidem omnes, non ut de unius ſolum, ſed ut de communi omnium ſalute, ſentis: quod autem ſignum ea benevolentiæ eſt, quæ mea erga illum omnibus ſemper nota fuit, ita ut vix C. Marcello, optimo & amantiſſimo fratri, præter eum quidem cederem nemini: cum id ſollicitudine, cura, labore, tamdiu præſtiterim, quamdiu eſt de illius ſalute dubitatum, certe hoc tempore magis, curis, moleſtiis, doloribus liberatus, præſtare debeo. Itaque, C. Cæſar, ſic tibi gratias ago, quas omnibus in rebus a te non conſervato ſolum, ſed etiam ornato, tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri jam poſſe non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit.* Patricius.

77. *Ad tua innumerabilia in me unum merita.*] Vis eſt in ſingulis verbis. primum, *merita*, vocat, quæ majora ſunt quàm ſtudia, officia, beneficia: deinde addit, *innumerabilia:* poſtremo, *in me unum*, hæc augeri non videntur poſſe, augentur tamen ſubjectis verbis, *maximus cumulus acceſſerit.* non enim aliquid, ait, acceſſiſſe, ſed cumulum, nec ſimpliciter cumulum, ſed maximum.

Eodem id pertinet, *quod fieri jam poſſe non arbitrabar.* Nec illud ſine judicio prolatum, *hoc tuo facto.* nam, *hoc tuo merito* languidius eſſe videbatur, præſertim cum dixiſſet, *Ad tua innumerabilia in me unum merita*; quæ Marcelli ſalute vehementer aucta ſignificat. *P. Manut.*

P. CXXXVII.

M. TULLII CICERONIS PRO Q. LIGARIO AD C. CÆSAREM,

ORATIO QUARTA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

QUintus Ligarius legatus, cum Conſidio fuiſſet profectus, Africam ita adminiſtravit, ut cum Conſidius ad conſulatus petitionem vellet venire Romam, pro ſe Ligarium faceret. Cœpit Ligarius Africam tenere legati jure diſcedente Conſidio. Interea evenere bella civilia inter Pompejum & Cæſarem. Fratres Ligarii cum Cæſare ſenſerant. ſenatus juſſit in ſortem mitti nomina ſenatorum. ut imperatores novi mitterentur ad tenendas provincias. Africa evenit Tuberoni. rumor pervenit ad Africam jam bella geri Pompejana. Africa ſtudio ferebatur in Pompejum; quærebat ducem. Quodam tempore Varus in Africa prætor fuerat. ſic placuerit Afris, ut cum ſe obtuliſſet ſtatim fieret imperator in Africa contra Cæſarem. Navigavit Tubero cum Panſa patre. cum veniſſet ad Africam pro Pompejo mandavit illis Varus. Decedite: jam ego teneo Africam. Pompejanis commiſſa eſt. Interea, ſicut dixit Livius, oppreſſus eſt Tubero & Panſa, fugerunt ad Pompejum. cum quærerentur. inter has moras ſupervenit Curio ad Africam. victus eſt a Juba rege Curio. mandavit Varus ad Pompejum. Scias Curionem ducem occiſum eſſe in Africa, tua eſt provincia. Gratulatus Pompejus vocavit Tuberonem & Panſam. quid querimini, inquit, & illi noſtri ſunt. pro nobis dimicarunt. non poſſum vos vindicare. Occiſus poſtea Pompejus. perſeveravit in armis ſola Africa. ibi periclitatus usque ad extremum Cæſar. unde oderat eos vel maxime. qui in Africa fuerant, quia jam non pro Cæſare pugnabat. (ſ. pro Pompejo pugnabant) ſed pertinacia. unde inexorabilis vel maxime fuerat his, qui in Africa contra Cæſarem ſuſceperant. Victus eſt in Africa poſtea Juba rex. occiſus eſt Petrejus. occiſus Cato. occiſus Scipio. occiſis patribus (ſ. partibus aut occiſus Labienus) in Africa. Ligarius latuit ſemper, quærebat illum ad interitum Cæſar eo tempore quo dedit intelligentiam (ſ. indulg.) Marcello vel maxime inimico, ſpem

cæperunt fratres Ligarii poſſe habere. collecta multitudine populi, poſtquam ignovit Marcello in ſenatu, cæpit quaſi populus Romanus pro Ligario petere. ſtetit Cæſar dubius, cum vellet pæne ignoſcere ſurrexit Tubero, cui jam indulgentiam dederat, & dixit. in Africa fuit. ſcit enim, quia eos maxime execrabatur, qui in Africa fuerunt. Accuſat modo Tubero vel Panſa pater ejus. accuſant Ligarium quod in Africa fuit. Adeſt ille Cicero; ſtatus venialis per caſum, per imprudentiam & per neceſſitatem. Omni igitur parte conſiſtit. narrationem probamus; genus cauſæ admirabile. quod iſte odit reum. quod odioſa perſona eſt Cæſari. In iſta oratione per hironiam eſſe principia intelligamus. Scholiaſtes. [Habita A. V. C. DCCVII.]

I. [1] (*a*) NOVUM crimen, C. Cæſar, & ante hunc diem [a] inauditum (*b*) propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuiſſe: [a] idque (*c*) C. [b] Panſa, præſtanti [c] vir (*d*) ingenio, I

a non auditum *MSS.*

b Panſæ *MS.*

c vir *deeſt in MSS.*

SCHOLIASTES.

INCIPIT PRO LIGARIO.

(*a*) *Novum crimen.*] Per irriſionem. lapſa eſt admirabilitas. magnum crimen adfero. quia in Africa Ligarius fuit. quia oderat locum Cæſar. Ideo ergo ille locum objecit Cæſari Africæ.

(*b*) *Propinquus meus.*] Dicebatur enim Tubero ſororem Ciceronis duxiſſe uxorem.

(*c*) *Idque Gaſus Panſa.*] Irridet patrem etiam.

(*d*) *Ingenio præſtanti fretus.*] Fortaſſe quia ipſe Panſa voluerat Africam tenere; G. Panſa non auſus eſſet hoc dicere. niſi fretus familiaritate. nam ſi crimen eſſet tenere Africam, ipſe crimen de ſe intelligeret. Panſa enim ad Africam obtinendam cum filio venerat.

---

1. *Novum crimen.*] Totum hoc procemium Ironiâ conſtare ex Quintiliano & Aquila notum eſt. Orditur a propoſitione criminis, addita confeſſione Panſæ: cujus perſonam adjunctis ornat. *Franc. Fabritius.* Georgius Trapezuntius eos cæcos eſſe ſcribit, qui hoc loco ironiam vident: Magis videlicet ſe lynceum putavit quam Fabius aut Martianus, qui hic agnoſcunt non ſolum ironiam, ſed etiam ironiam longe pulcherrimam: Alii hæc verba, *Novum crimen, C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum*, ex ipſa Tuberonis oratione deprompta putant, quæ Cicero ſalſe derideat, initio ſuæ defenſionis uſurpans. *Abram.* Vide de hac oratione in primis Quintilianum IV. 1. & IX. 2. nec non XI. 3. ubi docet quo geſtu corporis totum hoc exordium ſit exponendum. *Grav.*

2. *Idque C. Panſa.*] Legerem fere, *id quod.* refero autem ad crimen. Id videlicet crimen Tubero detulit, quod jam Panſa eſt confeſſus. Oſtendit autem neque novum eſſe, quod aliquis ante

[d] eadem fam. *MSS.*
[e] ſcire *MSS.*
[f] eſt id *MSS.*
[g] ut *deeſt in MSS.*
[h] C. *non eſt in MS.*
[i] ut integr. jam *alii.*
[k] non ſolum lib. *alii.*

nio, fretus fortaſſe [d] ea familiaritate, quæ eſt ei tecum, [3] auſus eſt confiteri. Itaque, (*e*) quò me vertam, neſcio. paratus enim veneram, cùm tu id neque per te [e] ſcires, neque audire aliunde potuiſſes, ut ignoratione tua ad hominis miſeri ſalutem abuterer: ſed quoniam diligentiâ inimici inveſtigatum [f] eſt, quod latebat, confitendum eſt, [g] ut opinor: præſertim (*f*) cùm meus neceſſarius, [h] C. Panſa, fecerit, [i] ut id jam integrum non eſſet: (*g*) omiſſâque controverſiâ omnis oratio ad miſericordiam tuam conferenda eſt, (*h*) quâ plurimi ſunt conſervati, cùm à te [k] non liberationem culpæ, [4] ſed errati veniam impetraviſſent.

2 Habes igitur, Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum, confitentem reum: ſed tamen ita confitentem [5] ſe in ea parte fuiſſe, quâ te, Tubero, qua virum omni

SCHOLIASTES.

(*e*) *Quo me vertam.*] Totum irridet.

(*f*) *Cum meus neceſſarius.*] Conſilium habuimus negandi. Fecit Tubero, ut non habeamus integrum conſilium id quod cogitamus (f. cogitabamus) fecit ne jam ſit integrum. totum irridet.

(*g*) *Omiſſâque controverſiâ.*] Ecce venialis oratio.

(*h*) *Qua plurimi ſunt conſervati.*] Tangit ipſum Tuberonem & patrem ipſius, qui indulgentiam meruerunt.

Tuberonem eſt confeſſus, neque crimen ingens, quod præſtanti vir ingenio diſſimulandum aut celandum ſibi eſſe non exiſtimavit. ita hic quoque ab ironia non diſcedit. *Patricius.*

3. *Auſus eſt confiteri.*] *Auſus*, ironice plane loquitur quaſi de re magna, ſi diis placet. *Auſus*, autem, *confiteri*, non pro teſtimonio, ab accuſatore productus adverſus Ligarium, ut aliquis exiſtimet, ſed dum, una cum Ligarii fratribus, Cæſari pro Ligario hoc noſtro ſupplicaret. alioqui non dixiſſet, *confiteri*, de teſte adverſus reum producto: ſed dixiſſet, *dicere in eum:* vel jam *profiteri*, potius quàm *confiteri*. Idem.

4. *Sed errati veniam.*] Diſtinguit erratum a culpa, ut minuat peccatum ſuum aliorumque, qui pro Pompejo pugnaverant. erratum enim appellat, non culpam. Ad hanc ſententiam pertinet illud pro Marcello: *Omnes enim, qui ad illa arma fato ſumus, neſcio quo reip. miſero funeſtoque compulſi, etſi aliquâ culpâ tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus.* Quo loco non ſimpliciter *culpam* vocat, *ſed aliquam culpam & erroris humani*, in quem homines incidere omnes poſſunt. Ibidem paullo poſt ignorationem vocavit & metum. *Non ille*, inquit, *hoſtes induxit in curiam, ſed judicavit a plerisque ignoratione potius & falſo atque inani metu quàm cupiditate, aut crudelitate bellum eſſe ſuſceptum.* P. Manut.

5. *Se in ea parte fuiſſe, qua te Tubero, qua virum omni laude dignum,*

omni laude dignum, patrem tuum. itaque priùs de ve-
ſtro delicto confiteamini neceſſe eſt quàm Ligarii ullam
culpam reprehendatis. (*i*) Q. [l] igitur Ligarius, cùm eſſet l enim *MSS.*
adhuc nulla belli ſuſpicio, [6] legatus in Africam cum [m] C.
Conſidio [n] profectus eſt: qua in legatione & civibus, m conſu *MSS.*
& ſociis ita ſe probavit, ut (*k*) decedens [o] Conſidius pro- n procon
vinciâ ſatisfacere hominibus non poſſet, ſi [7] quemquam ſule prof. *alii.*
alium [8] provinciæ præfeciſſet. Itaque Q. Ligarius, cùm
diu o è prov. *alii.*

SCHOLIASTES.

(*i*) *Quintus enim Ligarius.*] Dixit principia. narratio incipit per imprudentiam. nam partibus imprudentiæ utitur ad venialem.

(*k*) *Decedens Conſidius.*] Ad conſulatus petitionem.

---

num, patrem tuum.] Supple, fuiſſe confitetur: vel, fuiſſe oſtendam. alioqui planius erit, ſi legas, *ſe in ea parte, qua te Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum, fuiſſe.* Atque hoc eſt potiſſimum in hac defenſione telum in adverſarium vibratum & contortum. *Patric.*

6. *Legatus.*] Hunc Græci quoque ſcriptores hiſtoriæ Romanæ communi voce πρεσβευτὴν, & propria ὑποστράτηγον nominant, quod eſſet tanquam vicarius Imperatoris. Καλοῦσι δὲ πρέσβεις τοὺς τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἑπομένους εἰς βοήθειαν. Id eſt, *Legatos vocant eos, qui præſides provinciarum auxilii gratiâ comitantur,* ait Appianus lib. I. Ἐμφυλίων. Hos Cicero in Vatinium, *Nuntios pacis ac belli curatores, interpretes, auctores bellici conſilii, miniſtros muneris provincialis* appellat. Eoſdem Appianus in Mithridatico ὑπηρέτας ἀπὸ τῆς βουλῆς, *miniſtros e Senatu* vocat. *Fr. Fabrit.*

7. *Quemquam alium.*] Quæſtor enim relinqui ſolebat, qui honore legatis præſtabat. propterea, quum Q. Thermus præficere legatos potius quàm quæſtorem provinciæ vellet, conſilium improbans, ad eum Cicero ſcripſit his verbis: *Mihi, magis magiſque quotidiè de rationibus tuis cogitanti, placet illud meum conſilium, quod initio Ariſtoni noſtro, ut ad me venit, oſtendi, graves te ſuſcepturum inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis a te ignominia affectus eſſet, & hercle ſine dubio erit ignominia. habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem. ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipſo vincit viros optimos homineſque innocentiſſimos, legatos tuos, quòd & quæſtor eſt, & quæſtor tuus.* P. Manut.

8. *Provinciæ præfeciſſet.*] Proconſules aut etiam Prætores, ſi ante ſucceſſoris adventum e provincia diſcederent, Quæſtorem aut unum e legatis cum imperio relinquebant. ita tamen ut contumeliæ loco duceretur, ſi legatum quæſtori præponerent. libro II. ad Famil. epiſtol. 18. Q. Thermum hortatur ut decedens præficiat potius provinciæ quæſtorem quam legatum: *Oſtendi graves te ſuſcepturum inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis a te ignominiâ affectus eſſet, & hercle ſine dubio erit ignominia. habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem. Ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipſo vincit viros optimos homineſque innocentiſſimos legatos tuos, quòd & quæ-*

P. B. accepit liv. cum MS. diu recuſans nihil profeciſſet, provinciam p accipit invitus: q cui ſic præfuit in pace, r ut & civibus, & ſociis gratiſſima eſſet ejus integritas & fides.

ut civ. MS. ſalutis cauſa alii. tum alii. (*l*) Bellum ſubitò exarſit: (*m*) quod, qui erant in Africa, ante audierunt geri quàm parari. quo audito, 9 partim cupiditate inconſiderata, partim cæco quodam timore, primò s ſalutis, 10 pòſt etiam ſtudii ſui, quærebant aliquem ducem: t cùm Ligarius, domum ſpectans & ad ſuos redire cupiens, nullo ſe implicari negotio paſſus eſt. In-

SCHOLIASTES.

(*l*) *Bellum ſubito exarſit.*] Pompeji & Cæſaris. quare non hoc pacto ſtatim venit & junxit ſe fratribus.

(*m*) *Quod, qui erant in Africa, antea audierunt geri quàm parari.*] Ergo jam non poterant.

---

quæſtor eſt, & quæſtor tuus, &c. Paulo poſt: *Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios, præſertim cum ſine cujusquam reprehenſione legatis quæſtorem poſſis anteferre?* Et epiſt. 15. idem ſe feciſſe teſtatur: *Ego de provincia decedens quæſtorem Cœlium præpoſui provinciæ. Puerum, inqui.: At quæſtorem, at nobilem adoleſcentem, at omnium fere exemplo: neque erat ſuperiore honore ullus, quem præficerem, &c.* Eadem VI. ad Atticum epiſt. 6. *Nos provinciæ præfecimus Cœlium, &c. Nam præter fratrem nemo erat, quem ſine contumelia quæſtori, nobili præſertim, anteferrem, &c. Pompejus eo robore vir, his radicibus Q. Caſſium ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium, Ego ſorte datum offenderem, aut etiam inquirerem in eum quem reliquiſſem.* Cum igitur ſine ignominia non ſoleret quæſtori legatus anteferri, ac proinde videri poſſet Ligarius legatus ambitioſè provinciam Africam impetraſſe, quæſtore rejecto, huic ſuſpicioni prudenter occurrit, aiens Ligarium integritate & innocentia ita ſibi provincialium amorem conciliaſſe, ut decedens è provincia Conſidius ſatisfacere hominibus non poſſet, ſi quemquam alium provinciæ præfeciſſet. *Abram.*

9. *Partim cupiditate inconſiderata.*] Una cauſa unius partis hominum cupidorum. *Fr. Fabritius. Cupiditate inconſiderata.*] Quod faverent Pompejo. *Patric.* Manutius, *cupiditate belli gerendi.* Sed iſtius ellipſeos exemplum non reperies. Uterque neſcivit, quid ſit *cupiditas*, nimirum ſtudium partium, ſive, ut barbari loquuntur, partialitas. Sic *cupidus judex, teſtis*, ut alibi vidimus. Pro *cupiditate* in ſequentibus verbis ſtatim dicit *ſtudium*. Græv.

10. *Poſt etiam ſtudii ſui.*] In Pompejum, qui anno ætatis ſuæ XXXIV. victo Cn. Domitio, Africæ res compoſuerat. Plutarchus in Pompejo. *Fr. Fabrit. Primo ſalutis cauſâ, poſt etiam ſtudii ſui quærebant aliquem ducem.*] Etſi τὸ *ſui*, ad *ſtudii*, referri poſſe videatur, tamen ego libentius pro eo reponerem, *ſibi*. Sibi quærebant aliquem ducem. Sed probo Lambinum ex libris veteribus: *Primo ſalutis, poſt etiam ſtudii ſui quærebant aliquem ducem.* delet videlicet τὸ *cauſa*, Patricius.

11. P.

Interim [11] P. [v] Attius Varus, [12] qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. ad eum ſtatim concurſum eſt. Atque ille non mediocri cupiditate [x] arripuit imperium, ſi illud [y] imperium eſſe potuit, quod [z] ad privatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico conſilio deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale [a] negotium cuperet effugere, paullum adventu Vari [b] conquievit.

II. Adhuc, C. Cæſar, Q. Ligarius omni culpa [c] vacat. [13] domo eſt egreſſus (*n*) non modò [d] nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli: legatus in pace profectus, in provincia pacatiſſima ita ſe geſſit, ut ei pacem eſſe expediret. Profectio certè animum

v *ita Græ* *alii* Accius
x ſtatim arr. *MS.*
y tamen imp. *MS.*
4
z à privat *MS.*
a neg. fugeret *MS.*
b conquibit *MS.*
c caret *Ia* *MS.*
d nullum *alii delent.*

SCHOLIASTES.

(*n*) *Non modo nullum ad bellum.*] Pacis enim tempore profectus eſt.

---

11. *P. Attius Varus.*] Πούβλιος Ἄττιος Οὔαρος, bene Dio libro XLI. quem Appianus libro II. Οὔαρον Ἀττίδιον, & Plutarchus in Catone Οὔαρον Ἄππιον mendoſe vocant. Usquequaque male acceptus fuit Attius. Nam & Tullus Attius, Volſcorum rex, ſive princeps, apud Dionyſium Halicar. Ἀττίδιος quodam loco, apud Plutarchum in Coriolano Τύλλος Ἀμφίδιος, in Cicerone Τύλλιος Ἄππιος nominatur. Hunc P. Attium Cingulum tenuiſſe Cicero ſignificat lib. VII. ad Attic. Cæſar illum Auximum tenuiſſe atque inde profugiſſe auctor eſt. *Fr. Fabrit.* *Attius Varus* legitur in Colonienſi & Dreſdenſi; ſed in Erfurtenſi & Pith. *P. Actius Varus.* Editio Manutii ſcribit *P. Accius Varus.* Sed neſcivit Varos æque eſſe familiæ Atiæ ac Balbos, id quod dudum oſtendit Steph. Pighius in Annalibus Populi Romani in Tomo III. Sane Attii Vari ſæpe fit mentio in Jul. Cæſare. vide VIII. de Bello Gallico 28. & in pluribus aliis locis. in nonnullis legitur *Atius*, in editionibus minus emendatis *Accius.* Sed *Atius* recte ſcribitur, ut ex Virgilio docuit Torrentius ad cap. 4. Octav. in Suetonio. *Grævius.*

12. *Qui prætor Africam obtinuerat.*] Prætor hic eſt, pro prætore, ſeu prætorio imperio: non enim in Prætura, ſed ex Prætura, ut Cæſar ait, Varus Africam obtinuerat: eſtque valde uſitatum, ut is, qui Præturâ functus in provinciam miſſus eſt, non ſolum pro prætore, ſed & Prætor nominetur. Qui autem Prætores in urbe vel jus dixerant, vel de publicis criminibus quæſierant, ii his temporibus poſtero anno provincias adminiſtrabant. *Fr. Fabritius.*

13. *Domo eſt egreſſus, non modo nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli.*] Quintilianus de Narratione adducit hunc locum ita, *Non modo ad bellum, ſed ne &c.* ut de ſequentibus [illegible] negatio fit. Cujus ſimile eſt in epiſtola ad Plancu[illegible] *[illegible]ltum quidem liberum ferre poſſit.*
C[illegible]

mum tuum non debet offendere. num igitur remanſio? multò minus. (o) nam profectio voluntatem habuit non turpem, [14] remanſio etiam neceſſitatem honeſtam. Ergo hæc duo tempora carent crimine: unum, cùm eſt legatus profectus: alterum, cùm, [e] efflagitatus à provincia, præpoſitus Africæ eſt.

e & flag. *MS.*

5 Tertium [f] eſt tempus, quo poſt adventum Vari in Africa reſtitit. quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis. (p) An ille, ſi potuiſſet [g] illinc ullo modo evadere, [h] Uticæ potiùs quàm Romæ: cum P. Accio quàm cum concordiſſimis fratribus: cum alienis eſſe quàm cum ſuis maluiſſet? cùm ipſa legatio plena deſiderii ac ſollicitudinis fuiſſet, propter incredibilem quendam fratrum amorem, hic æquo animo eſſe potuit, belli [i] diſcidio diſtractus à fratribus?

f quidem temp. *MS.* g illinc *deeſt in MS.* h Uticæ quam Ro. *MSS.* P. CXXXVIII. i diſſidio *alii.*

6 Nullum igitur habes, Cæſar, adhuc in Q. Ligario ſignum [15] alienæ à te voluntatis, cujus ego cauſam animadverte, quæſo, qua fide defendam, [k] cùm prodo meam. O clementiam admirabilem atque omni laude, prædicatione, litteris monumentiſque decorandam! [l] M. Cicero apud te defendit, [16] alium in ea voluntate non

k cùm *non eſt in MS.* l cum M. Cic. *MS.*

SCHOLIASTES.

(o) *Nam profectio voluntatem habuit.*] Venialis per caſum & neceſſitatem.

(p) *An ille ſi potuiſſet... cujus ego cauſam animadverte qua fide.*] Omne leve peccatum, vel pene (mſ. ſuperſcriptum habet huic voci *magnum*, cum nota trium punctorum, quaſi ante illam poni deberet) innocentiæ perſonam ſumit comparatione pejoris. puta homicida eſt. compara illi parricidam & innocens invenitur. voluntate ipſe Cicero arma ſuſcepit. & voluntate pugnavit. & defendendo Ligarium non voluntate pugnaſſe. cum illum ſic defendit (ſ. defendit tamen) ſe prodidit. Damnat enim eos qui voluntate ſumpſerunt. ergo ſi hi, qui voluntate ſumpſerunt arma, abſoluti ſunt, ille, qui neceſſitate oppreſſus eſt, damnari debet.

---

14. *Remanſio etiam neceſſitatem honeſtam.*] Additur in Ven. quod valde vereor ut extrinſecus alicunde irrepſerit: *Remanſio etiam neceſſitatem honeſtam ut urgeret profecturam.* Camer.

15. *Aliena à te voluntatis.*] Fortaſſis tollendum, *a te*, nam abſque eo idem, quod cum eo ſignificat. vel legendum *alienata*, pro *aliena a te*. Patricius.

16. *In ea voluntate non fuiſſe.*] Non dicit in ea factione. Hoc enim jam de Ligario confeſſus eſt. ſed ait: *in voluntate.* nam etſi Ligarius contra Cæſarem ſtetit, non voluntate id tamen factum Ligarii eſt: ſed neceſſitate ipſa expreſſum. *Idem.*

non fuiſſe, in qua ſeipſum confitetur fuiſſe: nec tuas tacitas cogitationes extimeſcit: nec, quid tibi de alio audienti de ſe ipſo occurrat, reformidat.

III. Vide quàm non reformidem: vide, quanta lux liberalitatis & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. quantum potero m voce contendam, ut n hoc populus Romanus exaudiat.

m vocem *Lamb.*
n hic *MS.*

(*q*) Suſcepto bello: Cæſar, [17] geſto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, judicio o ac voluntate [18] ad ea arma profectus ſum, quæ erant ſumpta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, (*r*) qui, cùm hoc ſciret, tamen me, antequàm vidit, reipublicæ reddidit: qui ad me ex Ægypto litteras miſit, (*s*) ut eſſem idem, qui fuiſſem: qui p cùm ipſe imperator in toto imperio populi Romani unus eſſet, [19] q eſſe me alterum paſ-

7
o meo ac *alii.*
p me cum *MS.*
q eſſe alt. *idem MS.*

SCHOLIASTES.

(*q*) *Suſcepto bello.*] Iſta confeſſio Ciceronis defenſio eſt Ligarii.
(*r*) *Qui cum hoc ſciret.*] Quia voluntate ad arma veniſſem.
(*s*) *Ut eſſem idem qui fuiſſem.*] Juſſit enim illum etiam imperatorio jure tenere Italiam dictatorio jure.

17. *Geſto etiam ex magna parte.*] Pulſo ex Italia Pompejo, inclinata jam re, ut ſcribit Cæſar ad Ciceronem epiſt. 8. lib. x. ad Attic. & ipſe ad Cæcinam epiſt. 6. inquit: *Suſceptum bellum eſt, quieſcente me: depulſum ex Italia, manente me.* Fr. Fabritius.

18. *Ad ea arma profectus ſum.*] Profectus ſum ad Pompejum in Græciam, qui arma contra te ſumpſerat, Cæſare in Hiſpaniam profecto. Ciceronem ex Italia ad Pompejum trajeciſſe Plutarchus ſcribit. Cæſar L. Lentulo, C. Marcello Coſſ. menſe Aprili ex urbe in Hiſpaniam profectus fuit, epiſt. 3. & 4. lib. x. ad Attic. Cicero VII. Id. Junii transmiſſurus in Græciam ad Pompejum, in navim conſcendit, epiſt. 7. lib. XIV. Famil. *Idem.*

19. *Eſſe me alterum paſſus eſt.*] M. Tullius, Ser. Sulpicio & M. Marcello Coſſ. in Ciliciam pro conſule profectus, Amano pacato, perpetuoque hoſte inde ſublato, rem ſatis proſpere geſſit, Imperatorque ſalutatus fuit. Lib. V. ad Attic. epiſt. 10. Lib. II. & III. & lib. XV. Famil. unde Plutarchus, exponens res a Cicerone in Cilicia geſtas, inquit: Ἥψατο δὲ καὶ πολέμου, λῃστὰς τοὺς περὶ τὸ Ἀμανὸν οἰκοῦντας τρεψάμενος ἐφ᾽ ᾧ καὶ αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνηγορεύθη. Id eſt, *Geſſit etiam bellum, latronibus, qui Amanum tenebant, devictis: juſtaque victoria Imperator a militibus appellatus eſt.* Anno ſequente, L. Paulo & C. Marcello Coſſ. e provincia in Italiam reverſus, ad urbem acceſſit pridie non. Januarii, cum jam Lentulo & Marcello Coſſ. bellum civile conflatum eſſet, epiſt. 10. lib. XVI. Famil. Verum quia urbem ingreſſus non fuit, imperium retinuit & pro conſule manſit. Nam, ut ait

Ap-

passus est: à quo, [20] hoc ipso C. Pansa (t) mihi [r] nuntium perferente, concessos fasces [21] tenui, quoad tenendos putavi: qui mihi tum denique se salutem putavit [s] dare, si eam nullis spoliatam ornamentis [t] dedisset.

8 [22] Vide, quæso, Tubero, ut, qui de meo facto [v] non dubitem [x] dicere, (u) de Ligarii non (x) audeam confiteri.

[r] hinc nunt. *MS.*
[s] reddere *alii.*
[t] redderet *iid.*
[v] non *deest in MSS.*
[x] dicere *non est in iisd. MSS.*

SCHOLIASTES.

(t) *Hunc nuntium.*] Inter nuntia & nuntium multum intereſt. nuntius eſt qui nuntiat. nuntia ſunt quæ nuntiantur neutro genere. ſed hic pro neutro maſculinum poſuit. nam ſi de re dicit, quæ nuntiata eſt, non de perſona, quæ nuntiavit. Hunc nuntium, inquit, audivi. non hunc nuntium, ſed hoc nuntium, dicere debuit, quia de re dicit.

(u) *De Ligario.*] Autem.

(x) *Audeo.*] Quia non voluntate ſuſcepit arma.

Appianus lib. I. Proconſulibus imperii retinendi tamdiu poteſtas eſt, quoad Romam reverſi fuerint. *Proconſul autem, portam Romæ ingreſſus, deponit imperium*, inquit Ulpianus in L. ult. de Officio Procoſ. *F. Fabritius.*

20. *Hoc ipſo C. Panſa.*] Qui aderat, unus fortaſſe ex judicum numero: vel aderat, ut Cæſaris familiaris. vix enim arbitror Cæſarem in foro, ex prætorum conſuetudine, de vi cum conſilio judicaſſe. ſic de præſentibus loquitur in ea pro Dejotaro: *Hoc Ser. Sulpicio, Hoc T. Torquato. Huic Bleſamio:* & in aliis orationibus. *P. Manut.*

21. *Laureatos.*] Qui Imperatores appellati erant inſignia laureæ in faſcibus præferebant, ut ait Cæſar lib. III. de Bello Civili. Id eſt, δάφνην τινὰ ταῖς ῥάβδοις περιῆπτον, ut loquitur Dio *lib.* XLI. Hanc lauream detractam faſcibus ad portam Eſquilinam Piſonem abjeciſſe Cicero in Piſonem ait. Cicero vero laureatos faſces retinuit, lictoresque laureatos nominat epiſt. 9. lib. VII. ad Atticum. De iisdem epiſt. 16. lib. II. Famil. *Accedit etiam moleſta hæc pompa lictorum meorum imperii, quo appellor. Eo ſi onere carerem, quamvis parvis Italiæ latebris contentus eſſem. Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in voculas malevolorum.* Fr. Fabrit.

22. *Vide, quæſo, Tubero.*] Concludit ſuum exemplum averſione ad accuſatorem per majorum collationem. Quod argumentum Fab. lib. v. ex difficiliore vocat. *Idem. Vide, quæſo, Tubero, ut qui de meo facto, &c.*] Conjungo: *ut non audeam confiteri de Ligarii facto, qui de meo non dubitem dicere. ut*, autem poſitum pro *quam.* Jam autem pro illo, *qui de meo facto:* legat fortaſſis: *quod de meo facto.* vel potius, *qua de meo facto.* ſic enim ſtatim: *atque hæc*, inquit, *propterea de me dixi* illud autem *qua* intelligerem voluntatem Ligarii ab armis contra Cæſarem abhorruiſſe, quod de ſe ipſo orator paulo ante confeſſus eſt. *Patric. Non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri.*] Sic Pal. nonus, quintus, ſextus & aliquot præterea, ceteri omittunt alterum *non:* qui-

teri. Atque [y] hæc propterea de me dixi, ut mihi Tuberoni, cùm de ſe eadem dicerem, ignoſceret. cujus ego induſtriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd [z] ejus ingenio ſtudiiſque delector, vel quòd laudem adoleſcentis propinqui exiſtimo etiam ad meum aliquem fructum redundare.

y hoc *MS.*
z ego ejus *MS.* P. B.

Sed hoc quæro, [23] quis putet eſſe crimen, fuiſſe in Africa [a] Ligarium? nempe is, qui [b] & ipſe in eadem Africa eſſe voluit, & prohibitum ſe à Ligario queritur, & certè [24] contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus. (y) Quid enim, Tubero, [c] deſtrictus ille tuus in acie Pharſalica gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat [d] armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo: [25] (z) commoveri videtur adoleſcens: ad me revertar. [e] iiſdem in armis fui. 9

a Ligar. *non eſt in MS.*
b & ipſe *non eſt in MSS.*
c *alii* diſtrict.
d animor. *MS.*
e qui in iiſd. *MS.*

IV. Quid autem aliud egimus, [f] Tubero, niſi, ut, quod hic poteſt, nos poſſemus? Quorum igitur impunitas, 10

f Q. Tub. *MS.*

SCHOLIASTES.

(y) *Quid enim Tubero tuus ille.*] Quemadmodum arguit pudorem ejus.

(z) *Commoveri videtur.*] Erubuit Tubero.

---

quidam præterea *dicere*; quod ultimum probat Guilielmius, tanquam reſpondeat mſ. ejus, *ut* pro *an*. Gruterus.

23. *Quis putet fuiſſe crimen, eſſe in Africa.*] Videtur legendum, ut eſt in manuſcripto, *Quis putet eſſe crimen, fuiſſe in Africa.* Urſin.

24. *Contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus.*] Aliquid videndum. nam inter cetera, *congredi contra aliquem*, videndum an uſpiam legatur. quid igitur ſi *congreſſus* abſit? quid ſi in *conſpectus* mutetur? ut ſit. Conſpectus eſt armatus, id eſt, viſus eſt in armis contra ipſum Cæſarem. quid ſi quid aliud? quid etiam ſi ſic? *contra ipſum Cæſarem ad congreſſum arma tulit?* vel potius: *congreſſurus arma tulit.* infra: *tulit arma contra te.* Patric.

25. *Commoveri videtur adoleſcens.*] Tubero ſcilicet. atque etiam Cæſar ipſe, ut eſt apud Quintilianum lib. V. c. 13. magnopere verbis iiſdem illis commotus fuiſſe fertur. cum diceret Cicero: *Quid enim, Tubero,* inquit, *tuus ille in acie Pharſalica diſtrictus gladius agebat, &c.* Et Plutarchus in vita Ciceronis ſcribit, ad hanc ſolam Pharſalicæ aciei mentionem tam commotum fuiſſe Cæſarem, ut cum prius dicis tantum cauſâ audire Ciceronem pro eo dicentem voluerit, ipſum Ligarium pro condemnato jam habuerit, hoc loco perturbatum corripuiſſe ſe, & ſchedas, quas tum forte gerebat, abjeciſſe, & denique contra quam ſtatuerat reum abſolviſſe. *Idem.*

tas, Cæſar, tuæ clementiæ laus eſt, eorum ipſorum ad crudelitatem te g acuet oratio? (*a*) Atque in hac cauſa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, ſed multo magis patris tui prudentiam deſidero: quòd homo, cùm ingenio, tum etiam doctrinâ excellens, genus hoc cauſæ quod eſſet non viderit. nam, ſi vidiſſet, quovis profectò quàm iſto modo à te agi maluiſſet. (*b*) Arguis fatentem. non eſt ſatis. accuſas eum, qui cauſam habet, aut, ut ego dico, meliorem quàm tu: (*c*) aut, ut tu vis, parem.

g acuit *MS.*

11 [26] (*d*) Hæc non modò mirabilia ſunt, ſed h prodigii ſimile eſt quod dicam. Non habet eam vim iſta accuſatio, ut Q. Ligarius condemnetur, ſed ut necetur. Hoc egit civis Romanus ante te nemo. [27] (*e*) externi iſti ſunt mo-

h prodigiis ſimilia, quæ dicam *alibi.*

SCHOLIASTES.

(*a*) *Atque in hac cauſa nonnihil equidem Tubero.*] Quod non intellexit non ſtare controverſiam: nam ſi vidiſſet idem ſi intellexiſſet genus cauſæ.

(*b*) *Arguis fatentem.*] Ecce monomeres.

(*c*) *Aut ut tu vis parem.*] Ecce a pari.

(*d*) *Hæc non modo mirabilia.*] Hoc incredibile eſt contra naturam quia ſanguinem petit.

(*e*) *Externi iſti mores ſunt aut Græcorum aut barbarorum.*] Gallos quoſdam & Græcos ſecum habebat, qui illum ad inimicitias impellebant. hos tangit.

---

26. *Hæc non modo mirabilia ſunt; ſed prodigii ſimile eſt quod dicam.*] Ita mſſ. Lambini, ita Pall. ferè omnes. ſed tamen non poſſum non exoſculari ſcripturam exemplaris Colon. in quo ſolùm: *Hæc admirabilia ſunt; ſed prodigii &c.* conſule & Modium noſtrum Novantiq. Epiſt. LXXXVII. *Grut.* In Colonienſi, quo ego uſus ſum, ſic legitur: *Hæc admirabilia, ſed prodigii ſimile eſt quod dicam.* Receperunt recte ultima, reciperem etiam priora, ſi plures libri ſuffragarentur Colonienſi, ſunt enim rotundiora & ad acutius feriendum aptiora. Ab Erfurtenſi quidem *ſunt* etiam abeſt, ſed reliqua reſpondent Gruteri editioni. *Grævius.*

27. *Externi iſti ſunt mores, uſque ad ſanguinem incitari ſolet odium aut levium Græcorum.*] Ita plerique mſſ. noſtrorum. ſolum facinus meum eſt, quòd detraxi literam à *ſolent*, quod iiſdem libris. Vulgata: *externi mores uſque ad ſang. excitare ſolent, odium aut &c.* Modius legebat, *Externi iſti ſunt mores, uſque ad ſanguinem incitari odio; aut levium Gr.* quod etiam non damnem; nam & è noſtris nonnulli ſic ſcriptum habent; quibus tamen omnibus adeſt illud *ſolent*, quod invitis eis expunxit amicus ille noſter; quemadmodum ipſemet fatetur dicta Epiſtola. *Gruter.* Hoc eſt, leves Græci aut immanes barbari, more iſtiuſmodi ſuo, nobis externo & pe-

ſmores. usque ad ſanguinem incitari ſolet odium aut [28] le-
vium Græcorum, aut immanium barbarorum. nam quid [i] aiſ
aliud [i] agis? [29] ut Romæ ne ſit? ut domo careat? ne [k] ſuc
cum optimis fratribus, ne cum hoc [30] T. Broccho, avun- *eſt in*
culo [k] ſuo, ne cum ejus filio, conſobrino ſuo, ne no- [l] nor
biſcum vivat? [31] ne ſit in patria? num eſt? [l] num poteſt [m] ca. Itai. â
magis carere his omnibus quàm [m] caret? Italia prohibe- proh.
tur, exſulat. Non tu ergo hunc patriâ privare, quâ ca- P. cx
ret, [32] ſed vitâ, vis. At iſtud (*f*) ne apud eum quidem 12
dictatorem, qui omnes, quos oderat, morte multabat,
quiſquam egit iſto modo. [33] ipſe jubebat occidi, nullo
poſtulante: præmiis etiam invitabat. quæ tamen crudeli-
tas

SCHOLIASTES.

(*f*) *Ne apud eum dictatorem.*] Apud Sillam dicit. Conſtat enim Cæſarem contra Sullam fuiſſe. nam pene occiſus eſt. denique poſt occiſum Sullam multos accuſavit & damnavit Sullanos.

---

peregrino, ſolent incitare odium usque ad ſanguinem, fervere odio usque ad cædem. *J. F. Gronov.*

28. *Levium Græcorum.*] De Græcorum levitate paſſim Noſter. ut pro Sextio: *Athenienſes, homines Græcos, longe a noſtrorum hominum gravitate disiunctos.* Vide orationem pro Flacco, & de Provinciis Conſularibus: *Conſtabat enim Græcum hominem ac levem in ipſa provincia quaſi triumphaſſe.* Abram.

29. *Ut Romæ ne ſit? ut domo careat? &c.*] Hæc omnia usque ad illud, *ne ſit in patria?* vel poſſunt ex Ciceronis perſona interrogative dici, vel ex perſona Tuberonis affirmanter. quale illud mox: *ego vero iſtud non poſtulo.* Patricius.

30. *T. Brocchi.*] Brocchus Furiæ familiæ cognomen eſt in argenteo denario, in quo L. FURIUS CN. F. BROCCHUS deſcriptus eſt. *Urſin.*

31. *Ne ſit in patria? num eſt?*] Ita Pall, ita aliorum ſcripti. vulgata, *num in patria eſt?* quam lectionem damnavit & auctoritate librorum ſuorum P. Victorius libro XXI. Var. Lect. cap. 15. *Gruter.*

32. *Sed vitâ, vis.*] Eleganter monoſyllabo concluſa periodus, atrocitatis plena. Hoc magis, quod diſſyllabum quoque, quod proxime antecedit, ſono ipſo ſuo perſimile monoſyllabo ipſi ſit, *vita vis.* quod quidem ipſum ſi præterea adjuvet manus ipſius actio, ad exemplum ejus compoſita, qui dextræ ſuæ ſurſum inverſa palma, bis quaſi cervicem ſecare videatur, ſemel ſcilicet in verbo, *vita*, iterum in verbo, *vis*, valde, meâ quidem ſententiâ, energiæ plena redderetur periodus hæc tota. *Patricius.*

33. *Ipſe iubebat occidi, nullo poſtulante.*] Hitt. & Pal. nonus, *videbat*, quod placebat Gulielmio; tanquam paverit oculos tam horrendo ſpectaculo. itaque diſtinguebat, *ipſe videbat occidi: nullo poſtulante, præmiis etiam &c.* non placet. *Gruter.*

tas 34 ab n eodem aliquot annis poſt, quem nunc o crudelem eſſe vis, p vindicata eſt.

V. Ego verò q iſtud non poſtulo, inquies. Ita r me hercle exiſtimo, Tubero. novi enim te, novi ſ patrem, novi domum nomenque veſtrum: ſtudia t denique generis ac familiæ veſtræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ plurimarum artium atque optimarum, nota ſunt mi-
13 hi v omnia. Itaque x certò ſcio, vos non petere ſanguinem: ſed parum attenditis. res enim y eò ſpectat, ut eâ pœnâ, in qua adhuc Q. Ligarius ſit, non videamini eſſe contenti. quæ eſt igitur alia, præter mortem? Si enim in exſilio eſt, ſicuti eſt, quid amplius poſtulatis? an, ne z ignoſcatur? hoc verò multo acerbius multoque eſt a durius. 35 (g) quod nos domi petimus, precibus & lacrymis, proſtrati ad pedes, non tam b noſtræ cauſæ fidentes quàm hujus humanitati, id ne impetremus pugnabis? & in noſtrum fletum irrumpes? & 36 nos jacentes ad pedes c ſupplicum voce prohibebis?

Si, cùm hoc domi faceremus, quod & fecimus, & ut

n etiam *MSS.*
o crudelis *MSS.*
p judicata *id. MSS.*
q id *MS.*
r mehercules *MS.*
ſ patrem tuum *alii.*
t denique *non eſt in MSS.*
v omnia *deeſt in MSS.*
x certè *MS.*
y eo mortem *MSS. fortè* ad mort.

14

z ignoſcat *MS. & Grav.*
a gravius *alii.*
b noſtrâ cauſâ *MS.*
c ſupplicium, *aut* ſupplici *MSS.*

SCHOLIASTES.

(g) *Aliquot annis. quodne nos domi petimus.*] Pejus eſt inquit. petis ne ignoſcat. nam jam non unius ſed omnium excludis petitionem.

---

* 34. *Ab hoc eodem.*] A Cæſare. qui in exercenda de ſicariis quæſtione eos quoque ſicariorum numero habuit, qui proſcriptione ob relata civium Romanorum capita pecunias ex ærario acceperant. Sueton. in Julio: *Tunc L. Bellienus, qui Lucretium Ofellam Sullæ juſſu occiderat, tunc L. Luſcius, qui multos proſcriptos interfecerat, rei inter ſicarios facti & condemnati ſunt*, τοῦ Καίσαρος τοῦθ' ὅτι μάλιστα παρασκευάσαντος, ut ſcribit Dio libro XXXV. & Aſconius in oratione in toga candida. *Fr. Fabric.*

35. *Quod nos domi petimus, precibus & lacrimis.*] Gulielmius è Colonienſi legebat, *quodne nos domi petimus, precibus, lacrimis, petimus* pro *petiimus.* & ſic quoque Put. liber, ſed is excludebat *domi.* Gruter.

36. *Nos jacentes ad pedes ſupplicum voce prohibebis?*] *Prohibebis ſupplicum voce*, id eſt, non permittes uti voce ſupplicum. quid tamen ſi *more*, pro *voce*, ut referatur ad *jacentes ſupplicum.* Sic nos ad pedes ſupplicum more jacentes prohibebis, id eſt jacere non permittes. quid ſi etiam *ſupplices*, pro *ſupplicum*, exſtincto vel non exſtincto verbo *voce.* exſtincto ſic: *nos ſupplices ad jacentes pedes prohibebis*, id eſt, non permittes ad pedes jacere? vel non exſtincto ſic: *Nos ſupplices ad pedes jacentes prohibebis voce*, id eſt, non permittes nos vocem ullam emittere. *Patricius.*

37. Mi-

ut ſpero, non fruſtra fecimus, [d] tu derepentè irrupiſſes & clamare cœpiſſes, C. Cæſar, cave [e] ignoſcas, cave [f] te fratrum, pro fratris ſalute [g] obſecrantium, [37] miſereatur: nonne omnem humanitatem exuiſſes? quanto hoc durius, quod nos domi petimus, id à te in foro oppugnari? (*h*) & in tali miſeria multorum perfugium [h] miſericordiæ tollere?

15 Dicam planè, C. Cæſar, quod ſentio. ſi [i] in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non eſſet, quantam tu per te, (*i*) per te, inquam, obtines (intelligo quid [k] loquar) acerbiſſimo luctu redundaret iſta victoria. quàm multi enim eſſent de victoribus, qui te crudelem eſſe vellent, cùm etiam de victis reperiantur? quàm multi, qui, cùm à te nemini ignoſci vellent, impedirent clementiam tuam, cùm etiam ii, [l] quibus ipſe ignoviſti, nolint te in alios eſſe miſericordem?

16 [38] (*k*) Quòd ſi probare Cæſari poſſemus, in Africa Ligarium omnino non fuiſſe: [m] ſi honeſto & miſericordi mendacio [39] ſaluti civi calamitoſo conſultum eſſe vellemus:

d tum rep. *MS.*
e credas cave *MS.*
f ne te *MS.*
g precantium *MS.*
h miſericordiâ *MS.*
i in tanta *MS.*
P. B.
k loquor *alii.*
l quibus ign. *MS.*
m & ſi *MS.*

SCHOLIASTES.

(*b*) *Et in tali miſeria.*] Ecce quare dicit in publico.

(*i*) *Per te, inquam, obtines.*] Qua tum dedit clementiam ſoli ipſi ne videatur ſuaſione aliorum ignoſcere.

(*k*) *Quod ſi probare Cæſari poſſimus.*] Si vellemus dicere quia Ligarius in Africa non fuit. nam ſemper honeſtum eſt pro ſalute mendacium.

---

37. *Miſerent.*] Noſtri libri veteres habent plane ſcriptum, *miſereatur:* & ita legit Priſcianus lib. VIII. cap. de ſignificationibus vel generibus verb. Idem ad hoc confirmandum de ſpeciebus verbor. locum hunc profert ex L. Craſſi Serviliæ legis ſuaſione, *Neque me minus veſtri quàm mei miſerebitur.* Lamb.

38. *Quod ſi probare Cæſari poſſemus.*] Fortaſſis, *Cæſar*, vocandi caſu & inter commata. Nam ſupra: *dicam, C. Cæſar, quod ſentio. Si in hac tua fortuna, &c.* & infra, *qui hac voce apud te, C. Cæſar, utatur, &c.* hoc primum. tum autem videndum quibusdam eſſe videbatur, an addita negatione legendum ſit, *quod ſi probare, Cæſar, non poſſemus, in Africa Ligarium omnino non fuiſſe.* & deinde: *Sed honeſto & miſericordi mendacio &c.* pro, *ſi honeſto & miſer.* ſed hoc nihil eſt, aut certe momenti perexigui. Illud majoris aliquanto: videndum, an illa duo verba, *& miſericordi*, ſint aliunde aſſuta. *Patricius.*

39. *Saluti civi calamitoſo eſſe vellemus.*] Nihil videbatur lectione vulgata integrius, quæ talis eſt, *ſaluti civis calamitoſi conſultum eſſe vellemus.* ſed cum antiqua comparata clamat ſe eſſe corruptam. Reperitur autem hæc antiqua, quam ſecuti ſumus, in duobus codici-

mus: tamen hominis non eſſet, in tanto diſcrimine &
n redarg. periculo civis refellere & n coarguere noſtrum menda-
MS. cium: &, ſi eſſet alicujus, ejus certè non eſſet, qui in
eadem cauſa & fortuna fuiſſet. 40 Sed tamen aliud eſt
o non miſ. errare Cæſarem nolle, aliud o nolle misereri. Tu dice-
MSS. res: cave, Cæſar, credas: fuit in Africa p Ligarius: tu-
p Lig. deeſt lit arma contra te. nunc quid dicis? cave ignoſcas. 41 hæc-
in MS. ne hominis ad hominem vox eſt? quâ qui apud te, C.
q utitur Cæſar, q utetur, ſuam citiùs abjiciet humanitatem quàm
MSS. extorquebit tuam.

17 VI. (l) Ac primus aditus & poſtulatio Tuberonis
hæc, ut opinor, fuit, velle ſe de Q. Ligarii ſcelere di-
cere. Non dubito, quin admiratus ſis, vel quòd de nul-
lo alio quiſquam, vel quòd is, qui in eadem cauſa fuiſ-
r ſceleris ſet, vel quid novi r facinoris afferret. Scelus tu illud ſ vo-
alii. cas, Tubero? cur? t iſto enim nomine illa adhuc cauſa
ſ vocaſti caruit. alii errorem appellant: alii timorem: qui duriùs
MS. ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui graviſſi-
t enim iſto mè temeritatem: ſcelus, præter te, adhuc nemo.
MS. (m) Ac

SCHOLIASTES.

(l) *Ac primus aditus poſtulatio.*] Sic cœpit oratio Tuberonis. Volo de ſcelere Ligarii dicere. De verbo hoc modo contendit. Quare dixiſti partem Pompejanam, in qua etiam tu fuiſti. Cæſar dicit errorem fuiſſe reip (. i. reipublicæ) tu ſcelus.

---

dicibus Memm. & in Cleric. & aliis. *Lambinus.* Miror non animadvertitum fuiſſe Lambinum, cum codicum, quos ille inſpexit, ſcripturam ſtabiliant optimi quique Erfurt. Colon. Dreſd. Egmont. & editiones vetuſtiores. *Calamitoſo civi ſaluti eſſe* eſt, calamitoſum civem ſervare. *Græv.*

40. *Sed tamen aliud eſt.*] Pro *ſed*, legerem *&*, duobus modo punctis præpoſitis: *&* pro *eſt*, *eſſet.* ſic, *& tamen aliud eſſet.* Senſus eſt, non deberes tunc etiam impedire clementiam Cæſaris; & tamen tunc quidem aliquam excuſationem honeſtam haberes, te id facere, ut errorem Cæſari eripias. Nunc autem, cum nullo apud eum mendacio utor, ſed in Africa Ligarium fuiſſe confiteor, miſericordiam modo victoris imploro, inſultabiſne tu vitæ civis calamitoſi? dicit igitur: *aliud eſſet, errare Cæſarem nolle, aliud, nolle miſereri.* quaſi tu dicas. aliud eſſet, apud Cæſarem non ſinere uti mendacio, aliud non permittere eum miſereri. *Patricius.*

41. *Hæc nec hominis, nec ad hominem, vox eſt.*] Adblanditur valde ſcriptura Pal. ſec ac tertii: *hæcne hominis ad hominem vox eſt.* Grut. Et mihi adblanditur. quare non dubitavi lectionem Palatinorum in textum recipere.

42. *Niſi*

(m) Ac mihi quidem, ſi proprium & verum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidiſſe videtur & improvidas hominum mentes occupaviſſe: ut nemo mirari debeat, humana conſilia divina neceſſitate eſſe ſuperata.

P. CXL. 18

Liceat eſſe miſeros, quamquam [v] hoc victore eſſe non poſſumus. ſed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: ſceleris verò crimine, furoris, [x] parricidii, liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat multis [y] aliis carere. (n) Quando hoc quiſquam ex te, Cæſar, audivit, aut tua quid aliud arma voluerunt, [42] niſi à te (o) contumeliam propulſare? quid egit [z] tuus ille invictus exercitus, niſi [a] ut ſuum jus tueretur & dignitatem tuam? quid? tu, cùm [b] pacem eſſe cupiebas, idne agebas, ut tibi cum ſceleratis, [c] an ut cum bonis civibus conveniret?

19

Mihi verò, Cæſar, tua in me maxima merita [d] tanta certè non viderentur, ſi me, ut ſceleratum, à te conſervatum putarem. Quomodo autem tu de republica benemeritus eſſes, [e] ſi tot ſceleratos incolumi dignitate eſſe voluiſſes? [f] Seceſſionem tu illam exiſtimaviſti, Cæſar, initio, non bellum: [g] non hoſtile odium, ſed civile [h] diſſidium, utriſque cupientibus rempublicam ſalvam, ſed par-

v victore te *alii.*
x parric. hactenus caruerunt, lic. *MS.*
y aliis *deeſt in MS.*
z tuus inv. *MS.*
a uti ſuum *MS.*
b pacem cup. *alii.*
c an cum *MSS.*
d tanta *deeſt in MSS.*
e cum *MSS.*
f Ceſſionem *alii.*
g neque *aut* nec *MSS.*
h diſcidium *MSS.*

SCHOLIASTES.

(m) *Ac mihi quidem ſi proprium.*] Per neceſſitatem venialem tangit.

(n) *Quando hoc ex te quiſquam.*] Hoc ſcelus partem Pompei fuiſſe contendit.

(o) *Contumeliam propulſare.*] Quia tibi negabatur triumphus.

---

42. *Niſi a te contumeliam propulſare.*] Quod eripi tibi diceres inimicorum injuriâ beneficium, a populo Romano datum, id eſt, quod tibi non liceret abſenti alterum conſulatum petere, quemadmodum juſſerat. Ad Cæcinam: *Rationem haberi abſentis non tam pugnavi, ut liceret, quàm ut, quando, ipſo conſule pugnante, populus juſſerat, haberetur.* Et ad Atticum: *Idem tertio conſulatu* (loquitur de Pompejo) *poſtquam eſſe defenſor reip. cœpit, contendit, ut decem tribuni pl. ferrent, ut abſentis ratio haberetur.* Et ad ipſum Cæſarem: *Judicavi te eo bello violari, contra cujus honorem, populi Romani beneficio conceſſum, inimici atque invidi niterentur.* Et Cæſar ipſe lib. 1. Bel. Civil. *Doluiſſe ſe, quod populi Romani beneficium ſibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur: ereptoque ſemeſtri imperio in urbem retraheretur: cujus abſentis rationem haberi proximis comitiis populus juſſiſſet.* P. Manut.

partim conſiliis, partim ſtudiis 43 à communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pænè par: 44 (p) non par fortaſſe eorum, qui ſequebantur: cauſa tum dubia, quòd erat 45 aliquid in utraque i parte, quod probari poſſet: nunc k melior certè ea judicanda eſt, quam etiam dii adjuverunt. cognitâ verò clementiâ tuâ, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, niſi armatus?

VII. (q) Sed, ut l omittam communem cauſam, m veniamus ad noſtram, utrum tandem exiſtimas facilius fuiſ-

i parte aliquid *alii.* k melior ea vocanda *MSS.*

l omittamus *Lamb.* m veniam *Idem.*

SCHOLIASTES.

(p) *Non par fortaſſe eorum.*] Quia ſenatus cum Pompejo fuit.

(q) *Sed ut omittam communem cauſam.*] Cœpit de civili bello tractare & omiſit cauſam. modo redit ad negotium & cauſæ contentionem. dicit enim quod facilius potuit Tubero non ire ad Africam quàm Ligarius reverteretur ex Africa. facilius erat ut tu non ires. nam liberum erat arbitrium. quàm illum exire. Sed objecit Tubero dicens. Senatus me miſit. non potui niſi obſequi ſenatui. ſed & Cicero dicit. Ligarium ſenatus miſerat. & miſerat in pace. tu in bello iſti.

43. *A communi utilitate aberrantibus.*] *An utriſque aberrantibus?* non puto. ſic enim ipſum quoque vituperaret Cæſarem, quem hoc loco laudare inſtituit. Ad contrariam igitur Cæſari factionem hanc aberrationem referemus? verum id quidem invita ac renitente Ciceronis oratione fecerimus. Plane enim loquitur: *utriſque bene reip. cupientibus, ſed aberrantibus.* quid igitur dicemus? dicemus plane; *aberrantibus utriſque* a communi utilitate, ſed diverſa ratione. Nonnulli enim & quidem ex utraque parte, *aberrabant a communi utilitate conſiliis*, ut hic ait. Cujuſmodi ſane fuerunt illi, qui bellum paci præferebant, &, ut alibi inquit, pugnare cupiebant. nonnulli autem ex utraque item parte, *aberrabant ab eadem illa communi utilitate, ſtudiis*, quòd videlicet partibus ſuis nimium addicti eſſent. Sed utroque modo, inquies, Cæſar vituperabitur? reſpondeo. Cum de factionibus ſermo eſt, non oportere ea, quæ dicuntur de ſingulis qui in factione ſunt, confirmari, ſatis eſſe, in aliquibus inveniri. Tum autem, quod dicitur de iis, qui principes ipſos factionum ſecuti ſunt, id etiam de principibus ipſis intelligi oportere non eſt neceſſe. *Patric.*

44. *Non par fortaſſe eorum, qui ſequebantur.*] *Qui ſequebantur* vos duos ſcilicet & veſtras ſingulorum factiones. *Non par* autem, quia cum Pompejo plures erant magiſtratus, aut ii qui fuiſſent olim in magiſtratu. Dicit autem, *fortaſſe*, ne offendat Cæſarem, ſi eos, qui ipſum ſequebantur, inferiores eſſe Pompejanis plane diceret. Quanquam ita quidem, ut hic loquitur, non exprimit utros utris impares fuiſſe arbitretur. *Idem.*

45. *Aliquid quod probari poſſet.*] Adderem propemodum, *& improbari.* Sic, *quod probari & improbari poſſet.* ſed hoc tamen etiam non additum ſatis intelligitur ex iis quæ dicuntur. *Patric.*

46. *Sta-*

fuiſſe, Tubero, [n] Ligario ex Africa exire, an [o] vobis
in Africam non venire? Poteramusne, inquis, cùm ſe-
natus [p] cenſuiſſet? Si me conſulis, nullo modo. ſed ta-
men [q] Ligarium ſenatus idem legaverat. Atque ille [r] eo
tempore paruit, cùm parere ſenatui neceſſe erat: vos tum
paruiſtis, cùm paruit nemo, qui noluit. Reprehendo igi-
tur? minimè verò. neque enim licuit aliter veſtro gene-
ri, nomini, [ſ] familiæ, diſciplinæ. ſed hoc non conce-
do, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis
reprehendatis.

[t] Tuberonis ſors conjecta eſt ex ſenatusconſulto, cùm
ipſe non adeſſet, morbo [v] etiam impediretur: [46] ſtatue- 21
rat ſe excuſare. Hæc ego novi [47] propter omnes neceſſi-
tudines, quæ mihi ſunt cum L. Tuberone. domi unà
eruditi, militiæ contubernales, (*r*) pòſt affines, in omni
[x] denique vita familiares. magnum etiam vinculum, quòd
iisdem ſtudiis ſemper uſi ſumus. Scio igitur Tuberonem
domi manere voluiſſe. [48] ſed ita quidam ajebat, ita rei-
publicæ ſanctiſſimum nomen opponebat, ut, etiam ſi
aliter ſentiret, (*s*) verborum tamen ipſorum pondus ſuſ-
tinere non poſſet.

Ceſſit auctoritati (*t*) ampliſſimi viri, vel potius paruit. 22
(*u*) Unà eſt profectus cum iis, quorum erat una cauſa,
tar-

n *ita Lamb.* *alii* Ligarium.
o vos *alii.*
p cenſuiſſem *MS.* P. B.
q quia Lig. *MS.*
r eodem *MS.*
ſ familiæ *deeſt in MS.*
t Tuberoni *MS.*
v etiam gravi *MS.*
x denique *omittunt alii.*

SCHOLIASTES.

(*r*) *Poſt adfines.*] Quia ſororem Ciceronis habuit.

(*s*) *Verborum pondus.*] Pondus verborum eſt quia dicebatur illi. Solus tu pro Pompejo non ſentis.

(*t*) *Ampliſſimi viri.*] Pompei.

(*u*) *Una eſt profectus.*] Quia diverſas (f. quia ad div.) provincias miſerant obtinendas.

46.) *Statuerat ſe excuſare.*] Omnes MSS. quos conſului, Erfurt. Pith. Egmont. Dreſd. Franc. *ſtatuerat excuſare*, nimirum *morbum*. Nam Latinis *excuſare aliquid* dicitur pro quo vulgus, *excuſare ſe propter aliquid*. Cicero Philipp. VIII. *Quanquam is quidem, antequam ſententiam diceres, propinquitatem excuſabat.* Sueton. Claud. *Excuſante Tiberio imbecillitatem ejus.* Sed hæc jam nemini, niſi omnis humanitatis experti, ignota ſunt. *Gravius.*

47. *Propter omneis neceſſitudines &c.*] Novatores induxerant *propter communes neceſſ.* ſed contra vetuſtius impreſſos & mſſ. ut dudum indicavit Victorius lib. xxI. cap. 19. *Grut.*

48. *Sed ita quidam ajebat &c.*] Eſt à libro Erfurd. nec abibat S. Vict. quàm quod is *agiebant*. etiam Colon. unus *ajebant*. illud *opponebant* nititur fide præterea Palatinorum. &, niſi fallor, Cato-

nem

tardiùs iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius. 49 nam, ſi crimen eſt ullum voluiſſe, non minùs magnum eſt, (*x*) vos Africam, omnium provinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere voluiſſe quàm aliquem ſe y maluiſſe. atque is tamen aliquis Ligarius non fuit. Varus imperium ſe habere dice-
23 bat: faſces z certè habebat. Sed quoquo modo a ſeſe *illud* habet, hæc querela veſtra, Tubero, quid valet? Recepti in provinciam non ſumus. Quid ſi eſſetis? Cæſarine eam tradituri fuiſſetis, an contra Cæſarem b retenturi?

VIII. (*y*) Vide, quid licentiæ, Cæſar, nobis tua c liberalitas det, vel potiùs audaciæ. Si reſponderit Tubero, Africam, quò ſenatus d eum ſorsque miſerat, tibi patrem ſuum e traditurum fuiſſe: non dubitabo f apud ipſum te, cujus id eum facere interfuit, graviſſimis verbis g ejus conſilium reprehendere, (*z*) non enim ſi tibi ea res
24 grata fuiſſet, eſſet etiam h probata. Sed jam hoc totum omitto, 50 non tam i ut ne offendam tuas k patientiſſimas aures,

y imperatorem eſſe *alii contra MSS.*
z certe non *MS.*
a ſe *alii.*
b eum ret. *alii.*
c libertas *MS.*
d eum ſors *MS.*
e redditurum *alii.*
P. CXLI.
f ad *MS.* *forte* id.
g ejus *deeſt in MS.*
h eodem prob. *MS.*
i *alii* ut oſt. *alii aliter.*
k patentiſſimas *MS.*

SCHOLIASTES.

(*x*) *Vos Africam, arcem.*] Verba ipſius repetit. Tubero enim hoc objiciebat Ligario. Africam tenuit provinciam notam ſemper contra imperium populi Romani. unde modo Cicero verba ipſius refert. Nam ſic crimen eſt aliquem voluiſſe Africam tenere; quod dico aliquem. non fuit Ligarius, ſed Varus.

(*y*) *Vide quid licentiæ nobis.*] Hoc vult dicere. ſi volebas prodere Pompejum, merito pulſus es.

(*z*) *Non enim ſi tibi ea res grata fuiſſet.*] Prodidiſti amicum tuum inicum (i. inimicum) meum mihi. quamquam res eſt grata. tamen tibi non probata.

---

nem heic innuit. prius cuſi, *agebant*, item *opponebant*. quod vel damnabant ſequentia. *Grut.*

49. *Nam, ſi crimen eſt ullum voluiſſe; non &c.*] Reſtitutio hujus loci ſatis certa eſt. ſanè ſententia liquet; & ita erat in Pal. ſexto ac nono. quod ſi malimus. *illud voluiſſe*, ſciamus licet, id exſtare in Pal. oct. & decimo. vulgabatur antea; *nam ſi crimen eſt illum prohibere voluiſſe, non &c.* ſed enim adfirmo, vocem *prohibere* non comparere in ullo Pall. aut in Gruteriano teſtatusque eſt idem Modius noſter de ſuis omnibus, Novantiquarum Epiſtola LXXXVII. *Grut.*

50. *Non tam ut ne offendam tuas patientiſſimas aures.*] Quanquam & hoc quidem. ingrata enim prorſus hæc erat Cæſari futura oratio, ſi intelligeretur, non omnia ſive a ceteris, ſive ab ipſo illo pro-

res, quàm ne Tubero, quod numquam cogitavit, facturus fuiſſe videatur. Veniebatis igitur in Africam provinciam, (a) unam ex omnibus huic victoriæ maximè infeſtam: in qua erat [51] (b) rex potentiſſimus, inimicus huic cauſæ, aliena voluntas, conventus firmi atque magni. Quæro, quid facturi fuiſſetis? [52] quamquam quid facturi fueritis [l] non dubitem, (c) cùm videam, quid feceritis? Prohibiti eſtis in [m] provincia veſtra pedem ponere,

[l] Grut. & alii delent non.

[m] provinciam veſtram MS.

SCHOLIASTES.

(a) *Unam.*] Ex omnibus iterum verbis illius repetit. quemadmodum objecit Ligario.

(b) *Rex potentiſſimus.*] Juba, rex Maurorum.

(c) *Cum videam quid feceritis.*] Quia ad Pompejum profecti ſunt expulſi è provincia, quam dederat ſenatus.

FINIT PRO LIGARIO.

---

probari, quæ in ipſius gratiam fierent & agerentur. Ergo & hoc quidem verum dicit, offenſum iri aures Cæſaris ejusmodi commemorandis rebus, quod ipſum quoque per ſe magnum erat: ſed noſter in eo non acquieſcit, & maximo cum artificio, majus etiam quiddam affert & longe acutius: *Quam ne Tubero, &c.* inquit. *Patric.* In Erfurtenſi & Dreſd. ſcribitur: *Non tam propter id, ne offendam tuas patientiſſimas aures. ut* non exſtat etiam in aliis codicibus. Colon. *Non tam propter id, non ultra offendam.* Græv.

51. *Rex potentiſſimus.*] Calumniatur Trapezuntium Merula, quod non expoſuerit, quisnam hic rex eſſet, ipſe in eo reprehendendus, quod Jubam Mauritaniæ dominum facit. Nam *Mauritaniæ rex erat Begud*, Hirtius de Bello Africano, *Jugurtha Hiempſalis filius in Numidia parte Africæ regnabat, eique cum Pompejo paternum hoſpitium intercedebat.* Cæſar lib. II. de Bello Civili. Dio lib. XLI. *F. Fabritius.*

52. *Quanquam quid facturi fueritis dubitem.*] Eſt a Colon. & Lambiniano. vulgatis enim adhuc aderat negativa *non* quæ tamen in omnibus Pall. adeo ut videatur mutanda in *omnino*; aut adeo revocanda lectio diſtinctioque prior. *Grut.* Cur Gruterus rejecerit τὸ *non*, præſidio duorum codicum nixus, cum & ſententia illam voculam neceſſario requirat, & Erfurt. aliique optimi codices retineant, cauſſam non video. Reponenda omnino eſt. Quærebat quid facturi fuiſſent. Sed poſtea ſe ipſe corrigit. Quid quæro, quid facturi fuiſſetis, cum dubitari non poſſit, quid facturi fuiſſetis, cum videmus, qui: feceritis. Interrogationis nota huic loco non eſt accommodata, quam reſpuit bene loquentium conſuetudo. Non dixiſſet Cicero, *quamquam quid facturi ſitis dubitem*, ſed ſic potius: *Sed quid facturi fueritis dubitem?* aut, *quamquam quid facturi fueritis cur dubitem.* Præterea in Erfurt. & Colon. eſt, *Quæro quid facturi fuiſtis?* Grævius.

53. Pro-

re, 53 & prohibiti, 54 ut perhibetis, ſumma cum injuria:

25 Quomodo id n tuliſtis? acceptæ injuriæ querelam ad quem detuliſtis? nempe ad eum, cujus auctoritatem ſecuti in ſocietatem belli veneratis. Quòd ſi Cæſaris cauſâ in o provinciam veniebatis: ad eum profectò excluſi p provinciâ veniſſetis. veniſtis ad Pompejum. 55 Quæ eſt ergo q apud Cæſarem querela, cùm eum accuſatis, à quo queramini r vos prohibitos contra Cæſarem bellum gerere? Atque in hoc quidem ſ vel cum mendacio, ſi t vultis, gloriari per me licet, vos provinciam fuiſſe Cæſari tradituros, 56 etiam ſi à Varo & quibuſdam aliis prohibiti eſſetis. 57 ego v autem confitebor culpam eſſe Ligarii, qui vos tantæ laudis occaſione x privaverit.

26 IX. Sed vide, quæſo, C. Cæſar, conſtantiam ornatiſſimi viri, L. Tuberonis: quam ego, quamvis ipſe y probarim, ut probo, tamen non z commemorarem, niſi à te cognoviſſem in primis eam virtutem ſolere laudari. Quæ fuit igitur umquam in ullo homine tanta conſtantia? conſtantiam dico? neſcio, an meliùs patientiam a poſſem dicere. Quotus enim iſtud quisque b feciſſet, ut, à c quibus in diſſenſione civili non eſſet receptus, eſſetque etiam cum crudelitate d rejectus, ad eas ipſas rediret? magni cujusdam animi atque ejus viri eſt, quem de ſuſcepta cauſa propoſitaque ſententia nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum e poſſet depellere.

27 Ut enim cætera paria Tuberoni cum Varo fuiſſent; ho-

n tuliſtis acceptâ injuriâ? *alii.*
o provincia *MS.*
p provinciam *alius MS.*
q hæc apud *MSS.*
r vos eſſe *MSS.*
ſ vobis vel *alii.*
t velitis *MSS.*
v tamen confiteor *MS.*
x privarit *alii.*
y probarem *MS.*
P. B.
z commemorarim *MS.*
a fecit *MS.*
b poſſim *MS.*
c quibus partibus *edd. vett.*
d ejectus *alii.*
e poſſit *MSS.*

53. *Et prohibiti, ut perhibetis, ſumma cum injuria.*] Lambinus abjecit illud, *ut perhibetis*, neque arbitratur ullum Muſis tam inviſum, qui non ſentiat jure feciſſe. equidem quo hoc Muſæ modo laturæ ſint neſcio: id ſcio, gemmam ablatam hoc pacto Ciceronianæ ſententiæ. fateor quidem abeſſe etiam iſtud aliquot noſtris. ſed quis non videt accidiſſe propter litterarum ſyllabarumque geminam quaſi ſimilitudinem? *Grut.*

54. *Ut perhibetis.*] *Et prohibiti* vetus liber elegantiſſime; & ad ſententiam aptiſſime. *Urſin.*

55. *Quæ eſt ergo apud Cæſarem querela.*] Queri vobis apud Cæſarem de Ligario non licet, quia vos Africâ prohibuerit. id eſt quia fecerit, ne bellum in Africa contra Cæſarem gerere poſſetis. *Cur eum*, inquit, *apud Cæſarem accuſatis, qui vos contra Cæſarem bellum gerere prohibuit, cum in Africam non recepit?* P. Manut.

56. *Etiam ſi a Varo & quibuſdam aliis prohibiti eſſetis.*] Vetus liber, *ſi à Varo & quibuſdam aliis prohibiti non eſſetis.* Urſin.

57. *Ego autem confitebor.*] In manuſcripto eſt *tamen*, unde apparet legendum *ego tum &c.* Idem.

58. *No-*

honos, [58] nobilitas, ſplendor, ingenium, quæ nequaquam fuerunt, hoc certè præcipuum [f] Tuberonis fuit, quòd juſto cum imperio ex ſenatûs conſulto in provinciam ſuam venerat. [g] Hinc prohibitus non ad Cæſarem, ne iratus: non domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare cauſam illam, quam ſecutus [h] eſſet, videretur: in Macedoniam [i] ad Cn. Pompeji caſtra venit, in eam ipſam cauſam, à qua erat rejectus cum injuria.

Quid? cùm iſta res [k] nihil commoviſſet ejus animum, 28
ad quem veneratis: languidiore, credo, ſtudio in cauſa fuiſtis. tantummodo in præſidiis eratis: animi [l] verò à cauſa abhorrebant. an, ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis quàm in reliquis, omnes vincendi ſtudio [m] tenebamur? Pacis equidem ſemper auctor fui: ſed [n] tum ſerò. erat enim amentis, cùm aciem videres, pacem cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus: tu certè præcipuè, qui in eum locum [o] veniſſes, [p] ubi tibi eſſet pereundum, niſi viciſſes: quamquam, ut [q] nunc ſe res habet, non dubito, quin hanc ſalutem anteponas illi victoriæ.

X. HÆC EGO non dicerem, Tubero, [r] ſi aut vos conſtantiæ veſtræ, aut Cæſarem beneficii ſui pœniteret. 29
Nunc quæro, utrùm veſtras injurias, an reipublicæ perſequamini. ſi reipublicæ: quid de veſtra in ea cauſa perſeverantia reſpondebitis? ſi veſtras: videte, ne erretis, qui Cæſarem veſtris inimicis iratum fore putetis, cùm ignoverit ſuis. Itaque num tibi videor, [ſ] Cæſar, in cauſa Ligarii occupatus eſſe? num de ejus facto dicere? quidquid dixi, ad unam ſummam referri volo vel humanitatis, vel clementiæ, vel miſericordiæ tuæ.

Cauſas, Cæſar, egi multas, [59] & quidem tecum, dum P. CXLII.

te 30

[f] Tuberoni, quòd *MS.*
[g] Hic *MS.*
[h] erat *MS.*
[i] *alii* in Cn. *Gul.* ac Cn.
[k] non *MS.*
[l] vero cauſa *MS.*
[m] tenebantur *alii*, & *MSS.*
[n] tamen *MS.*
[o] veneras *MS.*
[p] uti *MS.*
[q] nunc res *MS.*
[r] ſi vos *MS.*
[ſ] Cæſar *deeſt in multis MSS.*

58. *Nobilitas.*] Nobiliſſima fuit gens Æliorum, quippe quæ ab ipſis Læſtrygonum regibus originem ſuam repetebat, ut alibi ex Horatio lib. III. Carm. ode 17. memini me probare:

Æli, vetuſto nobilis ab Lamo, &c.

Quæ, ut jam ſupra vidimus, cum Paulis & Scipionibus affinitatem contraxerat, per Q. Ælium Tuberonem illum Stoicum, qui P. Æmilii filiam, ſororem minoris Africani, duxit uxorem. Gens autem Accia videtur diu fuiſſe obſcurior, donec per Auguſtum Cæſarem, qui ex Accia, M. Accii Balbi filia, natus erat, ad claritatem emerſit. *Abram.*

59. *Et quidem tecum.*] Cæſar etiam inter oratores in foro verſa-

te in foro tenuit ratio t honorum tuorum: certe numquam hoc modo, *Ignoſcite, judices: erravit: lapſus eſt: non putavit: ſi umquam poſthac.* ad v parentem ſic agi ſolet. ad judices, *Non fecit, non cogitavit, falſi teſtes, fictum crimen.* Dic, te, x Cæſar, de y facto Ligarii judicem eſſe: quibus in præſidiis fuerit quære. taceo: ne z hæc quidem colligo, quæ fortaſſe valerent etiam apud judicem. Legatus ante bellum a profectus, relictus in pace, bello oppreſſus, 60 in b eo non acerbus; c tum etiam totus animo & ſtudio tuus. Ad judicem ſic agi ſolet. ſed ego d ad parentem loquor, Erravi, temerè feci, pœnitet: ad clementiam tuam confugio: delicti veniam peto: ut e ignoſcas oro. ſi nemo impetravit, arroganter: ſi
31 plurimi, tu idem fer opem, qui ſpem dediſti. An ſperandi f Ligario cauſa non ſit, cùm mihi apud te ſit locus etiam pro altero deprecandi? Quamquam neque in hac oratione ſpes eſt poſita cauſæ, nec in eorum ſtudiis, qui à te pro Ligario petunt, tui neceſſarii.

XI. Vidi g enim & cognovi, quid maximè ſpectares, cùm pro alicujus ſalute multi laborarent: 61 cauſas apud

t honor. *MS.* v parentes *MS.* x oro Cæſar *MSS.* y factis *alii.* z hoc *MS.* a prof. eſt *MS.* b eo ipſo non *MSS.* & *alii.* c tametſi *MS.* d apud *MS.* e ignoſcatur rogo *MS. Lamb.* f Ligario *deeſt in MSS.* g enim *deeſt in MS.*

ſatus eſt. Fabius libro X. *C. vero Cæſar, ſi tantum foro vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. Tanta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixiſſe, quo bellavit, appareat.* Sed Atticum Ciceronianum libro de Claris Oratoribus loquentem audiamus: *Splendidam quandam minimèque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu: forma etiam magnifica & generoſa quodammodo.* Vide Tranquillum in Julio cap. 55, 56. Plutarchus in Cæſare: *Aiunt Cæſarem optime ad oratoriam facultatem à natura fuiſſe comparatum, quam impenſiſſime excoluit, adeo ut ſine controverſia ſecundum in oratoribus locum obtineret.* Item: *In urbe vero multa ejus in defenſionibus gratia reſplenduit.* Pro Dejotaro: *Tuum eſt, Cæſar, qui pro multis ſæpe dixiſti.* Abram.

60. *In eo non acerbus, tum etiam fuit totus animo & ſtudio tuus.*] Quid ſi: *In eo non acerbus tamen etiam fuit: totus omnino animo & ſtudio tuus. In eo* autem eſt, in bello. *Patricius.* Pro *tum etiam* alii *tametſi.* al. *quin etiam.* Sed rectius illas voces omittit Dreſdenſis. Rotundior erit & validior hæc περικοπὴ, ſi legas ex veteribus codicibus: *Legatus ante bellum profectus eſt, relictus in pace, bello oppreſſus, in eo ipſo non acerbus, totus animo & ſtudio tuus.* Græv.

61. *Cauſas apud te rogantium gratiores eſſe quàm vultus.*] Ita antiquiſſima exemplaria, a P. Victorio excuſſa. vulgo *preces.* quod ipſum quoque reſpuunt aliquot Pall & Gruter. in quibus reſtat alterum. adeatur optimus ille Criticorum lib. XXIV. Var. Lect. c. 8. *Grut. Gratiores eſſe quam preces.*] Victorius libro XXIV. cap. 8. *Vultus,* inquit, in illis antiquioribus pro *preces* legitur. quod mirifice probo. Significat enim Cicero, cum aliquid aliquibus Cæſar

apud te rogantium [h] gratiores eſſe quàm vultus: neque ſpectare, quàm tuus eſſet neceſſarius is, qui te oraret, [62] ſed [i] quàm illius, pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita [k] multa, ut mihi beatiores illi eſſe videantur interdum, qui tua liberalitate [l] fruuntur, quàm tu ipſe, qui illis tam multa [m] concedis. Sed video tamen, apud te cauſas, ut dixi, rogantium valere plus quàm preces: ab iisque te moveri maximè, quorum juſtiſſimum dolorem videas in petendo.

In Q. Ligario conſervando multis tu quidem gratum 32
facies neceſſariis tuis: ſed hoc, quæſo, conſidera, quod ſoles. poſſum [n] fortiſſimos viros, Sabinos, tibi probatiſſimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiæ [o] ac robur reipublicæ, proponere. noſti optime homines. animad-

h gratioſiores *alii & MSS:*
i quæ illius cauſa *MSS.*
k multis *MS.*
l fruantur *alii.*
m concedas *MSS.*
n tibi fort. *MS.*
P. B.
o ac *deeſt in aliis.*

...ſar rogatu aliorum concederet, magis ſolitum ipſum ſpectare, quam juſtam cauſſam haberent pro illo laborandi, quàm qui potiſſimum illi forent, qui rogarent. Quod probi atque humani viri certum indicium eſt: qui enim neceſſariis ſuiſque omnia concedunt, quamvis ambitione quadam ducti rogent: alienis autem pro ſuorum ſalute laborantibus res etiam juſtas negant, laudari non poſſunt. Cæſar igitur contra ſe gerebat: neque vultus ipſorum reſpiciebat, indéque judicabat concedendumne, an non concedendum foret: ſed æquitatem poſtulati, officiaque rogantium animadvertebat, non multum conſideratâ perſonâ eorum, qui peterent, &c. *Abram.* *Vultus* firmant Pithœi, Colon. & Dreſd. Sed Erfurt. tuetur vulgatum *preces.* Verum pro *gratiores* Colonienſis & Dreſdenſis *gratioſiores*, quod & in ſuis invenit Lambinus & merito recepit. Non intellecta eſt vis hujus vocis ab iis, qui in *gratiores* eam mutarunt. *Gratioſi homines ſunt* qui multum poſſunt apud illos, a quibus amantur. Sic & gratioſæ preces, quæ plurimum valent & blanda vi expugnant illum, cui fiunt, ut *gratioſa ſuffragatio* in II. ad Famil. 6. *Habemus hæc omnia bonorum ſtudium &c. noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem* (ſic modeſte de ſe loquitur) *at probatam tamen & juſtam, & debitam, & propterea fortaſſe etiam gratioſam.* Grævius.

62. *Sed quàm illius, pro quo laboraret.*] Pall. aliquot, *illius cauſa*, quomodo & S. Victoris membranæ editioque vetuſtior. *Gruterus.* In Erfurt. eſt, *ſe qua illius cauſſa, pro quo laboraret.* male. interpolarunt hunc locum, qui non ceperunt, *Quam illius* repete ἀπὸ κοινοῦ *ſit neceſſarius.* Horum cauſſas maxime ſpectat, quas *juſtas* vocat & *officio* incenſas in lib. VI. epiſt. 6. & epiſt. 12. ejusdem libri, *neceſſarias*, quas propter neceſſitudinis conjunctionem non poſſumus negligere, niſi impii velimus in noſtros eſſe aut ingrati: cauſſas vero deprecandi, quæ tantum ad captandum alicujus favorem & gratiam ſunt comparatæ, Cicero ibidem vocat, *ambitioſas rogationes* & *inanes ac ambitioſas voluntates.* Græv.

63. Va-

madverte horum omnium mæſtitiam & dolorem. hujus T. p Brocchi, de quo non dubito quid exiſtimes, lacrymas ſqualoremque ipſius & filii vides.

33 Quid de fratribus dicam? noli, Cæſar, putare de unius capite nos agere. aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate ſunt, aut tres ex civitate exterminandi. quodvis exſilium his eſt optatius quàm patria, q quàm domus, quàm dii penates, uno illo exſulante. Si fraternè, ſi piè, ſi cum dolore faciunt: moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas: 63 valeat r tua vox illa, quæ vicit. te enim dicere audiebamus, nos omnes adverſarios putare, niſi qui nobiſcum eſſent: te omnes, qui contra te non eſſent, tuos. Videſne igitur hunc ſplendorem, omnem hanc ſ Brocchorum domum, hunc L. Marcium, C. Cæſetium, L. t Corfidium, hosce omnes equites Romanos, qui v adſunt 64 veſte mutata, non ſolùm notos tibi, verùm etiam probatos viros, x tecum fuiſſe? atque y his maximè iraſcebamur, & hos requirebamus, & his 65 nonnulli etiam minabamur. Conſerva igitur tuis z ſuos: ut, quemadmodum cetera, quæ dicta ſunt à te, ſic hoc veriſſimum reperiatur.

34 XII. Quòd si penitus perſpicere poſſes concordiam Ligariorum: omnes fratres tecum judicares fuiſſe. An poteſt quiſquam a dubitare, quin, ſi Q. Ligarius in Italia eſſe potuiſſet, in eadem ſententia futurus b fuerit, in qua

p Brocchi *alii.*
q quam dom. *deeſt in aliis.*
r vox illa tua *alii.*
ſ *alii* Brochorum.
t Cornificium *Grav.*
v adſtant *alii.*
x qui tecum fuerunt *alii.*
y his iraſc. *MSS.*
z tuos *MS.*
a judicare *MS.*
b fuiſſet *Grav. & alii.*

63. *Valeat tua vox illa, qua vicit.*] Libri manuſcr. habent, *qua dicit*: unde ſuſpicor hoc totum ſive, *qua vicit*, ſive, *qua dicit*, eſſe alienum & foris profectum. *Lambinus.*

64. *Veſte mutata.*] Sordidati, φαιὰ ἱμάτια μεταβαλλόμενοι, ut Plutarchus in Antonio loquitur. Erat autem uſitatum, ut reorum amici & neceſſarii ſordidati cum ipſis reis in judicio adeſſent. Cicero pro Plancio: *Quid de me dicam? qui in hujus periculo reus eſſe videor. Quid de his tot viris? quos videtis veſte mutata.* Venulejus L. XXIX. D. de injuriis: *Veſtem ſordidam rei nomine in publico habere, capillumve ſubmittere nulli licet: niſi ita conjunctus eſt adfinitate, ut invitus in reum teſtimonium dicere cogi non poſſit.* Fr. Fabric.

65. *Nonnulli etiam minabantur.*] Forte, *minabamur.* ut ſupra, *iraſcebamur*, *requirebamus.* Patricius. Sic etiam conjecerat olim Ant. Cauchius. Itaque, cum & ſic legi in Erfurtenſi deprehenderim, non dubitavi recipere. Immutarunt ii, qui putarunt canonibus artis adverſari *nonnulli minabamur.* Sed ſic frequenter veteres. Liv. *Hannibal peto pacem*, pro quo vulgus diceret, *Hannibal petit pacem.* Delevi etiam, auctoritate illius ipſius optimi codicis nixus, copulam, quæ in vulgatis legitur, *& hos requirebamus.* Gravius.

66. Qua-

tua fratres fuerunt? quis eſt, qui horum conſenſum conſpirantem & pænè conflatum in hac [c] propè æqualitate fraterna non noverit? qui hoc non ſentiat, quidvis priùs futurum fuiſſe quàm ut hi fratres diverſas ſententias fortunasque ſequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt: tempeſtate abreptus eſt unus: qui, ſi conſilio id feciſſet, eſſet eorum ſimilis, quos tu tamen ſalvos eſſe voluiſti.

c propriè *MS.*

P. CXLIII.

35 Sed ierit ad bellum: [d] diſceſſerit non à te ſolùm, verùm etiam à fratribus. hi te orant tui. Equidem cùm tuis omnibus negotiis [e] intereſſem, memoriâ teneo, [66] qualis [f] T. Ligarius, quæſtor urbanus, fuerit erga te & dignitatem tuam. ſed parum eſt me hoc meminiſſe: ſpero etiam te, qui obliviſci nihil ſoles, niſi injurias, quoniam hoc eſt animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de [g] hujus illo quæſtorio officio cogitantem, [h] etiam de aliis quibusdam quæſtoribus reminiſcentem recordari.

d diſſenſerit *alii.*
e intereſſent *MS.*
f tum T. Lig. *alii.*
g hujus quæſt. *alii.*
h etiam *deeſt in MS.*

36 Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud (neque enim hæc divinabat) niſi ut [i] tu eum ſtudioſum & bonum virum judicares, nunc à te ſupplex fratris ſalutem petit. quam hujus admonitus officio [k] cùm utrisque his dederis, tres fratres optimos & integerrimos, non ſolùm [l] ſibi ipſos, neque his [m] tot ac talibus viris, neque nobis neceſſariis [n] ſuis, ſed etiam reipublicæ condonaveris.

i tui *Gul.*
k tum *MS.*
l ſibi ipſos *deeſt in MS.*
m tot talibus *MS.*
n ſuis *delet Lamb.*

37 Fac igitur, quod de homine nobiliſſimo & clariſſimo [67] M. Marcello [o] feciſti nuper in curia, nunc idem in foro de

o reſtituto fec. *alii.*

66. *Qualis tum T. Ligarius, quæſtor urbanus, fuerit.*] Sunt qui putent Ligarium Cæſari in eo gratificatum eſſe, quod permiſerit ei ærarium diripere. Verum cùm initio belli civilis Cæſar ærarium diripuit, tum Cicero ejus negotiis non interfuit, ſed ab illis prorſus abfuit. Quid ergo? Facile adducor, ut credam T. Ligarium quæſtorem urbanum Lentulo & Philippo Coſſ. cum Cæſari ſtipendium decretum eſt, cujus meminit Cicero epiſt. 7. lib. 1. Famil. hoc beneficium ei præſtitiſſe. Quo tempore M. Tullius ſtipendium ſe non ſolum decreviſſe, ſed etiam ut Senatus decerneret laboraſſe ait de Provinciis Conſularibus. *Fr. Fabrit.*

67. *M. Marcello.*] M. Claudio Marcello, veteri tuo inimico acerbiſſimo. De quo Cæſar lib. 1. Belli Civilis, Plutarchus, Appianus, Dio, Suetonius & alii. *Idem.* A Colonienſi abſunt hæc verba *M. Marcello reſtituto*, & poſſunt abeſſe. Vereor ut adſcripta ſint a magiſtro pro interpretatione, quæ poſt in contextum irrepſerunt, cum Romæ ſatis intelligeretur, quem Cicero ſignificaret, etſi non nominaſſet. *Gravius.*

de optimis & huic omni frequentiæ probatiſſimis fratribus. Ut conceſſiſti illum ſenatui, ſic da hunc populo: cujus voluntatem cariſſimam ſemper habuiſti. &, ſi ille p dies tibi glorioſiſſimus, populo Romano gratiſſimus fuit: noli, obſecro, dubitare, C. Cæſar, ſimilem illi gloriæ laudem quàm ſæpiſſimè quærere. nihil eſt enim tam populare quàm bonitas: nullâ de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior miſericordiâ q eſt.

38 Homines enim ad deos nulla re propiùs accedunt quàm r ſalutem hominibus dando. nihil habet nec fortuna tua majus quàm ut poſſis; nec natura s tuâ melius [68] quàm ut velis conſervare quàm plurimos. Longiorem orationem cauſa forſitan poſtulat, tua certè natura breviorem. Quare, cùm utilius eſſe arbitrer, te ipſum quàm aut me, aut quemquam, loqui tecum, finem jam faciam: tantùm te ipſum t admonebo, ſi illi abſenti ſalutem dederis, præſentibus his v omnibus te daturum.

p dies glor. *MS.*
q eſt *deeſt in MS.*
r ſalute hom. danda *Lamb.*
P. B.
s tua *deeſt in MS.*
t admoneo *MS.*
v omnibus *deeſt in MSS.*

68. *Quàm ut velis conſervare quàm plurimos.*] Sententia innominati auctoris exſtat apud Strabonem lib. X. in quo ſcriptum eſt: Εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς ὅταν εὐεργετῶσι. *Urſin.*

M. TUL-